
1584







RERVM BOEMICARVM Ephemeris, SIVE KALENDARIVM HISTORICVM:

EX RECONDITIS VETERVM annalium monumentis erutum.

AVTHORE

M. PROCOPIO LVPACIO HLAVVACZOVVAEO, Pragensi.

Opus nunc primùm in lucem editum, vnà cum CORONIDE ac locuplete personarum & rerum memorabilium INDICE.

Erem Camaldul. ppe Varsavia

IN IDEM KALENDARIVM.

Eruta dum patriæ monumenta Lupacius edit,
Et bonus est ciuis, doctus & historicus.
Suscitat, amplificat, manifestat, promouet, ornat,
Maiores, patriam, tempora, gesta, Duces.

M. Bern. Sturmij.

PRAGAE,
ANNO M. D. LXXXIIII.

Bonorum protectio PIETAS.

DEMOSTHENES.

Non existimandum est, quum præterijt rerum ante nos gestarum tempus, simul & res gestas, velut diluuio, interijsse.

P. EBERUS.

In diebus, quibus quæ contigerunt, commonefiunt lectores de mirandis euentibus, qui plerunq; sunt exempla vel BONITATIS, *vel* IRAE DEI, *& aut* BENEFICIA DIVINA, *aut humanorum scelerum insignes & horrenda* POENAS *continent.*

FRANC. PATRICIVS.

Sunt tempus & Locus ceu bini pedes historiæ, quibus distincta rerum memoria insistit & conseruatur.

DAV. CHYTRAEVS.

Lectio historiarum suauior erit, si series temporum accedat.

MICH. BEVTHERVS.

Historiæ, vt temporum testes, ac vetustatis nunciæ sint, ætatum & seculorum legitimè dispositâ serie, ordineq; perspicuo, non magis illæ, quàm orbis terrarum sole, carere possunt. (Atq; hîc, quod de genere, idem & de specie, nimirum annalibus ephemeridibusq; potest accipi.)

INSIGNIA INCLYTI REGNI BOEMIAE, &c.



Rex leo quadrupedum, Boiemi insignia sceptri;
Gens ea quàm præstet robore; clara docent.
Finibus in medijs, regnum, Germanidos oræ;
Est virtutis opus; constituisse sibi.
Regna ruunt: fluit ima dies: DEVS ALME, *Leonem*
Serua: quò ductu stet vigeatq́; tuo.

P. L.

INSIGNIA ILLVSTTRIS DOMVS ROSENBERGIAE, &c.



FESTINA LENTE.

Festina lentè: *nocuit differre paratis:*
Optima res modus est: præcipitata ruunt.

ALITER.

Præcipitata nocent: prosunt moderata: gerendis
Adde modum. Tuta hoc omnia sunt medio.

Pr. Lupac.

ILLVSTRI, GENEROSO, AC MAGNIFICO HEROI, ET DOMINO, DN. VVILHELMO VRSINO A ROSENBERGA; BARONI IN KRVMlouuia: Illustris Domûs Rosenbergiæ Gubernatori: Sac. Cæs. Ma. ab arcanis consiliis, supremoque inclyti Regni Boëmiæ Burggrauio: Domino suo summa obseruantia colendissimo

S. D.



ORVM, quæ larga Dei Opt. Max. benignitas liberaliter in hominum genus contulit: Illustris Heros, Excelseque Domine: beneficiorum atq; commodorum, siue ad vitam sustendandam, siue ad eiusdem cultum pertinentium, illud equidem inter maxima primariaq; ponendum cen-

ſent ſapientes, rerum videlicet geſtarum monumenta, quæ vel concinnam temporum ſeriem atq; digeſtionem, vel inſignium factorum ac variorum euentuum conſiderationem ob oculos ponunt; qui euentus ſint quaſi norma quædam, quâ iudicia & conſilia factaq́; noſtra metiamur. Hiſtoriam Cicero vitæ magiſtram appellat: alij imaginem: alij theatrum vitæ humanæ: nonnulli ciuilis prudentiæ partem dixêre: eſtq́; eius vis atq; vſus maximus. Non illius adminiculo & præſidijs, vita priuata, non ciuitates, non prouinciæ, non regna atq; imperia; non deniq; vllus humanæ conſociationis ordo, niſi maximo ſui detrimento, carere poteſt. Hæc domeſticas actiones dirigit; hæc eadem, forenſia negotia temperat atq; moderatur. Quocirca omnibus ætatibus extiterunt, quibus maximoperè ſtudio curæque fuit actorum memoria;

ſed vario tamen, & diuerſo ritu atq; tractatione, prout cuilibet genti ſiue ratio, ſiue iudicij modus, ſiue ingenij cultura dictabat. Ex Moſe, non modò prophetarum, ſed & hiſtoricorum vetuſtiſsimo, facile eſt cognoſcere legenti, quemadmodum Hebræi antiquitatis ſcientiam, rem ſanè præclaram, poſſediſſent: eiq́ue cognoſcendæ, & verò perdiſcendæ maximam operam impendiſſent. Fuerunt Aegyptijs, fuerunt & Græcis (vt in hac ſcriptionis breuitate cæteras, antiquitatis ſtudioſás nationes prætereamus) certa memoriæ ſimul, & rerum geſtarum genera: quod vtrunq;, horum quidem ſepulchralia ſiue tumulorum inſcriptiones; illorum verò hieroglyphica conſiderantibus non eſt obſcurum. Similis, aut his etiam maior, apud Romanam, laudis atq; gloriæ admodum auidam, gentem, in conſcribendis, atq; literarum

beneficio ad posteritatem transmittendis, factorum monumentis, enituit diligentia: Cuius testes sunt diaria, vbi per singulos dies gestæ res notantur (ephemerides Græcis, & hemerologia: Almanachi Arabibus appellantur) annales præterea, quos libros ipsimet sacerdotes Romani & conficiebant, & populo domi in tabula, vt potestas esset cognoscendi, proponebant. Romanorum egregio aliæ deinceps nationes ductæ exemplo, & ipsæ in eam, equidem laudabilem, incubuerunt curam, vt, quæ tùm domi, tùm foris gesßissent, ea literis, fidis atq; viuis memoriæ custodibus mandata; (prout cuiq; nationi magis, minusúe idonei sese obtulissent scriptores) cùm ipsi legerent, tùm posteris cognoscenda & imitanda exhiberent. Atque hoc illud est, quòd sacerdos Aegyptius Solonem & Græcos, qui recordationem priscæ me-

moriæ non tenerent, pueros appellauit. Verè & ille prudenterq́; ſenſit, hiſtoriam, ſi adſit, ex pueris facere ſenes, ſin abſit, ex ſenibus pueros.

Carmine fit viuax virtus: ait Ouidius: ſed aliquantò magis (liceat enim paululùm hoc Ouidianum immutare)

Hiſtoria eſt viuax virtus, expersq́; ſepulchri,
Notitiam ſeræ poſteritatis habet.

Quàm dulce, quàm iucundum eſt, à morte, quæ edax eſt mortalium, nominis memoriam poſteris notatione literarum commendare, atq; ſui quandam quaſi perpetuitatem aſſequi, perq́; ſeculorum & ætatum decurſus ferre poſſe? Multa in hac latiſsimâ antiquitatum materiâ nobis ſeſe offerunt commemoranda: ſed nos; quia breuitati ſtudemus; ad noſtra propiore gradu deſcendemus.

Quid ante nos in hoc inclyto Boëmię regno patriâ, alumnaq́; noſtra ſuauiſsi-

 mâ,

mâ, olim siue pace, siue bello gestum fuisset? qui eius extitissent gubernatores, iudices, duces, principes, reges, atq; ex ijs nonnulli & gloriosâ Romani imperij dignitate ornati? quanto temporis spacio imperassent? qui, qualisúe ipsorum vitæ exitus? quæ? quàm vetustæ, quàm virtute claræ, quàm fortitudine insignes celebresq́; cùm Procerum, Magnatumq́ue, tùm & Equestris Ordinis gentes, familię, prosapiæ? quæ earum stirps, progressio, celebritas, tum deinceps inclinatio atq; occubitus? Item, quæ oppidorum, ciuitatum & Vrbium primordia? quo tempore iacta fundamenta? quæ mutationes, vicissitudines, cōuersionesq́; rerum, tùm & casus multiuarij? &, quæ sunt eius generis alia, ea, quanta est voluptas, audiendo legendoq́; cognoscere? Quid de Academia dulci nostra matre dicemus? Non illi defuerunt Doctores Magistri:
Theo-

Theologi; Iureconſulti, Phyſici, Medici, honeſtarumq́ue artium & Philoſophiæ profeſſores, viri multiplici eruditione præſtantes, inſignia ornamenta, præclaraq́; communis patriæ lumina: Atq; hoc idem Gymnaſium, tametſi omnium aliarum Profeſsionũ, quæ publicis in Scholis frequentari & exerceri ſolent: tamen in primis Mathematicarum diſciplinarum poſſeſsionem iure ſibi optimo vendicauit, in qua excellentes ſyderali ſcientiâ viri, velut anteſignani, atqui diuerſis temporibus, emicuerunt: nempe, vt ex tanta copia aliquos tãtùm referamus: M. Gallus: Mag. Chriſtianus (vulgò Chriſtannus) natione Bohemus, patriâ Prachaticenus: M. Ioh. Ssindelius Boëmus: quorum aſtrologicæ de inſequentium temporum hoc in regno euentis prædictiones quædam etiamnum celebrantur. Item M. Laurentius: M. Paulus Hlauuſa: M. Ven-

M.Venceslaus Corambus, &, qui prætere a nostra quoq; tempestate vixerunt atque claruerunt. Tantorum igitur, tamq; præstantium, cùm de Ecclesia, tùm de re literaria optimè meritorum virorum, vel ortus obitusq;, si reliquum vitę curriculũ sit aut neglectione obliteratum, aut obliuione sepultum; diebus natalis vel mortis in Ephemeride annotatis, commemorare, & ad posteritatem (exemplorum, quæ iuuentutem mouent, causâ) propagare, concelebrareq;, an non est tùm pietatis, tùm gratitudinis in maiores officium? Proinde necessarium est, vt instituantur & conficiantur diaria, (quæ vuulgò Calendaria vocant) & fasti, & annales, cæterisq; libri, qui eiusmodi rerum notitiam suppeditauerint. Sunt in manibus, &, publicè typis expressæ, leguntur Aeneæ Syluij Itali: sunt Ioh. Dubrauij, genere Boëmi, Latino sermone perscri-

ptæ, de Boëmicis rebus, narrationes historicæ: habetur & VVenceslai Hageci & Martini Cutheni, verùm nostrâ vernacula lingua exaratum, Chronicon. Sed, quę ibi extet annorum, mensium, dierumq́; ratio atq; supputatio, id nos totum maturo prudentis & synceri Lectoris iudicio relinquimus. Quoniam modestiæ candorisq́; est: (quarum equidem virtutum pro nostrâ virili nos amore ducimur) alienos, præsertim pro patriâ, vsúque & fructu publicò susceptos labores, suorum dilaudatione, non incessere. Porrò notatio obseruatioq́; circumstantiarum non minimum omnibus in negotiis habent pondus. Atq; certum est, temporum discrimina maximam scriptis historicorum afferre lucem: & approbatur experientiâ, minùs mouere afficereque, minùs etiam altè animis nostris insidere ea, quæ temporis, quæ loci nudata cir-
cumstan-

cumſtantijs, citra has veluti frigidiore & ieiuniore lectione, cognoſcuntur: Illæ ſunt (niſi magnoperè iudicio fallimur) quæ rebus ipſis vim & efficacitatem, adeoq́; vitam & ſpiritum quendam addunt, hiſtoriam verò (& quæ ei ſunt affinia ſcripta) quaſi animatam vegetioremq́ue efficiunt. Quæ iam dicuntur, in medium prolatis ea exemplis confirmare, eſſet in procliui: verùm hîc breuitatis eſt habenda ratio.

Qùum autem, de peculiari quadam meæ naturæ in hiſtorica ſtudia inclinatione, inter alias (ſecundum functionis meæ, quam me Dei prouidentia obire iuſsit, genus, & literatas occupationes) noſtrarum quoq; rerum ſcriptores, ſiue in lucem publicè emiſſos, typiſq́; expreſſos, ſiue recõditos & manuſcriptos, quorum aſſequendi cõparandíue; mihi data fuit facultas, euoluiſſem, ſimulq́; ani-

mo

mo expendiſſem, quæ iucunditas, imò quanta ſit, literarum amanti homini, cõmoditas, ne dicam neceſsitas Ephemeridum, in quibus adhibitâ temporum, potiſsimùm autem annorum, menſium, atque dierum certâ ſerie, res ipſæ quaſi in quadam tabula expoſitæ atq; depictæ, conſpiciuntur, cœpi, pro meo priuato vſu, multiuariarum rerum narrationis, (qualia propè innumera, ceu exuberantiſsima ſeges atq; ſylua, ſubminiſtrat hiſtoria) in quandam Synopſin redigere, ac patriæ noſtræ hiſtorica, velut huc atque illuc diſperſa confuſaq́; membra in vnum ceu corpus coagmentare. Quumq́ue nonnulli amicorum, eius meæ operæ conſcij, laborem illum, (prima quidem fronte, vt verum fatear, duriorem, pòſt verò tractatione, progreſſu, & vſu atq; fructu dulciorem, non omninò improbarent, quin imò, vt hoc non incerto
iudicio

iudicio ſuſceptum opus, cuius & aliquã futuram eſſe cenſerent vtilitatem, pertractarem, locupletaremq́; hortatores eſſent: recta monentibus, & honeſta ſuadentibus non ego illibenter obtemperaui, & hunc ſiue Ephemeridum ſiue Kalendarij hiſtorici (quiſq;, quo modo cunque volet, appellet) libellum; Dei Opt. Max. adiutus ope; neq; tamen citra ſudorem aut vigilias (abſit verbo inuidia) cõfeci eâ ſtyli breuitate, quæ eiuſcemodi materiæ viſa eſt quàm accommodatiſsima: ſed plurimis in locis, ſcriptorum eius temporis phraſi vſurpatâ, nimirum ad faciendam lectori fidem. Eò verò me res ipſa, ac propè neceſsitas impulit, nempe, vt hoc indicio atq; argumento quopiam vel teſtatum palàm facerem, meum in patriam, qua ſanè poſt DEVM nihil mihi neq; prius, neq; eſt antiquius, amorem, vel & occaſionem aliquam præberem

ijs, qui & ab eruditione, & ab hiſtoriarum peritia, & à prudentia iudicioq́; & à librorum copia atq; facultatibus, cæteraq́; ad id genus ſcriptionis pertinente, ſupellectile, me multò ſunt inſtructiores (nam libenter hîc ego meam agnoſco inopiam & egeſtatem) ij vt maiore curâ, meliore operâ, exactiore induſtria, atque accuratiore labore ea, quibus res noſtræ patriæ laudabiliaq́; geſta, nõ premenda ſilentio, & occultanda in tenebris, illuſtrari, beneficioq́; literarum poſteritati queant commendari, efficiant atq; præſtent. Sic etenim ſtatuo, vt quiſq; propenſiore in ſolum natale eſt animo atq; voluntate, ita eiuſdem, vbi primò hauſit ſpiritum, loci, præclaras dotes, debitasq́; laudes aut ab alijs maximè cupit celebrari, aut, ſiquidem facultas detur, ipſe pro ingenij modo celebrat; eoq́; pacto altrici ſuæ nonnihil gratiæ, quam, ſe-

cundùm Deum atq; parentes, debet maximam, retulerit. Ac de Ephemeridum vſu fructúue, qui ad iuuentutem liberalibus deditam diſciplinis, potiſsimùm autem ad hiſtoriæ tyrones eſſet rediturus, vt hoc loco aliquid ſubijciam, equidem non neceſſarium eſſe duco: cùm ea & alibi fuſiſsimè deſcribantur, & V. CL. Petri Codicilli epiſtola, huic pręfationi ſubiuncta, luculenter exponat. Eam verò, quæcunq; eſt, opellam Tuę, Domine Excelſe, atq; Patrone obſeruantiſsime, Illuſtri Clementiæ reuerenter dedico, non citra tamen verecundiam, vt id, quod res eſt, fatear, atq; metum; ne tot diſtrictum curis, tot occupatum ampliſsimi regni negotijs Heroa interpellando, aut impudentiæ, quâ nihil turpius, aut importunitatis, quâ nihil odioſius, crimen incurrã. Dum enim conſidero, tacitusq́; apud animum meum perpendo, quanta ſit Exc. T. ſiue

T. ſiue fortunarum amplitudo, ſiue opũ copia, ſiue Illuſtriſsimæ vetuſtiſsimæque Proſapiæ, quæ ROSENBERGIORVM, T. Exc. maiorum, opulentiſsimorum Bohemiæ Regulorum: & ex Vrſinorum, famâ inſigniũ, ſemine proceſsit (vt Vvolfg. Lazius in hiſt. migrationis gentium cõmeminit) claritas atq; ſplendor, ſiue ampliſsimæ, maximeq́; excellentis & honoratæ functionis dignitas: (Prorex namq; in inclyto Boëmiæ regno ad eminentiſſima eius gubernacula ſummo ſecundũ regem poſitus loco ſedes:) & cætera, quę hominem beatum fortunatumq́ue reddunt; atq; à Philoſophis, cùm animi, tùm corporis & fortunæ bona nuncupantur, & ea in te, Illuſtris Heros ac Domine Generoſe, pleriq; omnes extollunt, ſuſpiciunt, admirantur: hîc ego, vbi conſidero, quæ imbecillitas mea, quæ anguſtia rerum, quę humilitas conditionis; ſanè ceu

radiantiſsimo excelſæ maieſtatis fulgore animum præſtringor.

Verùm è diuerſo, quæ me ſubleuent, & erigant, ſpeq́; bonâ eſſe iubeant, ſunt equidem non pauca: ante omnia verò T. Exc. in omnes, cuiuſcunq; ordinis atque conditionis homines, propenſiſsima bonitas: huc accedit pietas, humanitas, comitas, lenitas, & aliæ manſuetiores, quæ ſunt generoſiſsimarum naturarum, & illuſtrium perſonarum propriæ ingenerateq́;, virtutes.

Cumq́; Exc. T. ſit inſignis erga liberales diſciplinas propenſio, amorq́; ſingularis, ſumma etiã beneuolentia; quâ omnes, quicunq; ſeſe honeſtiſsimarum literarũ ſtudijs addixerunt, magnoperè proſequitur, quod non modò fama, & ea celebris, prædicat: verùm & ipſa res atteſtatur; me quoq; vnà cum hoc officio ſtudiiſq́; meis, quorum gratioſam ab Exc. T.

appro-

approbationem admodum expeto & expecto, à T. Exc. dignitate minimè reiectum iri planè confido. Plurima enim mihi in oculos incurrunt, mentemque confirmant meam, exempla, quæ me, vt, deposito intempestiuo pudore, id, quod iam facio, tentarem, impulerunt, & animum, optima quæq; de Ill. T. Excelsit. fauore sibi pollicentem, addiderunt.

Benignè igitur hunc libellum, &, veluti abortiuũ, fœtum mei ingenij, quod pertenue est & imbecillum, Tua Illustris Excelsitas accipiat, atq;, sicubi à grauissimorum cùm publicorum, tùm verò & priuatorum negotiorum tractatione, otium & quies detur, inspiciat, legat, & beneuolè cognoscat: quod futurum minimè addubito.

Constat enim T. Ill. Exc. de excellente ingenio suo, & probatis laudatissimorum Ducum, Principum, Regum, Cæsa-

rum exemplis;inter cætera lirerarum studia cum Mathematicis disciplinis, tùm notitiâ lectioneq́ue historiarum, numerosis quoque eruditorum poëtarum scriptis (qui animi pastus est longè suauissimus) & plurimùm capi ac teneri, & admirabiliter delectari : multiuarijsq́; Reipublicæ curis fessam ac delassatam mentem recreare suauiter, atque reficere liberaliter. Et iure id quidem optimo. Hoc etenim decus, rerum nimirùm bonarum peritia, sanè egregium, ad alias in Heroicis naturis additum virtutes, quibus alios antecellunt, nobilibus & prælustribus natos familijs summoperè exornat.

Quàm verò vtile, quàm salutare in omni vita, atque fructuosum est Liuianum illud legendis historijs considerare, ac veluti ducem & generalem actionum consiliorumq́ue normam sequi:

Hoc illud est præcipuè in cognitione

rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te
exempli documēta in illuſtri poſita mo-
numento intueri: inde tibi tuæq; reipu-
blicæ, quod imitêre, capias: inde fœdum
inceptu, fœdum exitu, quod vites.

Sed iam apud Ill. Exc. T. grauiſsima-
rum hoc in regno ampliſsimo rerum ad-
miniſtratione diſtrictiſsimam dicendi fi-
nem facio: vtque me, velut Patronus at-
que Mecœnas literarum & literatorum
optatiſsimus, vnà cum hac lucubratione,
ſtudijsque meis, ſuâ tutelâ protectum, &
ab obtrectationibus, atque calumnijs, a
quibus id genus ſcriptionis non ſolet eſ-
ſe immune, pro ſua autoritate & digni-
tate, tueatur atque defendat, reuerenter
etiam atque etiam oro. Deus Opt.
Max. vitæ ſoſpitator, & ſalutis largitor,
Principumque bonorum cuſtos T. Il-
luſt. Excelſitatem, vnà cùm Illuſtri &
Generoſo Domino, D. Petro VVok, &c.
Fr. optatiſ. & nobis, & Muſis & re-

gno patriæque nostræ perpetuò seruet incolumem atque florentem, actiones insuper, & Exc. T. consilia, quæ suscipiuntur ad Reipublicæ, Ecclesiæque salutem conuertat, dirigat, gubernet. Datâ Tustæ, aliâs Domazlicij: A. D. 1584. Aprilis die XXX. qui est T. Ill. Exc. natalis, &c.

T. Ill. Excelsitatis

deditiss.

Procopius Lupacius.

ETYMO-

ETYMOLOGIA NOMINIS:
VILHELMVS ROSENSIS.
Ad
ILLVSTREM ET MAGNIFICVM DOMINVM, DOMINVM VILHELMVM A ROSIS, Dominum in Crumlovv, &c.

VILHELMVS.

V *ilhelmi quando nomen legisset Iberus,*
I *ncipit: an Graijs notum magis? anne Latinis?*
L *ingua, quid hoc, nescit, signetur nomine, nostra?*
H *eros, qui multis galeis est clarus & armis;*
E *ripit obscuris proprias hoc nomine fatis*
L *audes, & fortis, moto certamine, famam*
M *ilitiæ: nostris natum: Germanus: in oris,*
V *ndiq; virtuti nunc dat sua præmia: dixit.*
S *ic decus Hesperidum, nitet illo, grande Rosarum.*

ROSENSIS.

R *oranti quoniam spinis enascitur imbre*
O *ebalijs flos notus agris, fert laudis honores:*
S *ic, quia cœlesti pascis tua pectora rore*
E *t colis æthereum vera pietate Tonantem,*
N *omen habes, quod non delebunt sera Rosarum*
S *ecula: primæuos superas virtutibus annos,*
I *nter & agrestes mundi tua nomina spinas*
S *idera supremum tangunt sublimia cœli.*

Simon Proxenus, D.

EPISTOLA

CLARISSIMO, VIRTVTE ET DOCTRINA PRAESTANTI VIRO, M. PROCOPIO LVPACIO ab Hlauaczoua, &c. ſuo amico atq; familiari chariſſimo. S. P. D.



Rodit tandem tui Calendarij lucubratiuncula in lucem, quam ab aliquot annis noſtri homines videre, legere, & cognoſcere deſiderabant. Eſt enim cuiq; innatus ardor quidam cognoſcendi, quę ante nos in rebus humanis geſta ſunt: inprimis verò, quæ noſtris hominibus, ſiue domi, ſiue foris acciderunt, qui nobis autores patriæ noſtræ extiterunt. Perindè ſiquidem, vt magnam voluptatem & commoditatem in vita percipimus, dum fruimur hoc pulcherrimo mundi totius theatro, cœlo, ſtellis, elementis, plantis, animantibus, noſtris corporibus ac animis, quibus eſt impreſſa imago DEI, & inſita artium atq; virtutum ſemina: Ita ordo, series, & deſcriptio rerum geſtarum, conſiliorũ, atq; euentuum inter homines, & in rebus publicis inde iam ab initio mundi ad noſtrã

vſq;

vſq; ætatem, non ſolùm ad gubernationem, ſed etiam ad conſeruationem vitæ communis plurimum habet momenti. Vtraq; pars doctrinæ vulgò appellatur hiſtoria: illa quidem, complectens expoſitionem corporum mundi, vocatur hiſtoria naturalis: hæc verò, explicans res geſtas, animaduerſione & cognitione dignas, nuncupatur hiſtoria mundi. Cúmq; homo ſit in hoc opificio mundi tanquam in æditiſſima ſpecula conſtitutus, vt (ceu Pythagoricus ille Philoſophus in panægyri Græcorum) contempletur res, in cœlo & in terra oculis ſuis objectas, neceſſe eſt, vt Plato alicubi exclamat, hiſtorias legi, cognoſci, & percipi, eâ quidem neceſſitate, cui DEVS non aduerſatur. Res enim nulla planè eſt, quæ hominem magis ab animantibus brutis ſeparet, atq; cognitio hiſtoriarum.

Nam hominis intereſt, qui vult ratione ſibi à natura inditâ rectè vti, eámq; ad ſui, & ad aliorum conſeruationem conferre, vt nō modò præſentia ritè conſideret, ſed etiā præterita aliquomodò cognoſcat, & de futuris caſibus, factâ in animo præcedentium conſiliorum, atq; euentuum collatione, proſpiciat. Hinc illa σωὲσις πολιτικὴ eſt, quâ prudenter & circumſpectè viri laudati Rebuspublicis

operam

operam suam nauarunt, & in conseruando publico bono, tam pacis tempore, quàm hostium, patrios fines infestantium: quoties necessitas postularet, quo pacto, patria quidem seruari, hostium verò vnâ cum periculo impetus reprimi possit, celerrimè repererunt. Tales fuisse accepimus, Scipionem, Cyrum, Themistoclem, Alexandrum, Periclem, Agesilaum, Augustum, & plærosq; Imperatores Germanicos, ac Reges Bohemiæ, Odoacrum, Præmyslaum, & Georgium, qui amplissima Imperia & regna cum summa laude adepti sunt. Diuina prorsus atq; magnifica res est ac salutaris, quæq; vix in mortalē hominem cadere possit, in subitis casibus & periculis reperire consilium, & de futuris concipere verisimiles, propemodumq; certas coniecturas, & in præsentibus casibus, etiam obscuris, animaduertere, quid aut profuturum, aut nociturum sit.

Atq; illa est vel maxima vtilitas historiæ, quòd ad explicandas controuersias, tam in Ecclesia, quàm Politia, & ad regenda consilia actionum prudentiam suppeditat, & modum agendi, cùm in eiusmodi negocijs, non tantùm dexteritate ingenij opus sit, & cognitione dogmatum atq; legum, à quibus con-

trouerſiæ illę pendeant: verùm etiam peritiâ antiquitatis, & anteactorum iudiciorum.

Quin & exempla, quæ ex hiſtorijs ad illuſtrandas partes Philoſophiæ ſolemus petere, longè plus & efficaciùs nos permouent, & in animis hominum ſtrictiores aculeos defigunt, ac, vel impellunt ad agendum, vel deterrent ab inſtituto, quàm præcepta, quantumuis elaboratè ſcripta & inculcata. Imò, ſi quis adeò leuiter contemnat cognitionem vetuſtatis, profectò ignorabit ſuos maiores, neſciet ſuum patrimonium, ius, priuilegium, neq; poterit tutari ſuas poſſeſſiones. Rectè itaq; Cicero dixit: hiſtoriam eſſe magiſtram vitę, ſicut & Thucidides aſſeuerat, eam eſſe κτιμα ἐς ἀεὶ ξυγκείμενον. Vt enim aſſidui ſunt, illiq; ſtati ac certi motus corporum cœleſtium, & aſſiduæ atq; perpetuæ viciſſitudines elementorum, rerumq; vices terrâ naſcentium: Ita quoq; conſiliorum, actionum, euentuum, & caſuum in rebus humanis ſubindè cum ipſis hominibus mutationes redeunt, redibuntq;, donec erit aliqua ſocietas hominum in mundo. Vna eademq; & perpetua agitur fabula, ſuccedentibus alijs atq; alijs temporibus & perſonis.

Idcircò bene merentur de genere humano, in

no, in primis verò de patria, qui inquirunt, & conseruare studenr posteritati res priore seculo ante nos actas. Tuum autem Calendarium, dici breuiter non potest, quantum sit profuturum exoptanti cognitionem historiæ, præsertim Bohemicæ. Proponis siquidem in eo actiones plurium annorum, veluti in parua tabella, singulis diebus spectandas, quas tu singulari dexteritate ingenij perscrutans, & non sine molestia, labore, & difficultate collectas digessisti, collatis autorum dissonis testimonijs.

Nec quæsiuisti propriam vtilitatem, & laudem doctrinæ tot dierum ac noctium cursitatione per variorum historiographorum volumina: alioquî sumsisses ad manus lucubratiunculam, quæ vires tui ingenij, & varietatem doctrinæ cum paucis conferendam, in lucem proferre possit, tibiq; priuatim & publicè esset vsui. Sed candidè, vt sese dabant, res gestas, & obuia exempla, inquisitis temporibus, succincta decentique serie quàm breuissime annotasti. Addidisti etiam plurima, quæ in excusis exemplaribus, siue latinis, siue Boëmicis non extant, manu scripta exempla non sine magno sumptu & labore conquirens, ne, vel lector cognitione

rerum vtili, vel præclari, beneq; meriti homines memoriâ ſui apud poſteros carerent.

Et cùm duo eſſe dicantur oculi hiſtoriæ, videlicet locus & tempus: tu vtrumq; Synopſi tuę accommodaſti, vt lectorem, tanquam fila Ariadnes in Labyrintho, aut veluti Cynoſura in obſcuritate pelagi, de veritate rei commonefaciant. Habeo itaq; tibi maximã gratiam, quòd, poſthabitis rebus priuatis, (quod in hac delira mundi ſenecta perpauci faciunt,) publicę vtilitati plurimorum temet accommodes. Nam proderit hæc editio illis, qui cognitionem hiſtoriarum affectant, quia tanquam in epitome totam ſeriem hiſtoriæ rerum Boëmicarum confusè à plæriſq; ſcriptam in ſingulos propemodum dies diſtributam cernent. Et, cum Polybius dicat, volentem verſari in lectione hiſtoriarum mundi, oportere ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἄγειν, καὶ σωματοποιεῖν, vt vnico intuitu, velut in vnũ corpus redactam narrationem, animo complectantur, breuitas & ordo tui Calendarij multum adiuuabit cum memoriam, tum cognitionem diſcentis hiſtoriam patriæ noſtræ. Eam qui ſcire negligit, illum ſine naturali affectu Caucaſus horrens progenuit, hircanæq; admorunt vbera tigres.

Afferet

Afferet quoq; non mediocrem vtilitatem, non solùm gubernatoribus politicis, & ijs, qui in magistratu collocati, munia publica obeunt: sed etiam priuatis hominibus. Ostendit siquidem exempla morum, officiorum, consiliorum, actionum, & euentuum, & facit ad prudentiam politicam comparandã. Ac virtutum quidem exempla, & rerum prę- clarè gestarum publicè & priuatim excitant in mentibus ingenuis & heroicis imitationem: at casus aduersi admonent de moderatione obseruanda in omni vita, & de vitanda polypragmosine. Nec quicquã illustri loco natos, & in præclaris oriundos familijs, aut etiam ad consilia principum, & gubernacula populorum accersitos magis erudire potest, quàm cognitio iurisprudentiæ & historiæ. Iurisprudentia enim tradit præcepta vitæ, consilij & iudicij: sed historia monstrat exempla præceptorum, casus diuersos, & cõsiliorum atq; actionum euentus. Alioquî, sicut Regulæ in Grammaticorum scholis: ita præceptiones & mandata iuris sine exemplis non multùm habent momenti.

Habebunt etiam, quod hinc ecclesiastici viri, & studiosi Philosophiæ addiscant. Intuebuntur enim hoc loco consulta, acta, & constituta,

ſtituta, exitusq́; vitæ antiſtitum, & quamplurima exempla celebratorum cuiuſlibet profeſſionis literariæ, quibus non ſolùm Loci communes locupletentur, quos ſinguli diſcendo priuatim congerunt: ſed etiam quibus oratio, ſiue ſcripta, ſiue recitata, vel in templo vel in ſchola amplificanda atq; exornanda ſit. Atq; is ferè ſolet eſſe vſus locorum communium, præterquam, quòd regulas vitæ continent, vt venuſtiorem quoq; reddant, magisq́; neruoſam orationem.

Quin & ipſa inſpectio Calendarij, commonefaciet Iuniores ad dirigendas actiones vniuerſas ad normam virtutis, quæ laudari ſolet, & ad deteſtanda vitia, quæ ſibi addictos reddunt tetros & odioſos corā Deo, atq; hominibus, eosq́; horrēdis inuoluunt cladibus. Nimis ſiquidem eſt verum: οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει. Simul etiam habebunt typum circumſpectionis obſeruandæ in vniuerſa vita, vt animo perpendant, cum ſingulorum dierum actiones ſint notandæ & examinandæ (quod vir bonus facit) ne vſpiam à decoro officij & vocationis ſuæ deuient. Hócq; modo ſeſe aduerſus repullulantia vitioſorum affectuum mala, & illicitas cupiditates, tanquam aduerſus contagionis pericula communient.

Eſt etiam ingens voluptas ſuæ gentis heroum & clariſſimorum virorum ſcire nomina & obſeruare exempla virtutum, conſiliorum, actionum atq; euentuum. Ac nemo eſt, qui non potiùs excitetur ad amorem virtutis exemplo ſuorum domeſticorum, quàm alienorum. Domeſtica ſiquidem exempla, non tantùm docent & monent, ſed etiam ſtimulos animis inijciunt, excitantq; impetum atque deſiderium ad præclaras ac vtiles patriæ ac Eccleſiæ, (quæ Patria verè eſt omnium, qui credimus in IESVM CHRISTVM mediatorem & ſaluatorem) gnauiter capeſſendas, & ad finem deducendas actiones, cuius cauſâ etiam dulce eſt Oppetere immeritam per fortia vulnera mortem. Tantum commodi cùm ſint libelli tui quàmplurimis allaturi, te hortor, &, pro noſtrorum animorum mutuâ coniunctione etiam rogo, vt prouinciam in euulganda, nobisq; communicanda Ephemeride hiſtorica, ſicut pulcherrimam, vtiliſſimam, & optimam: ita (vt verum fatear) & negocij & inuidiæ plenam, extremâ illi manu impoſitâ, ad finem deducas. Etſi verò non omnes ſunt probaturi tuos conatus, vt accidere ſolet: quia propemodum, quæ ipſi fecerimus, ſola nobis placent: tamen, quemadmodum

modum mea fert opinio, negocij quidem difficultas, facilè vincetur tuâ cum eruditione, tum industriâ: inuidiam verò, animi tui magnitudo, vt solet, penitus negliget. Etenim habeo in memoria, te solitum fuisse dicere in maleuolos:

Pascere liuor edax, proprio saturare furore:
Perpetuum virtus viuida nomen habet.

Sunt & inter nos non pauci, qui tam vtiles patriæq; honestos tuos conatus, & volunt, & possunt adiuuare, siue concessis emendatioribus libellis, siue communicatâ de ambiguis suâ sententiâ. Hæc ad te volui, nactus aliquantulum ocij, perscribere, vt intelligas, me tuis pulcherrimis omniumq; optimis conatibus, non solùm fauere, sed etiam, vt in lucem prodeant, sedulum esse hortatorem. Quod si ad hoc negocium me putabis idoneum, & fidum adiutorem fore, ea in re, si non egregiam, at certè sedulam nauabo tibi operam. De collectaneis meis, quod ad chronologiam attinet principum Patriæ nostræ, nihil nunc habeo, quod tibi communicem. Res ea, non me occupatissimum, sed in summo ocio (quod aliquando futurum est) constitutum requirit, & quidem instructũ multiplici supellectile historiarum. Inchoaui

quædam paulò altiùs ſupra Marobudum & Tudrum nobiliſſimos atq; vetuſtiſſimos noſtrorum populorum duces, Herciniæ ſyluæ Dominos, qui ſe Boios nominârunt, ſiue à bellis, quæ plurima geſſerunt, ſiue à Diuis, quoniam præ ſe ferebant genus & ortum à Cybele magna matre Deorum habere. Boy ſiquidem illorum idiomate bellum, Bog verò & Bohu ſignificabat DEVM. Nam Marcomannorum ſiue Morauanorum nomen, quo Boiorum contribules & ὁμόγλωττοι nuncupabantur, videtur generalius & vetuſtius. Illos aſſerunt originem traxiſſe à priſcis illis Sigoueſo, noſtri appellarunt Czechouecium, & Pantaſo. Reperio enim, noſtros maiores olim ante bella Romanorum in Germaniam conuerſa, tenuiſſe Vindeliciam, nunc Auguſtam appellant, iuxta fluuium Lechum: progreſſos à tractu illo amęniſſimo, vbi ſunt Venetiæ, Verona, Brixia, vſq; ad Rhetiã vtramque. Id locorum, fontium, fluminum & mõtium atq; vrbium illius regionis appellationes teſtantur. Verùm de his non eſt nunc narrandi tempus. Libellum Chronologicum Pribiſlai Pulkauæ per tabellionem, ita vt petis, ad te mitto, manu ſcriptum cum Iacobi vrbis nouæ Pragenſis archigrammatei, fra-

tris mei chariſſimi inſcriptione. Feliciter vale, optime Procopi.

Pragæ è Collegio Angelico omnium Sanctorum, 28. Februar. Anno Domini, 1584. Humaniſſimi viri Collegæ mei vnâ cum Domino Rectore Vniuerſitatis, M. Mathia Curio ab Hagek; venerando ſene, plurimam tibi precantur ſalutem. Salutem cupio ſignificari precariq; meis verbis omnibus Chori veſtri aſſectatoribus, literatis & optimis viris, in primis verò noſtro Ioanni Roſino.

Petrus Codicillus.



EPIGRAMMATA.

IN CALENDARIVM OANATISSIMI VIRI, MAGISTRI PROCOPII, à Hlavvaczovva, &c.

HIſtorias multi magno ſcripſêre Cothurno,
Vnius & gentis, dum fera bella canunt.
Liuius Italicam, Troianam ſcripſit Homerus,
Ioſephus Solymæ gentis & Imperij:
Illius at Florus Compendia pulchra retexit,
Huius Egeſippus, Vergiliusq́; canit.
Hiſtoriam breuibus variam conſcribere verbis,
Qui ſciat, hunc maior concomitatur honos.
Autor Ephemeridem hanc rerum, annorumq́; coëgit
Arguto, atq; breui Procopius calamo.
Eſt virtutis opus factis extendere famam,
A ſera vt poßint poſteritate legi.

M. Iacobus S. à VVar-uazovva, &c.

ALIVD.

HIſtoria eſt teſtis, quo quid ſit tempore geſtum,
Lux veri, vitæ norma, magiſtra fori.
Nunciat euentus priſcos, conſultaq́; patrum,
Quæ valuêre bonis, quæ nocuêre malis.

Et

Et licet ostendat Lex certæ munia vitæ,
Quæ DEVS *hîc mandat consilia, acta regi:*
Attamen historici monstrant exempla, malisq;
Significant pœnas, præmia sueta bonis.
Hæc magis incurrunt oculos, quàm regula nuda,
Dum facienda iubent, dum fugienda vetant.
Qui cupis ergo bonæ normam cognoscere vitæ,
Iussa DEI, *patrias historiasq; cole:*
Has numerosa tibi collegit cura Lupacij
Irrequieta nimis, & vigilata diu.
Vicit amor patriæ curas, variosq; labores,
Quos, veteres quærens, pertulit ille, libros:
Ne monimenta, simul clarorum gesta virorum
A tineis, blattis disperéantq; situ.
Magna nimis magno constant: fit gratia maior,
Quæ venit immenso parta labore, rei.
Tu quoq; fac magni tantum studiumq; virumq;.
Qui dedit hæc priscis eruta scripta libris.

Petrus Codicillus.

ALIVD.

PATRIA *si partem nostri sibi vendicat ortûs,*
Si pius est PATRIAE *dicere gesta labor,*
Gratia si PATRIAE *debetur magna cuiuis,*
Si PATRIAM *quemuis condecorare decet,*
PATRIA, *si merito gratos tibi poscis alumnos,*
Si benè de PATRIA *promeruisse bonum est:*

Fac, patrios fastos, Procopi, tandem ede, Lupaci.
Cum patria lector cur tibi plaudat, erit.
Eruta ruderibus blattisq; erepta resurgent
Per te cum rebus nomina Czechiadûm.
Posteritas tua scripta legens relegensq; ita promet:
Ciuis hic & vates, historicusq; bonus.

Thomas Mitis Ly-
musæus.

ALIVD.

QVi prior integrum distinxit mensibus annum,
Næ sapientis opus præstitit ille viri:
Idibus at mensem qui, Nonis, atq; Calendis
Diuisit, laudem non minùs ille refert.
His sine quanta etenim fieret confusio rerum?
Et quantum toto cresceret orbe chaos?
Gesta virûm in dubio starent illustria: certum
Nil etiam notis esset in historijs.
Nam talis ratio est memorandis optima rebus,
Tempora, personas quæ notat, atq; locos:
Hanc quoq; Lupacius sequitur præsente libello,
Quo res persequitur, terra Bohema, tuas.
Patria cuî tantum meritò debebit, Ebero
Quantum debebat Teutonis ora suo.
Sed minùs indigenas si gratos senserit: vt sunt
Tempora temporibus deteriora patrum:

Hoc

Hoc studium tamen in patriam, doctumq́; laborem,
Laudibus ornabunt extera regna suis:
Nomen & authoris viuet, distincta Calendis,
Idibus, & Nonis tempora donec erunt.

David Crinitus Ne-
pomucæus.

ALIVD.

T*EMPORIS est testis, lux veri, res vbi priscas*
Pandit in apricum nobilis historia,
Qua monitus sapiens lector de rebus agendis
Euentu vario cautior esse potest,
Inspiciensq́; graues comitari crimina pœnas,
Et placidum finem consilij esse boni,
Doctus ab exemplis, sibi quid sit in orbe sequendum,
Quídue relinquendum, certiùs inde videt.
Debet at inscriptis vulgandis candor inesse,
Vt sibi sint dextro congrua cuncta stilo,
Lectio quóue sibi constet perspectior, istuc
Tempora cùm certis sunt referenda locis,
Vt geminis alis verum enitatur in altum,
Actaq́; res possit conciliare fidem.
Quod nisi quis præstet, ceu corpus inutile cæcum est,
Sic demto vero claudicat historia.
Hinc sua LVPACIVS *scindit monumenta Calendis,*
Quò pateant certo quæq́; reperta die.

Quiſquis aues gentis Boiemæ diſcere faſtos,
Geſtáq; res quo ſit tempore, quóue loco,
Ipſe quod ex varijs ſcriptoribus eruit autor
Congeſtum, vt facili ſcire labore queas,
Inſpice quottidie memorandos ordine caſus,
Inq; animum condas vtiliora tuum.
Hoc tibi noticiam rerum collegeris vſu,
Qualibet & poteris doctior eſſe die.
Ante tuos ortus quid ſit, ſi noueris, actum,
Mente ſenex fies, ſis licet ore puer:
Quòd ſi, quàm fueris, quid ſit, non noueris, actum,
Vſq; puer fies, ſis licet ore ſenex.

Ioannes Roſinus Za-
tecenſis.

ALIVD.

EXtat in his veri ſimplex narratio faſtis,
Quos poſtquam patriæ, docta iuuenta, leges,
Si quid habes tenebris occultum, profer in auras,
Fiat vt augmento gratius iſtud opus,
Et benè de patria meriti celebrentur honore,
Poſteritasq; habeat, quos imitetur, auos.
Nam, velut eſt laudis patriæ res promere geſtas,
Sic erit has magnum ſubticuiſſe nefas.

Suatomirius Thabo-
renus.

ALIVD.

ALIVD.

EDis Ephemerides, à te, Pater, antè notatas,
Iamq́ opus hoc lucem, iamq́ videre potest.
Ex his historiæ perdiscet plurima tyro,
Illi quæ forsan nota fuêre minùs.
Nam, si iudicium hîc licet interponere nostrum,
Explicat, & fert hic abdita multa liber.
Pro tanto ipse dabit tibi præmia larga labore,
Si sit fortè parum patria grata, DEVS.
Non decet, vt quisquam contemptu linquat honesta:
Mercedem capient tempore & illa suam.

Iacob. Budichius
Tustensis.



AVTO-

AVTORES IN HOC *opere citati.*

CHRONICON

COsmæ, Decani Pragensis: Latinum, manuscriptum. Editum temporibus VVladislai XXIIII. Ducis Boëmiæ, & Hermanni præsulis.

Przibislavvi Pulkauæ: Latinum, mſ. Vixit Pulkavva sub Karolo IIII. Imp. Eiusdem Prz. Pulkauæ, Boëmicum, mſ.

Iohannis de Marignolis, episcopi Bisnanensis: Latinum, mſ. Vixit sub Kar. IIII.

Francisci; Pragensis Canonici: Latinum, mſ. Vixit sub Kar. IIII.

Aulæ Regiæ, siue Zbraslavvianum: Latinum, mſ.

Opatovvicense: Latinum, mſ. Cuius autor vixit sub Ioh. rege Boëmiæ, & Kar. IIII.

Boleslavviense: Bohemicum, mſ. eius aliquot legimus exemplaria; alia alijs locupletiora.

Vita Karoli IIII; ab ipsomet Imperatore cōscripta: Latinè & Boëmicè, mſ. Eiusdem Passionale, quod vocant, D. VVenceslai: Latinum, mſ. Item epistolæ atq; diplomata; eiusdem Kar. IIII. nomine scripta: Latina, mſ.

Iohan-

Iohannis Portæ de Coronatione Romana Karoli IIII. Latinè, mſ.

Epiſtolæ, nomine VVenceſlai, Kar. IIII. F. regis Boëmiæ, ſcriptæ: Latinæ, mſ.

Chronica Martiniana: Latina & Boëmica, mmſſ. alia alijs auctiora.

M. Simonis Slanæi (ſiue de Slana) chronicæ notationes: Latinæ, mmſſ. Eiuſdem Panegyricus, mſ; dedicatus Georgio regi, ſub quo, vt & Ladiſlao R. ipſe vixit.

Thomæus, ſiue breues notationes obitûs Illuſtrium virorum, &c. mſ. Ex cœnobio D. Thomæ.

Huc accedunt

Epitomæ, rhapſodiæ, collectanea, coniectanea, fragmenta, & alia, quæ ſunt eius generis non pauca: atq; eorum nos ſiue ſcriptorum ſiue collectorum nomina propria & cognomina huc perlibenter adſcripſiſſemus: quomodo id & officium ipſum & debita ijs gratitudo à nobis requirebant; ſi & in manuſcriptis annotata, aut nobis cognita fuiſſent. Quippe eo in ſtudio, laudabiliq;, patriæ nauatâ, operâ, neminem ſanè, ſuo honore, ſuâ laude fraudare aueremus: quantum equidem ſit in nobis ſitum. Ingenui ſiquidem eſt, per quem profeceris, libenter confiteri.

Porrò ex his manuſcriptis, complura nobis

bis liberali officio, humanitatisq; plenâ facilitate communicata, ſunt ex bibliothecis, Nobilitate generis, virtute, doctrinaq; clariſſimorum virorum: D. Iohannis Hodieiouini ab Hodieiovva, &c. D. VVenceſlai VVrzeſouicij à VVrzeſovvicz. Item D. Bohuſlai VVogirz ab Oczedielicz: D. Georgij Deſſansky, &c. Huc referamus manu ſcripta; quæ penes ipſos fuerunt: M. Matthæum & VVenceſlaum Collinos: Gregorium Patek, &c. Nicolaum Agnellum, &c. Paulum Holubeckiũ: M. Erhardum: M. Marcum Bydzovvinum: M. Iohan. Hortenſium Gurimæum: Paulum Kbelsky: Ioh. Lucianum: & cæteros: quorum iam nobis, hæc feſtinè notantibus, non ſuccurrebant nomina: quã etiam ob rem, vt nos habeant excuſatos, lectores, petimus: alibi, ac fortaſsè commodiùs, (Deo dante) cum honore ipſorum mentionem facturi, &c.

ETEOSTICHORVM SCRIPTORES.

Iohannes Balbinus Reginæ-Hradecenus.

David Crinitus ab Hlavvaczovva, Nepomucænus.

Bernhardus Sturmius Paczkouinus.

Iohannes Roſinus Zatecenus.

AVTO-

AVTORES IMPRESSI:

VVenceslauus Hagecus à Liboczan, Boëmus.
Martinus Cuthenus à Sprynsbergâ, Boëmus.
Stanislauus presbyter, patriâ Malinæus, Boëmus.
Iohannes Dubrauius, &c. Boëmus.
Aeneas Syluius: Eiusdem epistolæ mnss. & impressæ.
Iohannes Cochlæus.
Albertus Krantzius, VVandaliâ, Saxoniâ, Metropoli.
Ioh Tritemius.
P. Aemylius cum adiunctis scriptoribus.
Papyrius Massonus.
Frissardus, siue Froissardus, aut Frossardus, &c.
Nicolaus Vignierius.
Chr. Carionis.
Ioachimus Cureus.
Anton. Bonfinius cum adiunctis, &c.
Ioh. de Thurocz, &c.
Mart. Cromerus, &c.
VVolfg. Lazius.
Ph. Iac: Bergomâs.
Nicephori Chronicon, cũ annot. Ioach. Camerarij.
Pand. Collenutius.
Petrus à Rotis, Belga.
Ioh. Funccius.
Iac. Meyer.
Barlandus.
Liechtenauius.
Herueldius: & cæteri.
Catalogus episcoporum Morauiensium, Augustini Olomucensis, Secretarij regij, &c.

FINIS CATALOGI AVTORVM.

RERVM

RERUM BOEMICARUM Ephemeris, SIVE KALENDARIUM HISTORICUM:

AUTHORE

M. PROCOPIO LUPACIO HLAVVACZOVVAEO, Pragensi.

Ianua-

Ianuarius.

Ci-

Habet dies XXXI. Luna XXX. nox habet horas XVI. dies, VIII.

I. Januar. *Calend. Ian.*

Anno Dn. 1110. Henricus V. Romanorum Imperator, collectis ingentibus copijs, pro auxilio VVladislaui, Ducis Boemiæ, affinis sui, aduersus Borziboium, affectantem Boëmiæ principatum, hoc die, vt annotat Cosmas, ingressus est in Boëmiam, captoq; cum complicibus Borziboio, VVladislavum Ducali solio restituit: de his fusiùs Hage: *

*A. D. 1158. * VVladislavus, Dux Boëmiæ numero 26. à Friderico Barbarossa* E. N. I *Roman. Imperatore, in celeberrimo Principum conuentu Ratisbonæ, quæ est inclyta urbs Imperij, 12. milliaribus à Tusta oppido dissita, habito, salutatur rex Boemiæ, in ordine secundus: Quod Regiæ dignitatis nomen Principes Boëmiæ non usurparūt ab annis plus minus 66, ab obitu videlicet VVratislavi primi Regis Boemiæ &c. De ea dignitate (regia) publicæ extant apud Pulkavam atq; Hagecū donationis tabulæ &c.* ⁂

* Sunt qui vt de anno ità & de die uariant.

A. D. 1310. ⁂ Ad mandatum Ioannis (Henr. VII Imp. fil: Caroli IIII. patris, Regis Boëmiæ 10.) qui tùm non multò antè Pragam fuit ingreßus, Henrico Carinthiaco sororio suo indè profecto, omnes regni Boëmiæ ordines conueniunt, eiq; in templo Cathedrali arcis Pragensis homagium, (hominium eruditi appellant,) & sacramentū

⁂ Hagecus 1311, & Cuthenus.

perpetuæ fidelitatis, præstant. Chr. A. R. Paulò post præsidia, quæ vel Carinthiacus, vel Misnensis per Boëmiam reliquerant, è regno suo profligat & exterminat. Habuit tum Ioannes rex ætatis annum 14.

A. D. 1354. Karolus Roman: Imp. Boëmiæq; rex per hos dies maximè solennem (frequentem & celebrem) conuentum Electorum & Principum (sacri Romani Imperij) habuit in Moguntia, ubi inter multa, quæ ad Reipublicæ commoditatem statuit, de Romana etiam profectione pro corona Imperij adipiscenda, quod sequenti anno contigit, tractauit. Hæc Tritem:

* Hagecus habet. 1388.

A. D. 1387. ut plures mmss. conueniunt * ☉. Iohanna regis VVenceslai E. N. IV. Romanorum Boëmiæq; regis, uxor prima. Sepulta XI. Ianuar. in cœnobio Aulæ regiæ. Fuit filia Alberti Senioris, Ducis Bauariæ, & Hollandiæ Comitis: Exegit cum marito annos nouem: fuit eorum coniugium sterile. Scribit Krantius in VVandalia, optimam fœminam inedia sibi vitam finiuisse ob mariti sui flagitia & nescio quæ, alia, quæ idem scriptor habet. Cuius rei penes ipsummet autorem fides esto.

A. D. 1427. ☉. in arce Pardubicensi Do. Victorinus Bocecus de Podebrada & Cunstato: Baro Boëmicus, pater Georgij regis Boëmiæ, frater Domini Hynconis Heros Togata, Bellicaq; virtute præstans. Vixit non inglorius sub Ioanne: Karolo IV. VVenceslavo: Sigismundo regibus Boëmiæ.

A. D 1432. hoc, & aliquot deinceps insequentibus diebus multæ niues, magnáq; frigora erant: potissimùm autem ea

rem ea cœli rigidioris tempestas à quinto huius mẽsis die vsq; ad 25. durauit, suntq; plures mortalium vehementia rigoreq; brumæ algidissimæ etiam enecti. Petri Codicilli m s.

A. D. 1438. Albertus Dux Austriæ inauguratur rex Vngariæ, non multò pòst & Imperator Romanorum: raro tantæ felicitatis exemplo. &c. Nostri quidam annales habent diem sequentem. Sed nos plurium consensum sequimur. Annus porrò iste vsq; ad Maium Mens. extitit maiore ex parte algidus, æstas verò valdè sicca.

A. D. 1467. Friderico E. N. III. Somm. Imperatore Ludouico XI. Galliæ: Henrico VII. Castellæ: Matthia Coruino. Huniade, Vngariæ: Georgio Podebradio Boëmiæ: Eduardo IIII. Angliæ: regibus Christianis: Mahomete II. Turcorum tyranno: nascitur Sigismundus E. N. I. rex Polonoiæ, Kazymiri regis Sarmatiæ ex Elizabetha coniuge, Alberti Imperatoris nata, filius quintus, VVladislaui E. N. II. Boëmiæ regis, frater.

A.D.1491. Cometæ flãma per hos dies arsit Sol quoq; defecit. insecuta est hoc ãno per Boëmiã penuria frugum vini proventus admodum tenuis: quod & immaturum fuit, acidúmq;: mortuus est quoq; Henricus, aliâs Hynco dux Münsterbergensis, Georgij, regis quondam Boëmiæ filius, minor natu. Rex Portugalliæ lapsus cum equo perijt. Item pecudes & armenta passim contabuerunt.

 II. Ianuar.

A. D. 969. Boleſlavo (E. N. II. Duce Boëm. 15. Dietmarus natione Saxo, patriâ Magdeburgenſis, è vivis exceſſit, ſepultus in choro Cathedrali arcis Pragēſis. Is eſt primus epiſcopus Pragenſis Eccleſiæ: ab Hattone, Mogūtinēſi archiepiſcopo, confirmatus. Populum gentilem baptizans quamplurimum facit Chriſto fidelem. Cos. Nam mediocrem Slavinicæ linguæ uſum habebat. Pulk. Sedit anno 1. Ei ſurrogatur Adalbertus, vulgo VVoytechus, natione Boëmus.

A. D. : : : Mortuus eſt Dn. Nicolaus de Orzech, reginæ Boëmiæ Camerarius. Thomæus.

A. D. 1514. ab hoc die uſq; ad 23. eiusſdem menſis diem gelua extiterunt inſolita, longéq; grauia: noctibus maximè ſerenis: qualia non eius ætatis homines fuiſſe commeminerant. mm. ſſ.

A. D. 1529. Viſa ſupra urbem Pragenſem regio aëris adaperta, nec multò pòſt claritas atq; ſplendor mirificus & inſolens: inq; ijs præterea ſimulacra ſeu effigies hominum, ſpecie ignita, interq; ſeſe hoſtiliter confligentium conſpectæ.

A. D. 1117. Fuit multis in locis Boëmiæ tremor terræ insolens, grauis & horrendus. De quo sic in Appendice Mariani Scoti: Terræ motus bis inter diem & noctem tã terribilis per totum orbem terrarum factus est, ut multa ædificia corruerent, & homines vix effugerent: Sed maximè in Italia, ubi tam periculosus & horribilis fuit, ut manifestum Dei iudicium super se homines expectarent, quum per diuersa loca Italiæ, ciuitates castella, villæ cum hominibus, inibi commorantibus, subitò ab hiatu terræ deperirent. Et, quæ ibidem plura prolixiùs commemorantur. Meminit eius terræ motus, &c. Ioh: Garcæus. Insequente anno tanta quoq; fuit aquarum inundatio quantam reor non fuisse post diluuium in orbe terrarum, ait idem Cosmas. Cosmas & Hagecus.

A. D. : : : Obijt Domina Petra de Rosmytal. Thomæ:

A. D. 1415. M. Ioan. Hussius, captiuus, ex Cantoris Constantiensis domo, ducitur in cœnobium fratrum Prædicatorum, situm ad stagnum: conijcitur ab eisdem in carcerem tenebricosum, sordidæ latrinæ vicinum, ubi usq; ad festum Palmarum (uti vocant) non sine discrimine vitæ ibi finiendæ, detinetur: pòst tamen, cùm ex fætore & squalore carceris in grauem morbum semel atq; iterum incidisset, in mitiore custodia asseruatur.

A D. 1544. Doctor VVenceslavus, prædicator in fano ante Lætam Curiam, quam ità vocant, custodiæ mãdatur. &c. De quo fusiùs alibi habetur.

A. D. 1068. quidam habent 1067. hoc, & insequentibus diebus tanta fuit in Boëmia hyemis asperitas, ut iumenta & pecudes rigore brumæ expirarent: pleriq; etiã mortalium, dum iter facerent, in via inuenti fuissent exanimes. Durârunt ea frigora & gelua, usq; ad 20. diem Martij m.

* Guthens hãbet an. 1344

*A. D. 1343. * Emigrauit ex hac vita Ioannes, de Gencensteina familia, E. N. IIII. in ordine præsulum Pragensium 27. Conditus in D. Viti basilica ante aram D. Siluestri, sedit annos 42. Ei hoc in officio surrogatur Ernestus, tùm temporis Ecclesiæ Pragensis Decanus, filius strenui militis à Pardubicia_ Hag: Vir, ut annotat G. Fabricius, munificus & magnæ grauitatis: Misnensis quoq; Ecclesiæ antistes, ubi tamen nunquam resedit &c. idem G. Fabric.*

A. D. 1378. Carolus IIII. Imper. Boëm. rex, Caroli V. sapientis Franciæ regis avunculus, unà cum VVencesl. fil. Cæs. Des. in Franciam profectus, ut inter Anglos & Gallos diuturna, quæ illis utrinq; intercedebant, dißidia tolleret, Luteciam Parisiorum ingreßus, & magnificè exceptus est. Attamen totum illud de pace susceptum negotium propter sequentem paulò pòst reginæ simul, ac regiæ filiæ obitum. in aliud tempus reiectum est. M. Beutherus ex Chr. Franc &. P. Maßonus: item Tilius; P. AEmylius, & Rob. Gaguinus, de eo scribunt fusiùs. Ipse quoq; Car. IIII. non multò pòst, vdelicet sub exitum IXbr. eodem anno, vita defunctus est.

A. D. 1504

A. D. 1504. Ad Straconicium oppidum Boëmiæ, rogi incendio vivi absumpti sunt duo Iudæi, fratres, ut non multò antè & mater ipsorum: eò quòd puerum Christianum, è sublimi suspensum (in Christi Dei hominisq; & verò Christianorum acerbum ludibrium) cultris crudeliter confossum, & horribili cruciatu laniatum, sanguinē ex eius corpore elicientes, nefariè trucidassent. Is ità peremtus, puer scribitur fuisse cuiusdam fœminæ rusticanæ quem (scelus nefandum) Iudæis illatribus florenis vendidit mater crudelissima. Itaq; & ipsa pòst est flammis cremata. Simile, quid à Iudaica crudelitate patratum, in Historijs legitur, in puerum Anglicum, Parisiensem: Tridentinum, Bracheracbensem, & VVeisensehensem. &c.

Judaica crudelitas et scel[us]

* A. D. 1460. Profesto Epiphaniorum ante 1. noctis horam illuxit splendor è cœlo. Insequitur turba atq; motus, tumultuatióq; vulgi in Boëmia occasione monetæ suborta, &c. qua de re copiosiùs Hagecus, & alij nost: scrip:

A. D. VVladislavus, anno regni Boëmiæ tertio, ipse in Montibus Cuthnis oppido creat Senatum, Magistro monetæ ibi tum existente D. Benessio à VVeytenmilla ms.

A. D. 1531. Ferdinandus Archidux Austriæ, Hungariæ Boëmiæq; rex, Coloniæ Agrippinæ in primario templo renũciatur rex Romm. Quod hoc eteosticho inclusit David Crinitus noster.

Fernando Latij confert Collonia regis,
Fulserat ut quinto Ianus ab orbe, decus.

* Quidam annotant diem sequentem, & annum 1308. quod fortasse de electione eius est accipiendũ.

A. D. 1311. * *Henricus E. N. VII. Ioannis regis Boëmiæ pater, Karoli IV. avus, Romanorum Imperator Designatus, Mediolani, quæ est in Insubribus ciuitas clarissima, ab Cassono aliâs Castono Ecclesiæ archipræsule, ferreâ coronâ, de vetusto regum Romanorum more, vnà cũ uxore sua, in fano D. Ambrosij, cingitur. Nauclerus. In ea profectione seu expeditione Italica, dum ab rege Henrico oppugnatur Cremona, perijt VValramus (VValdramus) ipsius Henrici frater: adhæc, discessura à Genua, Augusta Cæsaris uxor, grauida obijt. Genuæ tumulata. idem & ms.*

Subita, sed honesta mors.

A. D 1316. Ioannes, filius Dn. Beneßij de VVartemberg, Purgrauij Pragensis; vetustæ, claræq; Procerum familiæ, vir magnanimus, strenuus, & miles egregius, constitutus dux in oppugnatione cuiusdam propè Græciam (Reginæ Hradecium) munitionis (castelli) dum manum cum hoste consereret, accepto in facie per ictum iaculi vulnere, ibidem subitò occumbit. chr. A, R.

A. D. 1357. Mortuus est Dn. VVoko de Krumpnavv. Solenni honestóq; funere elatus & sepultus in cœnobio Altivadense. m s.

A. D. 1430. infra pulsum vesperarum Sigismundus Imp & rex Boëm. ingressus est Noribergam amplißimam Sacri Romani Imperij urbem: commoratúsq; ibidem est usq; ad 29. Augusti. SSindelius.

A. D. 1433. Nocte præcedente Epiphania, id est, die 5. Ianuar. hora 10. min. 49. Luna eclipsabatur tota &c. notabat damna mulierum nobilium. P. Cod icill. m s.

* verte retrò

A. D. 1130. Aurora, mirâ quadam specie orta, quasi choreas duceret, conspecta est, itá. vt homines eo specta culo nouo atq; insolito in admirationem traherentur: per hosce dies crebra quoq; ostenta in aëre comparebant. Cosmas. Insequente anno patefactæ sunt insidiæ, quæ à nõnullis domesticis Sobeslaui Boëmiæ Ducis vitæ struebãtur: Sed eius perfidiæ autores capti deinceps, & à Duce, capitali supplicio sunt affecti.

*A. D. 1159. ut Car. Sigonius annotat * ad hunc diẽ Fridericus (E. N. I.) Cæsar indicit concilium, tollendi ex Ecclesia schismatis caussâ: ad quod ipse cum (VVladislauo Boëmiæ, in ordine secundo) & Daniæ regibus: cumq; Victore (Pontifice Romano) per (Danielem) Pragensem, & Tietmarum Secundum Ferdensem (Verdensem) episcopos euocato, profectus est.* * vt N: Vignierius 1162

A. D. 1309. § Henricus Comes Luceburgius (E. N. VII. Romm. Imper.) Ioan. Reg. Boëm. pater Karoli 4. auus) ante Kal. Nouembris electus & declaratus Romm. rex, regali diademate coronatus est cum Margareta uxore sua, Aquisgrani, per ☧ Ioh. Colon. Archiepiscopum. Chr. A. R. & M. Beutherus ex Auentino.

§ 1308. Tritemius sed perperam. hoc enim anno fuit electus

☧ Henricum: EN. II. Tritemius habet & P. Massonus, qui Henricus fuit comes de Virnenburch, ut scribitur in Annalibus archiepiscoporũ Coloniensium,

A. D. 1313. Ioh. rex Boëmiæ, sacri Imperij per Germaniam vicarius generalis, conventus Principum Imperij in inclita urbe Noriberga agit, ut auxiliares copias patri suo tanquam Romm. Impe. aduersus Florentinos, quos uti rebelles coërcitos esse voluit, exhiberent. m s.

A. D. 1355. Carolus IIII. rex Boëm. Mediolani in cœ

nobio D. Ambrosij, ferreâ coronâ ab Roberto Vicecomite, Mediolanensi Archiepiscopo, de more, cinctus est. Commoratur ibidem per dies 18. pòst Romam indè ad suscipiendum diadema imperatorium profectus.

A. D. 1422 Sigismundus Imperator Montes Cuthnas celebre Bohemiæ oppidum cremat & euastat: quod iam indè à rege VVenceslavvo maximam argenti vim fœcundissima vbertate regno Boëmiæ fundebat, &c. Tantus autem furor atq; rabies eius militum sæuitiaq; fuit, vt ne pueris paruulis & innocentibus sit eo in bello parcitum. ms

A. D. 1433. Legati ex regno Boëmiæ missi, & Theologi Magistri Pragenses, publicis eiusdem Concilij euocati literis, hoc die veniunt Basileam. Nomina Legatorum Liechtenauius & Cochlæus recensent. De quatuor Boëmorum, vti vocant, articulis, ad sacri vsq; Paschatis tẽpus disputant. Ex ea Synodo, ad 19. Maij demum Pragam redeunt.

A. D. 1488 Vocati ad nuptias Glogouiam, quas Ioannes, Princeps Saganensis, filiabus suis parabat, venit Henricus Monsterbergensis & tres filij eius: Albertus, Georgius, & Carolus, præterea Dn. (Henricus) Rosenbergius (filius Domini Henrici, procreatus ex Anna Henrici X. Ducis Freistadiensis) Cureus. Alberto autem iuncta est Salome: Georgio Heduigis: Carolo Anna: vnde est materna stirps Ducum Olesuicensium. Idem.

A. D. 1496. Alexandro VI. Romanorum Pontifice: Maximyliano I. Romanorum Imperatore: VVladislauo

R. N, II. Boëmorum rege: Nascitur Ioannes senior Hodieiowsky ab Hodieiowa, Viceiudex regni Boëmiæ: idq; Choterinæ in propugnaculo: hora secunda ante diluculum. Ità Ioh: Hodieiouius manu propria. De Hodieiowinæ gentis, sanè vetustæ atq; celebris, insignibus siue imaginibus &c. scripsit V. Amerbachius Epigramma elegans: quod & typis est expressum. HODIEIOVINUS.

A. D. 1502. Placidè obijt Magister Iohannes Lipko: Sacræ Theologiæ Baccalaureus. Sunt penes me eius Theologi, libro manu scripto conciones seu Postilla de Sanctis opus non indoctum, neq; lectu lucéque indignũ.

VII.

A. D. 1346. Ludouicus Imperator pomposam Carolo IIII. Bohemiæ regi mittit epistolam. Ea hoc die fuit Ratisbonæ scripta: ad quam Carolus modestè simul, atq; grauiter respondet. vtriusq; exemplum legimus.

A. D. 1409. Per hos & insequentes dies adeò aëris temperies fuit calida, vt & culturam telluris exercere, & sementem agricolæ non incommodè facere; potissimùm in confinio Nymburgensi; potuerint. Thomæus.

A. D. 1472. Dominico die post Epiphaniam apparuit Cometa maximus, habens caudam vltra vnum signũ cæli, ita, ut à signo piscium per Arietem tangeret signum Tauri, & stetit sic plus, quàm quinq; septimanis. P. Cameniceni m s. Hunc Cometam eiusq; effectiones carmine & prosa luculenter descripsit I. Pontanus.

A. D. 1540. N. Qui patrem suum nefariè peremit, iusto supplicio affectus, rotæ implicatur. &c. Dess: senior: m s.

A. D. 1574. Decessit morte immatura è uiuis sublatus, florens ætate & virtute iuuenis D. Ioannes Burlanus, Comes à Gutenstein: longiore vitâ dignus. &c.

ΕΓΕΟSΤΙCHΟΝ.

Hac comes à Rizberg terrâ, Buriane Ioannes,
Post quatuor torpens lustra peracta iaces. I. R. Z.

A. D. 1068. Per hos dies tanta hiemis fuit asperitas, vt & iumenta & homines, viæ se dedentes, emorerētur. Durauitq; continenter vsq; ad 20 diem Martij M. Hag:

A. D. 1331. Rustici magnis quotidie cum aratris laborabant. Nam eiusdem anni hyems fuit calida & ventosa. Franc: L.

A. D. : : : Allatio reliquiarum secunda. K. ms.

A. D. 1393. Θ. venerabilis matrona, Dn. Elizabeth, dicta de Ledczicz, relicta quondam (vidua) Dn. Vlrici de Zbiroh, aliâs de Mendico, (Zebraco) femina pia. Thomæus.

A. D. 1505. per hos dies tepida extitit aëris vltra solitum, constitutio: quæ aliquot dies perdurauit: insecutæ eum teporē niues sunt, verùm non admodum copiosæ.

A. D. 1541. Sabbato insequenti diem Dominicum obijt Magnificus Dn. Henricus Berka à Duba, dominus Dreveniciorum, supremus inclyti regni Boëmiæ Iudex. In Cathedrali D. Viti arcisq; Pragēsis basilica tumulatus Primarius fuit author contexendi atq; linguâ vernaculâ concinnandi Chronica seu annales Boëmiæ, pro publico totius nationis Boiohemicæ atq; Slauinicæ vsu. &c.

Dignum laude virum Musa vetat mori.

A. D. 1578. Θ. Christophorus Caroliuicius, &c. Equ. Aur. S. Imp. sapientiâ, eruditione & dignitate CL.

ETEOSTICHON.

Custodi bis quarta dies ubi fulget Iano,
Fila secat Lachesis ferrea Christophoro. B. S. P.

A. D. 1157. Spitignevus (uel Zbitybnevus) filius Boribogi (E. N. II. Du. Boëm.) qui, longa, & difficilia apud exteras nationes paſſus exilia tandem, præceptione ſimul & interceſſione Friderici Ahenobarbi Romm. Imp. à VVladislauo duce receptus in patriam ſuam fuit, intempeſtiua morte ex hac vita ſublatus decedit: dux; imò flos & honor ducum, Coſm.

A. D. 1420 interregni Boëmiæ à morte reg. VVenceslaui, Caroli F. anno I. ſub cantum galli, multi vtriusq; ſexus homines, propter Euangelicæ doctrinæ confeſſionem & integrum Cœnæ Domini uſum, Gutebergæ oppidi 8. M. P. diſtantis à Praga, in fodinas argentarias præcipitantur: inter eos exiſtit M. Iohan: Chodecus, Gurimenſis preſbyter, vnà cum cæteris ſymmyſtis, videlicet Martino, Iacobo, Leonharto: ij ſimilem fortunam & exitum vitæ ſortiti. Tantam autem ſcribitur fuiſſe odij aduerſariorum, qui eo tempore fuerant Teutones, in pios acerbitatem, ut eos, adinſtar iumentorum pecunia emerent, pro laico 1 floren, pro clero autem ſeu ſacerdote vno, 5 floren: adnumerantees. ita fœdè coëmtos exquiſitis tormentorum generibus miſerabiliter excruciabant, ad extremum in argentifodinarum profunda (ut dictum) præcipites deturbabant, mſ. Eadem quoq; nocte ſeu diluculo multi ſecularium ſiue laicorum propter ſacri calicis communionem per eosdē Cuthnenſes ſunt interemti, inq; præfatas fodinas maximè eam, quæ Thaboritarum cognomine erat appellata, iniecti. M. Laurent.

Crudelitas contra Christianos

A. D. 1431. Legati & Theologi Regni Boëmiæ & Marchionatus Morauiæ, Basiliensi in Concilio audiuntur &c. suntq; lectæ, quatuor ex concilio, totidem ex Boëmicis Legatis personæ ad dissertationem, quæ 30 dies perdurauit. De eo & suprà.

A. D. 1527. Ingens chasma per Boëmiam nonnullis in locis, Germaniamq; conspicitur. Id ostentum diuinum consecuta est Turcarum in Germaniam irruptio. Chasma.

A. D. 1529. Incendium (siue ardorem cœli dicas) nō paruum est in aëre ad quintam horam noctis, ineunte die solis visum: multis mortaliū admirationi Deß eph.

A. D. 1553. nocturno tempore grauis aëris turbatio, tempestas, ventorumq; flatus uiolenti, chasmaq; in oppido Lithomysl io simul, & in vrbibus Pragensibus sunt coorta Artem: ms.

(:) num dißidium gliscebat. Cypri: Leouit:

A. D. 1422. Pragenses & Zizka post stragem Sigismundi Imperatoris, magna impreßione & oppugnatione ceperunt Brodam Teutonicam: § quo in conflictu ad 3000. hominum vtrinq; desiderata. Hic Pannonij, qui Sigismundi regis sui militando castra tum sequebātur, & spolia opulentißima, & insignem copiosamq; librorum multiuariorum, non latino solùm, sed & Ebraico sermone conscriptorum, tum Christianæ, tum Iudaicæ religionis, supellectilem, quam vix tria plaustra, ut ferebant, cepißent, reliquerunt. Hag

§ oppidū distat 15 mil liarrbus à Praga metropoli Boemiæ.

A. D. 1488. Vir Equestris ordinis Ioh: Malouecius, subitanea & inopina morte extinctus, obijt ms.

Mors certa, mortis hora incerta.

* Hagecus habet 1056. & 29 Xbris M. Sed in priorem annū atq; diem plures consentiūt.

A. D. 1055. * ☉. *Brætislauus 17. Dux Boëm. febre extinctus in vetusto inclyti regni Boëmiæ oppido Chrudima: expeditione iam tertiùm in Vngariam susceptâ, ut armis eam sibi subiugaret. Sepultus est Pragæ in Cathedrali Ecclesia DD. VVenceslai, Viti, Adalberti. Magnus planctus est desuper illico factus. Pietatis propagator & cultus diuini, iusticiæq; amator. Vltimo testamento constituit, ut inter ipsius natos siue nepotes semper maior natu summum ius & solium obtineat in principatu. Cos.* ʼʼ *Non multos regnare bonum est: rex vnicus esto. Et, vt extat apud Iustinum: firmius est futurum regnum, si penes vnum remanserit, quàm, si portionibus inter fratres diuidatur : quam sententiam sanè memorabilem & Pulkavva animaduertit, &c. Sedit in ducali solio, rexitq; à morte patris, Boëmiam 18 ann. menss. duobus: staturâ speciosus, & membris admodum dispositus. Idem. Reliquit filios natos ex Iuditha siue Gutha uxore sua, Ducis Othonis Palatini Rheni filia, quinq;: Spitigneuum, VVratislauum, Conradum, Othonem, Iaromirum. Ei successit, secundum paternam sanctionem, Spitigneuus primogenitus fil. Idē Cos.*

A. D. 1376. vt quidem annotauit Cyprianus Leouitius: nam M. Nicolaus SSudus habet 1377. (ni subsit librarij mendum) sol defecit. Anno insequente, (secundo pòst) durantibus adhuc eclipsis Solis & Cometæ effectibus, obijt Carol. IIII. Romm Imp. Boëm. rex. Inter pontifices quoq; Romanos pertinax atq; diutur-

(:) verte retrò num

A. D. 1387.* Iohanna prima vxor R. Venceslaui(E. N. IIII) quæ, vt suprà est annotatum, Kal: Ianuarij obijt; hoc die sepulta est in cœnobio Aulæ Regiæ, Hag. Funus sua præsentiâ exornarunt Elisabetha, Caroli IV. vidua relicta, Iodocus Marchio Morauiensis, alijq; complures Principes atq; Prælati &c. Rex autem ipse & maritus VVenceslauus non affuit, præ mœrore, sepulturæ. m. s.

* Quidam mm. ss. habent annotatum diem sequentem.

A. D. 1497. Inundationes maximæ, in tantum, ut aquarum altitudine molarum usus sisteretur: vndè & inopia panis est laboratum.

A. D. 1531. Ferdinandus, E. N. I. Boëmiæ & Vngariæ rex, ante sex dies designatus rex Romanorum, Aquisgrani, Germaniæ oppido, hoc die coronatur.

A. D. 1542. Flatus fuerunt ventorum vehementes & insueti: ædibus, ædificijs, tectis, casis detrimenti multùm dederunt, potissimùm Pragæ; inq; Montibus Cuthnis.

Non concupisces

A. D. 1382. Zauißa episcopus Cracouiensis, seu vehementi & repentino morbo, seu de scala lapsus, quum aceruum ascenderet ad vitiandam puellam rusticanam, expirauit. Crom. Ευρε θεὸς τὸν ἀλιτρόν. Hom. Cernit Deus omnia vindex.

A. D. 1472. Cometes, pogonia dictus, visus. Paruus in se, sed longam & illustrem post se caudam trahens, vago & incerto cursu nunc ad septentrionem, nunc ad meridiem, nunc ad occidentem solem: caudam quoq; nunc huc, nunc illud obuertens totos duos menses perdurauit. Crom. Proximè sequente anno lues contagiosa peruagata est Boëmiam " Nullus Cometa est, qui malum non afferat. Ex Camerarij Græco.

A. D. 1474. Non multò post conspectum Cometam, locustarum agmina, peruagata Pannoniam, deferuntur in Austriam, Morauiam, tum & in Boëmiam: vastabant, quæ ex terra nascuntur omnia. Scribuntur sui corporis granditate retulisse paßeris magnitudinem.

A. D. 1505. Mortuus est M. Iacobus, patriâ Paczowvinus, VVenceslai Zizij frater germanus; qui & Academiæ Pragensis agebat Rectorem. Ad Diui Galli in Maiore vrbe sepultus. Vir pius, probus, grauis & eruditus

*Laz: in Geneal an: 1518, notat.

A. D. 1519 * diluculo obijt Maximilianus Imperator E. N. I. fil. Frid: (E. N. III.) Imperatoris P. F. Aug. anno ætatis 63. climacterico (ut annotauit Gilb. Cognatus) Roman. Imper. regumq; Vngariæ & Boëmiæ,

Ferdinandi

Ferdinandi I. auus. Maximiliani II. proauus, Rudolphi II. Romm. Imp. P. F. A. abauus.

ETEOSTICHON.

Clauigeri ter quarta patris lux currit ab axe,
Cæsar vt è vivis AEmilianus abit. B. S. P.

Eius obitum proximè elapso anno antegressa est ingens luminis solaris obscuratio. Interregnum in Imperio V. menses & dies XVI. dum ei in ea dignitate supremoq; honorum fastigio surrogatur, nepos ipsius Carolus V. rex Hispaniarum, &c. Imperator potentissimus.

* A. D. 1506. (Si non subest in m. s. mendū) magnificus Dominus D. Ioan. ab Hasenburgk natus est hoc die: Hora 10. Minut. 57. Deß: senior.

A. D. 1517. Vir illustris, Baroq; inclyti regni Boëmiæ, Dn. Bohuslavus Felix Haßisteynius, à Lobkowicz, Dominus Liczkovviæ & Chomutovvij, nostro hoc tempore supremus Camerarius Regni Boëmiæ, natus est.

A. D. 1580. Piè ex hac vita emigrauit Caspar Cropacius Pilsnensis, Poëta Laureatus: mortuus quidem Pilsnæ est, verùm in oppido Mysa sepultus.

ETEOSTICHON.

Sol fusoris aquæ terna uice replet ubi astra,
E patria cesSit Caspar, ut astra colat. I. R. Z.

Scripsit complura, maximè carmine, quæ maiore ex parte edita, typisq; sunt expressa, studio & opera V. CL. Pauli Melißi &c.

A. D. 916. ⊖. VVratislauus Dux Boëmiæ, numero X D. VVenceslaui pater, profeßione Christianus, sed, qui vxorem ethnicam in matrimonio habuit, hostem Christiani nominis infestißimam. Sepultus in æde D. Georgij arcis Pragensis, quam ipse erexit. De quo fusiùs Hagecus. Princeps pius & religiosus. Præfuit Boëmiæ annis tribus.

A. D. 1460. Concordia constituta & peracta inter Georgium regem Boëmiæ & VVratislauienses, de quo prolixiùs Cochlæus in historia Hußitarum.

A. D. 1463. Dies est natalis Friderici Ducis Saxoniæ Electoris, cuius liberalitate Academia Vitebergensis est erecta. Hunc diem aßignat m. ſ. G. Deßenensis.

* De quo & proximè præcedente huiuſcè mēſis die.

A. D. 1470. (Cureus 1471.) Cometa * fulsit, per 4. septimanas conspectus. Garcæus 1472. durauit ad exitum Februarij, tantâ celeritate ceu euolauit, vt vno die ad 40. gradus magni circuli, interdum 4. signa ferè confecerit. Eum & carmine & prosâ luculentiß. descripsit Iou: Pontanus. Henricus rex Austriæ captus. Siccitas magna, æstus nimius, ita, vt flumina exiccarentur: syluæ ardoribus incenderentur. &c. hæc Garcæus. Anno insequente, Georgius rex, & Ioh: Rokycanus, electus Boëm: Archiepiscopus, ex hac vita decesserunt: multiq; alij pòst principes, nimirùm durantibus adhuc operationibus eclipsis an. 1469. vt ait C. Leouitius.

A. D. 1486. Rex VVladislavus (E. N. II.) in Noua vrbe Pragensi Senatum ipse creat.

* verte retrò

A. D.

A. D. 1093. * Febre extinctus, ☉ VVratislauus, filius Brzetislavvi: (non Ottonis & Conradi ut scribit in historia Vngarica Bonfinius) Nepos Vdalrici: Dux 19. & primus rex Boëm, cognomento Iustus, celebriq; funeris pompâ & magno populi luctu elatus, atq; sepultus VVyssegradæ, in templo D. Petri, quod ipse fundauit, & liberaliter donauit. Liechtenavvius sic: Anno, inquit, 1093, Fratizlaus Dux Boëmiæ, in venatu repentè cadens, subitanea morte obijt. Ità & Marianus Scotus. Sed hic error est corrigendus, nam Brzetislauus E. N. II. dux, non rex Boëmiæ XXI. in venatione per insidias instinctu VVerssouiciorum, vulneratus, ex equo decidit, ac non multò pòst expirauit. VVratislauus, Dux præfuit Boëmiæ 15. rex verò factus 16. ann. Scribit Ioach: Cureus VVratislauiam, metropolitanam Silesiæ vrbem, ab hoc rege VVratislauo nomen habuisse: annoq; 1030. sua primordia cepisse. VVratislauo Regi Conradus frater successit.

* Ita annotat Cosmas Cuthenus, & Hagecus quidam m- ss. habent annũ. 1092. alij 1091. Quod in medio relinquo.

Vratislavia urbis origo

A. D. 1345. Sol, & Luna eodem anno, sed non die, passi defectum: Subsecuta est pestis popularis hominum plerisq; in regionibus, & bella aspera inter Christianos, potiss. autem ad solem occidentem: Phrysii vastabant Hollandiam: cæsa multa hominum millia. Hagecus.

A. D. 1348. fuit Eclipsis Lunæ, Pòst sæuijt in hominum capita, vehementissima per totum orbem terrarũ, pestilentia. Secuta quoq; non multò pòst est mors Blancæ Imperatricis & reginæ Boëm, primæ uxoris Caroli

IIII. Flagelliferi, quos rectè plagipatidas G. Fabricius vocat, peruagantur Boëmiam. Contagiosa quoq; lues per Europam grassabatur. Tremor terræ concußit quædam loca in Boëmia; & Villacum. H.

§ vt plures scriptores de ãno dieq; consentiunt, & huc accedit autoritas inscriptionis sepulchralis.

A. D. 1380. § Deceßit placida morte ex hac vita Iohannes cognomine Ocellus, natione Boëmus, Cardinalis titt: 12 Apostolorum primus Apostolicæ sedis Legatus natus: præsul quondam Olomucensis. Sepultus in phano D. Viti arcis Pragensis. Sedit ann. 16. Ei sufficitur Zbynco à VValdek, aliàs ab Hasenburg, siue à Leporibus, vt scribit Dubrauius.

§ A. D. 1505. Pragensium Maioris & Nouæ vrbis Senatus agunt de ea vtraq; Republica in vnum corpus & Iurisdictionem redigenda: sed illa pòst in irritum cecidit tractatio.

A. D. 1230. * Mortuus est Præmyslus aliâs Ottagarus (Odoacrum & Odoacrem Itali nuncupant) VVladislaui Secundi regis filius, VVladislavvi Primi nepos: E. N. I. Dux 33: & III in ordine rex Boëmiæ, In D. Viti Pragæ, regali funere celebrato, maiorum suorum tumbis non citra luctum publicum illatus, requiescit.

* Quidam & de anno & de die discrepaut.

ETEOSTICHON.

Vt rex è viuis Primislâus exijt, alto
Visus erat fulgens Ianus in axe bifrons. D. C.

Cognomen huic regi erat Victoriosus, item, Aureus: sic ut & Græcorum quidam Imperator nuncupatus fuit Αργυρξσ. Ei surrogatur filius eius VVencesłauus E. N. II.

A. D. 1283. Stillicidia sanguinis manauerunt de pede crucifixi locati circa tumbã S. Lidomillæ, in templo S. Georgij arcis Pragensis. Et super his, quæ vnâ simul, atque altera vice contigerunt, viri fide digni testimonium perhibent, dicentes se talia vidisse. Cosm. De his & infrà. Non multò pòst subortæ sunt oppreßiones & calamitates Boëmiæ grauiss. item pestis popularis, atque annonæ caritas, & indè exorta fames tanta, vt matres alicubi proprijs liberis interfectis vescerentur. Simile quiddam euenisse scribitur nostra ætate, A. D. 1551, nimirum statuam crucifixi stupendo miraculo emisisse sudorem, in cœnobio opp. Bernburgi. P. Eb. & L. Sur.

A. D. 1496. Extremum vitæ clausit diem Vir illustris D. VVratislauus à Pernestain: à VVladislauo rege creatus Capitaneus inclyti Marchionatus Morauiæ, ms.

* Hagecus 1452.

*A. D. 1433. * M. Ioh. Rokycanus Basileæ in synodo Ecclesiastica primum articulum siue caput, quod est de communione sub vtraq; specie Cœnæ Dominicæ, proponit, deq; eo per triduum fusè differit. Tota ea Boëmorum Legatorum cum Concilio tractatio seu disputatio durat ab hoc die vsq; ad 6. Martij, & ab hoc vsq; ad 14. April: hoc est, vltra duos menses. De quo & Cochlæus.*

A. D. 1496. Corpus Domini VVratislaui à Pernestain deportatur Dubravvnicium, vbi ea familia conditoria sua habet: deducitur magno processu, ac tùm presbyterorum tum cæterorum hominum celebri frequentiâ.

A. D. 1516. ☉. Ferdinandus rex Hispaniæ, auus maternus Caroli V. Romm. Imp. & Ferdinandi primi etc.

A. D. 1258. ut Pulk. Cuth. & Hag. habent: * ⊖ *Nicolaus cognomento Rosa, Rosensis Dubrauio, gente Vitkonidûm, 23. Pragensis episcopus. vir probus, honestus, & æquus: auaritiæ osor. Sedit ann. 19. Succeßit ei Iohan. E. N. III. Scholasticus Cathedralis Ecclesiæ Pragensis.*

* Cos. verò an. 1261. (si non subest librarij mendũ) annotauit.

A. D. 1347. Hora XVII, Minuto vnius horæ VII. post meridiem fuit Eclipsis Lunæ: Durauit à principio vsq; ad finem tres horas, XXVIII ferè minuta. Hæc eclipsis erat cum commixtione magna planetarum &c. Secutus est terræ motus: in longitudine & latitudine per plurimas terras & regna extensus &c. Franc. L.

A. D. 1350. Anna, quæ & Meczela, ut manu scriptũ habet, Caroli Imp. coniunx secunda, filiũ peperit VVenceslaum primogenitum.

A. D. 1506. ⊖. vir Illustris, Baroq; Boëmiæ magnificus Dn. Henricus à Noua Domo, supremus in inclyto regno Boëmiæ Cancellarius &c.

A. D, 1572. Portentum ignis in cœlo visum Egræ sub mediam noctis horam. Id Heroico carmine descripsit, præloq; subiecit vir clariß. M. Ioannes Goldamerus, Egrani ludi moderator &c.

A. D. 1534. Barbara Georgij ducis Saxoniæ vxor, VVladislaui, Vngariæ & Boëmiæ regis, soror; obijt Drazdanæ, & in oppido Misna sepulta.

A. D. 882. Visum est sidus crinitum: non multò pòst Ludouicus rex Boiorum naturæ concessit. Mar: Frytsch. Conflictus in Boëmia grauis ad Træbusicium, de quo H.

A. D. 1176. vt habent Cos. & Cuth. ex Pulkavva: quidam 1174. alij 1172. minus rectè: VVladislauus: VVladislavvi E. N. I filius primogenitus: VVratislavvi I. regis Boëmiæ nepos, (26. Dux & Rex Boëm.) cum in regionem Budissinensem secessisset, eo in secessu (vt scribit Dubrauius) dierum plenus, vitâ defunctus est: in Germaniæ arce quadam, quam in dote habuit, nomine Meer, vt Pulk. ait, & in cœnobio Ansem sepelitur: sed inde tandem (quod an. 1176. factum scribitur) Pragam mortui corpus delatum, inq; cœnobio Montis Sion, quod ipse primus erexit, est conditum. Quod fortasse anno 1176. est factum. Eaq; ratione ista de annorum notis discrepantia solui posse videtur. Regnauit annos 35.

ETEOSTICHON.

Frena vt septenis VVladslaus regalia lustris
Gesserit; hunc Clotho tetrica sponte necat. D. C.

NB A. D. 1451. biennio videlicet priùs, quàm Constantinopolis esset à Turcis capta, Ecclesia Constantinopolitana Ecclesiæ Boëmicæ & Academiæ Pragensi mittit, hoc die scriptas, literas, ijsq; inter cætera Boëmiæ gratulatur, quòd fundamentum fidei, à Domino IESV eiusq; discipulis positum, teneat: simul ad mutuam earum inter se Ecclesiarum vnionem cohortatur: & quidem vnionem veram, non simulatam &c. Eadem monet aman-

ter Boëmos, quò sint in posterum concordes. de ritib. mutuò conueniant, & eos (ritus) qui ex bono fundamento extruuntur, & ædificationi seruiunt, retineant. Se Boëmiæ prouisuram esse de Spiritualibus Pastoribus, qui verbo veritatis mentes pascant, sintq; integritate vitæ cæteris exemplo. Græcè scripta, & in Latinam linguam ea conuersa est epistola: vbi Patriarcha Constantinopolitanus vnà cum cæteris eiusdem Ecclesiæ ministris subscripserunt, & sigillo suo literas communierunt. Ea epistola & typis expressa extat.

A. D. 1523. Ampliss. Senatus maioris Vrbis Pragen: Sereniss. Regi suo Ludouico eiusq; Maiesta: reginæ cõiugi Mariæ apparant inuitatis in Curia epulum splendidũ, sumtuosum, opiparum: peracto prandio, in area fori Pragensis exercentur ludicra equestria, siue equiria, varijq; ludi militares, regina spectante ex Domo Trubeskiæ.

A. D. 1534. ☉. Ioh. Hlavvsa à Liboslauia, primas quondam Antiquæ Pragæ, & Hofrichtirius, vt vulgò vocant, Regni Boëmiæ; patriâ Mysensis, quod est regni Boëmiæ oppidum à Praga ad 13 lapidem distans. Vir pius & probus, multis aduersis & cruce exercitus. Sepultus ad D. Michaëlis in Maiore vrbe Pragensi.

A. D. 1538. Cometa conspectus hoc die post occasum Solis, caudâ extensa versus ortum. G. Fabr. obijt Georgius Dux Saxoniæ. Frytsch.

A. D. 1572. nocte, quæ hunc diem 18 Ian. præcessit, multis per Boëmiam in locis conspectum est in cœlo ostẽtum horribile: Lineæ grandes, quasi niueæ, interq; eas etiam

etiam atræ flammæ, ab oriente Sole & septentrione sursum ferebantur: ad hæc portio magna nubis sanguinolentæ, interdum tamen, non continuè, est visa: Item incendia, mirum in modum collucentia. Ea partim ad septentrionem, partim ad orientem, partim ad occidentem, reciprocâ quadam progreßione, non sine spectantium horrore cernebantur. Duraruntq́; ad tres horas ab 8. vsq; ad 10. noctis horam. Chasmata, similesq́; aëris impreßiones, Plinius, tametsi ethnicus, ait tamen ingentiū malorum (vt seditionis, bellorum, & aliarum id genus calamitatum) esse prænuncia. Turcarum in Germaniam Anno D. 1529. irruptionem antegressum est ingens per Germaniam chasma. Eiuscemodi, sicut & alia prodigia, non dubium est proponi à misericorde DEO, vt nostræ excitentur mentes ad pœnitentiā: m. s. S. Valent. SSub.

❀ gensi legauit, & chronicon presbyteri Bohuslaui Boëmicum in inclyta Imperij vrbe Noriberga suis sumtibus imprimi, inq́; publicam lucem & lectorum usum edi curauit. &c.

A. D. 1577. Mortuus est in Domino Syluester N. Presbyter venerabilis, pastor atq; Decanus Ecclesiæ Guttenbergensis. In æde ad D. Barbaram sacra sepultus.

A. D. 1340. Robertus Siciliæ rex, Neapoli supremū diem obijt, Extat eius vox memoranda apud Fr: Petrarcham : Ego, inquit, iuro, dulciores & multò chariores mihi literas esse, quàm regnum &c. plura commemorat P. Massonus. Dignus profectò rex, quem literati omnes æternùm laudent. Nosq; ipsum huc, quanquam externum, ad nostros reges, adscribere tamen memoriæ & in literas amoris caussa voluimus, vt Roberti regis memoranda vox.

Dignum laudę virum Musa vetet mori.

A. D. 1516. prima eclipsis Lunæ hoc die: altera 13. Iul. tertia Solis 23. Xbris. Ephem. impr. non multò pòst obijt VVladislauus, Hungariæ Boëmiæq; rex. Maxima & insolens per Boëmiam annonæ caritas, adeò equidem, vt pleriq; mortales, egentiores potissimùm, fame & inediâ extinguerentur. Soldanus à Turca ingenti prælio deuictus. Peregrinatio mirifica ex diuersis regionibus facta Ratisbonam, qua de re alij copiosiùs.

A. D. 1523. Ioannes Lupacius, patriâ Pragensis, Procopij Lupacij pater cariss. hoc die in inclyta vniuersitate Pragensi determinatur (vt illi loquebantur) hoc est, honestissimâ, eruditionis nomine, corona baccalaurei donatur atq; decoratur: Determinatore seu præside eius actus M. Thomâ VVlassimeno &c. m s. Ioh. Lupacij.

*A. D. 1545. * ⊖. Magister Iohānes Choczenius, vir Politicus, & Reipublicæ Pragensis per aliquot annos Consularis. Sepultus in æde Beatæ Mariæ virginis ante Lætam curiam &c. Typos impressorios Academiæ Pra*

* Quidā annotarunt 22 eiusdem mensis diē.

⌘ retrò gensi

A. D. 1092. hoc die Conradus, frater VVratislavvi regis Boëmiæ primi, cepit præesse regno Boëmiæ. Dux in ordine Paganorum Ducum, XX. Christianorum 14. Septem tantùm menses præfuit imperio, vt alibi dicitur, &c.

Partus insolens. et miraculosus

A. D. 1269. In Cracouiensi regione, honesta quædā matrona Margaritha, Virboslai Comitis vxor, triginta sex pueros viuos vno partu edidit. Id, ut pote insolens & inusitatum, duxi hîc ex M. Cromero esse aßignandum &c. Sed quid hæc tam paucula & exigua, ad trecentos ac sexaginta filios viuos: & ita quidem viuos, ut baptismi characterem acciperent: vno partu editos à Margaritha Hollandiæ Comite &c, Anno D. 1314: Quod Iacobus Meyer & alÿ scriptores complurimi referunt.

* Quidā manu scriptus habet 28 Ianuarÿ

A. D. 1292. * Romana sede pontificia vacante: Michaële Palæologo Græcorum: Adolpho Comite Naßauiense Romanorum & Germanorum Imperatore. Philippo Pulchro, Franciæ: Sanctio IIII. Legionis atq; Castellæ: Andrea III. Vngariæ: Boleslavvo Poloniæ: Eduardo IIII. Anglorū, regibus Christianis: VVenceslavvo E. N. II. Boëmiæ regi ex Gutha siue Iuditha coniuge, Rudolfi Comitis Habspurgensis & Romann. Imperatoris filia, nata est Elizabetha, VVenceslaui E. N. III. Boëmiæ regis soror: Iohannis, Comitis Lucēburgensis, pòst & Boëmiæ regis, uxor: Caroli IV. Romā: Imperatoris genitrix. Eodem anno, fundatum est à Reg. VVences monasteriū

ſterium Aulæ Regiæ: de quo pluribus Petrus Abbas, & ex eo ſua hauriens Hagecus.

A. D. 1471. *Ad hunc diem Georgius Podebradius à Cunſtato, agit conuentus regni Boëmiæ, vbi de ſuo poſt obitum ſuceſſore percunctatur · ſed reſponſum à regni Boëmiæ ordinibus accipit ambiguum Non multò pòſt naturæ hic rex concedit.*

A. D. 1503. *Exceßit è vita Lidomila Georgij Podebradij, regis Boëmiæ filia: Friderici I. Ducis Legnicenſis vxor &c. B. Scultetus in ſuo Kalendario, ſupervixit marito ſuo ad annos 16. &c.*

A. D. 1367. Ad hos dies Luna obſcurabatur. Secuta in Boëmia inundatio. Atq; hoc ipſo anno multa mala aduerſa, quæ quidem fuerant antè dicta, euentis quoq; rerum ſunt approbata. m ſ.

* Garæus notat annum ſequentem & Idus Ianuarias.

*A. D. 1471. * Fulſit ab oriente horrendus Cometa: conſpectus per menſes duos. G. Fabricius & I. Meyerus, qui ipſum pluribus deſcribit. De eo & ſuprà. Fuit anteambulo mortis Georgij Podebradij regis Boëmiæ &c.*

A. D. 1522. Repentina morte extinctus obijt presbyter Matthæus, abbas cœnobij Slovvanici ſeu Slauonici in Noua vrbe Pragenſi. De die tamen euariant.

 vin-

A. D. 1307. ⊖ *Domina Venerabilis Elizabeth, uxor Dn. Henrici de Rosenberg. filij Dn VVokonis de Rosenberg. Marsalci regni Boëmiæ, mater verò Dn. Petri de Rosenberg Inscr.*

A. D. 1458. ✳ *Mathias Coruinus, aliâs Huniades, filius Ioannis, aliâs Hanußij, Ducis, siue Boyvvodæ, Transyluani, designatur rex Pannoniæ post obitum Ladislavvi; anno suæ ætatis 13. Ei collocata fuit in matrimonium Catharina siue Cunegundis, Georgij aliâs Girzikonis, Boëmiæ regis, filia: sed eam affinitatem non satis gratam habuit Mathias &c. ms.* ✳ Cochlaus annotat Kal: Febr.

A. D. 1510. ✠ *Georgius Alberti F. Dux Saxoniæ, frequenti & splendido comitatu Pragam cum vxore sua regis VVladislaui sorore igreditur, feudū accepturus etc. Diuersabatur Pragæ Maioris in ædibus Doctoris Viti Salij, medici & physici Reipublicarū Pragensium.* ✠ de die plerique variant.

A. D. 1512. *extinctus lue contagiosa obijt (quidam m. s habet, eum repentina & improvisa morte decessisse) egregius vir M. VVencesl. Paczovinus, M. Iacobi Ziz. frater, domus Karolinæ Collega, professor & Rector studij Academiæ Pragensis. Die sequente (in quam incidit Dominica, quam vocant Septuagesimæ) in æde D. Galli Pragæ est sepultus. Peritus inter cætera artiū Mathematices: Illi ea in professione surrogatur M. VVencesl. Coranda Trabicenus.*

A. D. 1512. ⊖. *Magister Michaël de Strazie, Academiæ Pragensis professor publicus, & Karolinæ domus in-*

A. D. 1117. *Rerum cunctarum comes indimota mearum, Bis Februi quinis obijt Bozetechna Kalendis. hæc in Chronicis suis Cosmas Decanus Pragensis.*

A. D. 1342. *Prima noctis hora suborta nubium tempestate horrenda, audiebantur tonitrua, fulgura & coruscationes apparuerunt cum grandine & pluuia magna, ita vt media æstate tempestas suborta videretur Tritemius. Quæ, tametsi peregrina, tamen, quia extiterunt insolentia, adeoq; mirifica, huc adnotare est visum. * Similis tempestas & turbatio aëris horrenda in Boëmia nostris temporibus (anno videlicz 1556.) incidit: de qua alibi.*

* Per eos ipsos dies fuit in Boemiæ inundatio, de qua Hagecus.

§ *cola: sepultus ad ædem D. Galli &c.*

A. D. 1572. *Terræ motus fuit inusitatus Oeniponti, ita, ut ultima supremi Iudicij dies adesse ab attonitis tanta terræ concussione mortalibus censeretur.*

A. D. 1281. interregni Boëmiæ anno 3 post occasum Reg Othocari in bello &c. Otho Marchio Brandeburgen. Othocari sororius, Cunegundem relictam viduam, & VVenceslavum puerum orphanum, regni Boëmiæ heredem, tradit custodiæ, vbi propè ad triennium detentis: ipse interim rerum in Boëmia potitur. Hagecius.

A. D. 1466. Circiter horam noctis quintam natus est Iohan SSlechta de VVssehrd, & in Kostelecz, regis VVladislavi E. N. II. Secretarius: Imperante apud Christianos Friderico III. sedente Romæ Paulo II. Pontif. Romann. In Boëmia regnante Georgio Barone de Kunstat: apud Turcas Maumete bellicoso Imperante, qui Palæologo, Imperatori Græciæ, vitam cum imperio ademit, & Constantinopolim, nobiliß. Thraciæ vrbem, orientis Imperij sedem, expugnavit. I. SSlechta m. p. Ephemm: suis. Vir fuit erudita nobilitate, præclaraq; virtute excellens: Domini Bohuslavvi Haßisteinij Lobkovvicij synchronus & sodalis. Is reliquit ingenij sui fœtum literatum, de quo commeminit Thom: Mitis noster in epistolis Bohuslavianis suo labore & operâ editus etc.

A. D. 1507. Alexandro regi Sarmatiæ suffectus, Sigismundus frater, hoc die Cracouiæ * diademate regio insignitur: consentiente in eam designationem maiore natu fratre VVladislavo, Vngariæ atq; Boëmiæ rege &c: Curæus.

* qua de sententia eruditorum, Cafronunum est Ptolomæus

A. D. 1547. Nascitur Ioanna ex Anna coniuge, Ferdinandi, E. N. I. Imperatoris filia: quod pluribus pro-

ſequitur Petrus à Rotis: naſcitur, hora ab ortu octaua, ſuſceptores: illuſtris Dux N. Teſsinenſis: & N. epiſcopus Agrienſis, regni Vngariæ Cancellarius: item Dn. Henricus Comes à Plavna, Cancellarius quoq; regni Boëmiæ: Suſceptrices fuerunt illuſtres matronæ: N. Domini Hofmanni, & N. Domini Leonis, uxores M. Beutherus hunc diem reginæ Annæ mortis, qui eſt partus & natalis Iohannæ, aſsignat &c.

✠ rum vilitas ut ſiligo 2. triticum 3. groſsis albis, vti vocamus, venundaretur, m. ſ.

A. D 1449. ☉. Dn. Bohuſlavus, vulgò Bohuſſe, Koſtka de Poſtupicz, m. ſ. Dn. VVenc: VVrzeſouicij.

A, D. 1454. Mortuus eſt Viennæ () Auſtriæ, Vir illuſtris atq; Magnificus Dn. Henricus de Roſis, ubi ex Vngaria cum Ladiſlavo rege eſſet reuerſus. Cochl.

() Quam Plinius, ut annotat H. Iunius, Vianam nominaſſe videtur.

A. D. 1543. Hoc die in Gallia Belgica ex honeſtis parentibus natus infans monſtroſus, teterq; admodũ, flammeis oculis &c. editus in lucem, quatuor horas vixiſſe fertur, & his emiſsis vocibus: Vigilate, Dominus Deus noſter adventat: expiraſſe. C. Peucerus. Hæc quanquam alibi geſta, huc tamen annotaſſe nobis non ab re alienum ob facti nouitatem, eſt viſum, præcipuè verò hiſce nouiſſimis temporibus, adeoq; Epicureæ ſecuritatis; veterno planè ſepultâ mundi ſenectâ, &c.

XXV. Ian.

A. D. 1256. Borſſo, vir nobilis, detentus, & Pragæ carceri eſt mancipatus. Opatovicenſe. Sed quis iſte fuiſſet Borſſo, aut, quam ob rem in carcerem coniectus, à ſcriptore, qui hæc annotauit, non exponitur, &c. Vnde tanta per eam breuitatem hac in re (ut aliâs ſæpiſſimè) obſcuritas.

A. D. 1285. Sponſalium celebritas conſummatur in Oegra oppido nobili, quò Rudolphus rex Romm. vnà cū Gutha filia ſua venit, & VVenceſlaus rex Boëm: ſponſus cum matre ſua Cunigunda regina, ijs peractis, Gutha reducitur à patre Imperatore: pòſt anno peracto, Pragam ſolenni pompa mittitur ad Reg. VVenceſlaum Chr. A. R.

*A. D. 1348. * Quo die Eccleſia celebrat feſtū Conuerſionis D. Pauli, vt vocant ad fidem Chriſti, hora pſalmodiarum fit in Boëmia terræ tremor, adeò grauis, vt vix pedibus conſtiterint homines &c. Duravit ad tres continenter horas &c: de quo & alibi: atq; eundem terræ motum commemorat quoq; Iac. Phil. Bergomenſis. Inſecutus eſt morbus popularis per totam prope Europā graſſans, &c. De quo prolixè ſcriptores & domeſtici & exteri.*

* Quidā habent annum 1347, Frytſch 1348.

A D. 1349. Hagecus § Anna Bauara, Karoli IV. Imperatoris Auguſti, Boëmiæq; regis, uxor ſecunda, peperit filium primogenitum: Sed is deceſſit impubes.

§ at Franc: L. habet 1348.

A. D. 1431. Plauna oppidum Voitlandiæ à Boëmis Thaboritis exuritur. Eodem anno tanta fuit frumento-

A. D. 1347 Karoli IIII. Romm. Imperatoris & Regis Boëmiæ anno secundo: Ernesti, primi archiepiscopi Pragensis Ecclesiæ, anno tertio: Clemens Pontifex Romanus (sed tum temporis agens Auenione in vrbe Galliæ Narbonensis) approbat generale, quod vocant, studium in Metropolitana vrbe Praga ab ipso Karolo fundatum (erectum) Ac memorabile est, quod ipse Clemens eo in diplomate scribit, inter cætera ut, inquiens, regnũ istud, quod diuina bonitas multitudine populi, rerumq; copia prædotavit, fiat literarum fertilitate fœcundum: ac in eo, quemadmodum auri & argenti copia dignoscitur: sic & scientiarum prævalens munere, vt viros producat, cõsilij maturitate conspicuos, virtutum ac diversorum dogmatum ornatibus (ornamentis) redimitos, & eruditos &c.

A. D. 1564. Pugna & conflictus memorabilis inter Polonos & Moscouitas &c. victor Polonus &c. Sed hæc aliò sunt referenda.

XXVII. Ian.

A. D. 1062. ☉. *Adeleta (seu, ut alij secundũ Ortho graphiam Germanicam scribunt: Adalhaita) VVratisla- vi 19. Ducis, pòst & primi regis Boëm secunda coniũx; nondum provectæ in senium ætatis. Exegit cum marito in coniugio annos sex: reliquit superstites filios duos: Bratislavum & VVratislavum: filias item duas: Guthã & Lidomillam: Gutham pòst duxit uxorem VVladislaus E. N. I. Dux Polon. Crom: in hist. Pol.*

A. D. 1074. *Visum est in cœlo signum mirabile: Oriente Sole duæ columnæ aurei coloris, splendidißimi fulgoris, dextra levaq; oriebantur, quæ, vsq; quò sol aliquantis lineis in altum excresceret, eodem iubare rutilantes permanebant, &c. Herveldius. Sequente anno Henricus rex manu tam ex Almania, quam Boioaria, atq; Germania, tum & Boëmia congregata, Saxones petit &c. tandem victoria potitur. Liechtenavius. Vxores etiam interdictæ clero (sacerdotibus) exceptis ijs, quas regula, vel Nicena Synodus concesßit &c. Mar Scotus.*

A. D. 1259. * *Sexto Kal. Februarij magna lux orta est in diversis partibus Boëmiæ, quasi per terram transiens, fulgura micuerunt, tonitrua audita sunt. Hiems solito fuit asperior, sed interpolata: magna item vis ventorum. Cosm.*

* Si non subest librarij mendũ, in notis numerorum. Nam quidã mmsſ. notatum habent ann 1256. (die sequente) & facilis est ac procliuis error scriptoris oscitantis, si per inuersionẽ elementi 9. pro 6. exaret.

A. D. 1421. *Pragenses expugnant, inflammant, concremantq; Conraticium arcem novam, non procul ab vrbibb. Pragensibus disitam, quam VVenceslaus, Karoli IV Filius, à fundamentis extruxit: inq; ea ante annos duos*

duos & vitam cum morte commutavit.

A. D. 1524. Decretæ in Pragensi aliisq; per Boëmiam Ecclesiis, pro Dei, sceleribus offensi, placanda ira, publicæ ad Deum preces atq; supplicationes, item ieiunia: quòd motus corporum cœlestium (quæ sunt, quoq;, ut ille ait, linguæ cœli) eo ipso anno, suo positu configurationeq; regnis, prouinciis, statibus, dignitatibus, brutis, beluis, marinis, cunctisq; terræ nascentibus, insignem portenderent mutationem, & mutationem quidem talem, qualem à pluribus seculis non vidissent neq; fuissent experti mortales. Et exaudiuit (subiungit Chronologus) supplicantium vota Deus propitius, malaq; impendentia avertit.

Fata movere DEVS, tollere fata potest.
Nec plus fata; hominum quàm pia vota, valent.

A. D. 1547. f. VI. ante diluculum, post puerperium, obiit sereniss. regina ac Domina, Domina Anna (in sacro baptismo appellata Elizabetha) VVladislai E. N. II. Vngariæ Boëmiæq; regis filia, Ludovici soror; Augustiss: Romm. Hungariæ & Boëmiæ tunc Regis, Ferdinandi coniunx: Maximiliani II. mater: Inuictiss. Rudolphi II. Romanorum Imperatoris: Vngariæ, Boëmiæq; regis, avia: viduarum, orphanorum, aliarumq; miserabilium personarum patrona atq; mater pientissima. Exegit cũ D. Ferdinando coniuge annos 26. vixit annos 44.

NVMERALE.

Partu necta cadit Ferdnandi regia coniunx,
Ter novo vt retulit Ianus in alta caput B. S. P.

Aliud:

ALIVD.

Clavigeri ter nona patris lux orta nitebat,
Fernandi coniunx ut cadit Anna nece. B. S. P.

A. D. 1578. Nuptias in oppido suo Krumlovvia (Germani vocant Krumenau) celebrauit Illustris ac Magnificus Heros Dn Vilhelmus Vrsinus à Rosis &c. Inclyti regni Boëmiæ supremus Purgrafius siue prorex (vt in tali dignitate atq; eminentia constitutum Latino vocabulo appellat P. Manutius) celebravit cum illustriss. principe Anna Maria Badensi &c. Qua de re extant M. Th: Mitis, P. Codicilli, D. Criniti, Casparis Cropacij, aliorumq; in Boëmia eruditorum carmina epithalamia, quæ easdem nuptias verbis prolixioribus styloq; fusiore prosequuntur.

* ipse monarcha conceptis verbis dat iusiurandum.

A. D. 1488. Naturæ concessit D. Samuel, ab Hradek & VValeczovva: Subcamerarius, quem vocant, Inclyti regni Boëmiæ: Is & in Republica Maioris vrbis Pragensis, primas extitit, & simul dignitatem magistratumq; officij Subcamerariatus (sit apud eruditos minus Latino parúmve in usum recepto vocabulo venia) multos per annos gessit, m. s.

A. D. 815. ☉ mortem Karolus Magnus, Romanorum Cæsar Imperator Augustus, &c. (Barlandus) Is, vt scribit Vrspergensis, Boëmiam item Sclavos (corruptè: Slævvos, expuncta litera C, propriè) tum Viulczos subiugavit, &c.

A. D. 1001. Mortuus est Otho Romm: Imperator. Is Sacri Romani Imperij Septemviros, hoc est Romani Imperatoris Electores, interq; eos & Regem Boëmiæ arbitrum sive sequestrem, discrepantibus eligentium suffragijs, instituisse scribitur.

A. D. 1061. Zpitignevus (E. N. II.) Dux Boëm 18. dum expeditionem in Moraviam adversus Marchionem Austriæ susciperet, obijt, amator patriæ cognominatus Iustus, sepultus est in Cathedrali Ecclesia arcis Pragensis, quam ipse extruere cæpit. Præfuit Boëm. annis tantum 6. Et in administratione Ducatus Boëmiæ succedit VVratislavus frater maior natu, de constitutione seu decreto Brzetislai Ducis Boëmiæ in ordine XVII. patris ipsorum.

A. D. 1437. Die D. Caroli, Sigismundus Romann. Cæsar Imperator Augustus, Vngariæ Boëmiæq; rex, Pragæ in solio suo residens, præsentibus maxima frequentia atq; conventu celeberrimo Proceribus, Nobilibusq; regni Boëmiæ: deligit atq; designat ipse supremos eiusdem regni inclyti, Senatores: (quos vetusti nostrorum annalium scriptores appellabant Officiales siue Officiarios atq; etiam Beneficiarios) quibus ità designatis, pronunciatisq;

** ipse*

A. D. 1502. VVladislavus rex ex Pannonia in Boëmiam sese recipiens, 19 hora Pragam est ingressus.

A. D. 1510. Illustriß. princeps Georgius, Alberti F. Georgij regis Boëmiæ à filia Zedena nepos, Dux Saxoniæ, à sereniß. rege Boëm. VVladislavo feudum (quod vocant) in palatio arcis Pragensis suscipit hora 19. Eph. Doct. Viti m s.

A. D. 1524. Ludovico rege Boëmiæ, Synodus ordinũ regni sub vtraq; Pragæ habita freqventißima. Consensum ibidem & conclusum de Religione, quæ & certis articulis siue capitibus est comprahensa.

A. D. 1547. qui fuit dies Dominicus, Illustrißima & pijßima princeps, Domina, Domina Anna regina Vngariæ & Boëmiæ, Ferdinandi I. Imper (vt suprà) coniunx, põpâ funebri, nec sine luctu tertiâ die ab obitu effertur & sepelitur in æde Cathedrali D Viti arcis Pragensis, honorificè condita in Mausolæo regum Boëmiæ. De huius pientißimæ reginæ obitu extant eruditorum nostræ patriæ virorum næniæ, carminaq; sepulchralia typis excusa.

* Quidã referunt ad diem præcedentem.

A. D. 1030. * *Izo, V. Pragensis episcopus, iam annosus, transijt ab hoc mundo, fuit nobilis genere. A capite albo sive cano dicebatur Albus atq; blandus episcopus. Sedit annos 7. Huic succeßit Seuerus, &c. Cos. Vir ille laudatæ vitæ, populo & Ecclesiæ suæ vtilis. In aula sua 40 numero pauperes in dies suis sumtibus alebat.*

A. D. 1483. Victorinus Cornelius Chrudimensis, à VVßehrd, in Academia Pragensi renunciatur Philosophiæ magister. Vir disertus, Iureq; consultus præstans, Synchronos & sodalis Magnifico Domino Bohuslavo Baroni ab Hasisteina &c. & Iohanni SSlechtæ &c. à secretis VVladislavo regi. Vict. m p. Is Constitutiones regni Boëmiæ in vnum corpus certamq; methodum redegit. Isidori episcopi nonnulla scripta è Latino in Boëmicum convertit. Et extant nonnullæ epistolæ eius in operibus D. Bohuslavi Hasistenij, à nostro Mite in publicũ editæ, & pleraq; alia, nondum publici facta iuris, &c.

A. D. 1515. Deliquium Lunæ.

XXXI. Ianu. Prid. Kal. Febr:

A. D. 1148. Daniel per electionem assumitur ad pontificatus dignitatem. Cuth.

A. D. 1179. ʘ. Fridericus episcopus, sedit annos 9. Ei succedit Valentinus, episcopus Pragen: numero 15.

A. D. 1206. Fuit eclipsis solis, Multi hominum se caput in sole vidisse testati sunt. Tritem:

*A. D. 1208. Philippus Imperator à Comite Palatino de VVitelspach occiditur. * Idem Tritem.*

* Est apud scriptores de die dissensio.

A. D. 1309. Vltima Ianuarij erat eclipsis Solis. Martinianum m. s.

A. D. 1472. Cometes visus, &c. siccitas &c.

A. D. 1509. Rex VVladislaus cum filio suo Ludovico, qui habebat ætatis tum annos duos cum dimidio, & Anna filia septenni, ingreditur Brunam oppidum Moraviæ, hora 22: Pragam ad filij inaugurationem profecturus. Eph. D. Viti.

A. D. 1553. Dux Georgius, ducis Caroli Münstebergensis & Olesnicensis in Silesia, Comitis Glacensis, ex coniuge Anna Glogoviense, filius: regis Georgij Pronepos: obijt Olesnæ.

A. D. 1578. feriâ secunda ante Purificationis, vita defunctus est Pragæ Dn. VVenceslavus Zagicz ab Hasenburg, Crucifer Strakonicensis. Sepultus in arce Pragensi die D. Agathæ.

Februarius.

Februarius habet dies XXVIII. Luna XXIX. Quando eſt biſſextus, habet dies XXIX: ſed Luna non mutatur. Nox habet horas XIIII. Dies verò X.

I. Februarij *Kal. Febr.*

* Abda legitur in Cuchem Chronico vitio forcaſſe exemplaris mendoſi

*A D. 1211. Adela * Othonis, cognomento Divitis, Marchionis Miſnenſis filia, coniunx Præmiſlai regis Boëmiæ prima (ſed ab eodem rege, odio fratris eius Diterici Marchionis repudiata) obijt in cœnobio ad ripam Albis, in qua vitam tranſegit vidua. Georg: Fabr:*

☘ alij: 1327: nonnulli 1325. de die quoq; ſcriptores diſſentiunt.

A. D. 1328. ☘ ita annotatum habent Chronicon vitæ Caroli IIII. m. ſ. qui per id tempus vixit: item Hagecus & Nicol: Vignierius) ☉. Carolus Valeſius Galliæ rex, cuius filiam nomine Blancam, habuit in matrimonio Karolus IV. Imperator. In eius locum ſuffectus eſt filius eius Philippus Valeſius, Pulchri cognomen ex re nactus, vt ſcribit Petrarcha.

§ quidam m. ſ. vetuſtus refert anno D. 1353.

A. D. 1352. vt Hagecus § Anna. (qvidam eam vocant Agnetam, nonnulli Meczelam) Karoli IIII. Imp. & Reg. Boëm coniunx quidem ſecunda ſed eius (Annæ) nominis prima, hoc die mortẽ obijt. Regio funere elata atq; ſepulta in fano D. Viti arcis Pragenſis. Exegit cum marito Auguſto annos quatuor, filia, atq; ea vnica fuit

Rudolphi Palatini Rheni. Suscepit ex ea Karolus IIII. filium, Venceslaum nomine, sed is altero ætatis anno immatura morte ereptus è vita excedit. Itaq; in Cuspiniano mendum esse arbitramur, vbi scribitur eam fuisse matrem Venceslai E. N. IIII. regis Boëmiæ, & Des. insuper Romann. Imperatoris.

A. D. :::: Mortuus est Benedictus, vulgò Benessius, à VVartenbergk; Baro Boëmiæ; Purgrafius Pragensis, qui & prorex in ea dignitate appellatur hoc tempore eruditis. Thomæus: sine anno.

A. D. 1472. Sabbato ante Purificationis, Victorinus dux Munsterbergen. Georgij regis filius natu maximus, Pragam ingreditur, liberatus è custodia Pannonica, in qua Mathiæ regis Vngariæ affinis sui mandatu, vltra biēnium fuerat detentus, de quo alibi.

A. D. 1510. Zedena sive Zdena: concisâ nostratis linguæ enunciatione (quam integrè & latinè Sidoniā dici putaverim) Georgij regis Boëm; ex Cunegunde priore coniuge suscepta; filia, Alberti ducis Saxoniæ vxor (ducta illi an. 1459. XI Novemb. Eb) obijt; sepulta in vrbe Misna ad latus Alberti mariti. Georg. Fabr. De qua idem sic inter cætera:

Candida simplicitas, & morum pulchra venustas
Ornatu reliquo pulchra fuêre magis.
Arce Torentana moritur, Misnense quiescit:
Quæ matronarum splendida gemma fuit.

A. D. 1519. Post ictum horæ sextæ, nocte vergente in Sacrum Purificationis festum, Magister Venceslaus, cogno-

cognomento Koranda, Theologus & Profeßor in Academia Pragensi, moritur in domo, Seu Collegio Karoli IIII Patr. patriæ meritiß. anno ætatis 95. ut in Epistola ad Ioannem Poduskam, scribit M. Venceſl. Rozdialovinus ipſius Synchronus, eamq; ob rem natus fuiſſe cenſeretur. A. D. 1405. Sepelitur in æde D. Galli Pragæ, honeſto frequentiq; funere elatus.

ETEOSTICHON.

Lux ubi Brigittæ ſolito delabitur orbe,
Excludit vitæ, Venceſilaus onus. **B. S. P.**

ALIVD.

Artibus exactis Curanda verendus & annis,
Nunc vivit Chriſto; vixerat ante libris. Idem.

Rex Georgius Podebradius eo vſus eſt inter cæteros primario Legato miſſo Romam ad P. R. Pium II. Eſt apud nos eius manuale, explicans Evangelia Dominicarū, & alia quædam m ſ.

II. Febr.

A. D. 1124. Boriboius (fil. VVratislavi I. regis Boëmiæ ex coniuge Svvatavva, filiâ Cazymiri ducis Poloniæ) Dux Boëm. 22. mortuus est exul. De quo sic in Cosma:

Exul in Vngaria, carnis compage solutâ,
Ad Christum migrat, purâ quem mente colebat:
Huius post omnes vitæ mundiq; labores,
Exul ter quinis quos degens pertulit annis,
Et quibus est passus sex annos carcere clausus.

Sepultus Pragæ in Basilica SSS. Martyrum; Viti, Venceslai, Adalberti. Cos. De quo infra latiùs.

A. D. 1241. Nicolao Episcopo Pragense 23 prædicāte, magna vis ventorum exorta, aërq; in tantum est obscuratus, vt vix potuissent vultus hominum per caliginem intuendo dignosci. plerisq; in locis Boëmiæ magna vis nivium fuit, qualem non meminerat ea ætas. Cos. Eodem anno Tartari, gens Scythica, vt eruditis placet, (quos Iohannes de Thurocz, historicus Vngariæ, Mangalos, fortè suæ gentis vocabulo, appellat) Poloniam, Russiam, vicinasq; circumcirca regiones immanissimè devastabant, factâ & in Moraviam excursione, ubi à VVenceslavo E. N. I. Rege Boë. 4. ipsorum tyrannicæ immanitati occurente, fusi fugatiq; sunt. De quo prolixiùs Hagecus.

A. D. 1265. (Quidam habent 1270. si non in numerorum elementis subest mendum) filia: cuius nomen neq; Hagecus, neq; Pulkavva exprimit, Præmysli, aliâs Otlo-

gari (qui Boëmis dictus Hostimil.) 5. Regis Boëmiæ nata ex Cunegunde regis Bulgarorum filia, Belæ R. Hung: nepte, sacro baptismatis fonte tingitur in arce Pragen: præsentibus multis Boëmiæ, Moraviæ, Austriæ quoq; Proceribus & Equestris ordinis viris, quibus rex per biduum instruxit epulum splendidissimum: pro ea in baptismo fideiusserunt Nicolaus Pragensis, Brumo Olomucensis, & N. Brandeburgensis, antistites. Marignola.

A. D. 1342. Hoc, & sequente die subitò coortâ resolutione glacieï & niuium, (quæ altè terram operuerant) VVltavva flumen, vrbem Pragen. præterlabens, magnopere crevit: rupti lapidei pontes eâ vi eluvionis, alter Pragensis, alter Drazdanensis, vt Hagecus quidem. Nam G. Fabricius in Annal: urbis Misnæ assignat Misnensem, & d. 12 Kal. Aug. Molis, agris, villis, ingens inde est illata vastitas, atq; detrimentum. Scribunt sub id tempus & Danubium vehementer aquis excrevisse. Consecuta hoc anno per Boëmiam est gravis annonæ caritas. Eodem anno sub autumnum Chodones gens agrestis, sed multis retrò annis à Ducibus atq; Regibus Boëmicis constituta custos finium Boëmiæ, ad saltus Hercinios fuderunt & profligârunt manum Bavarorum, dum in pagos Boëmicos limitaneos incurrentes, prædas agerent, damnaq; plurima inferrent. Prolixiùs ista Hagecus, qui hæc acta fuisse ultra Bielam * pagum Chodonũ, scribit.

* Biela tribus à Tusta distat miliaribus.

A. D. 1461. In nobili oppido OEgra, Georgij regis & electorum VIIrûm, aliorumq; Principum Imperij per hos dies,

dies, conventus agitur celeberrimus. Causæ *eius Synodi aliæ à* Dubravio, *aliæ item à* Cochlæo: *aliæ quoq; à quibusdam mm. ss. annotantur, de quibus alibi magis idoneè, atq; tempestivè.*

A. D. 1591. ⊙ M. Thomas Mitis Nymburgenus Bohemus, Poëta Lyricus non incelebris. Pragæ veteri in ædib. suis: die: Qui dies Purificationi Mariæ sacer erat.

A. D. 1124. Hoc die eclipsis Lunæ contigit: item deliquium Solis M. Augusto. Secuta est pestilentia, & strages suum atq; pecudum. M. Scoti Paralipomena.

* alij: 1416. *A. D. 1413. * Ioannes Mestecius interemit Puothã iuniorem in domo Bechinij, Pragæ. Hæc ita nudè & obscurè aßignata reperi: neq; eius cædis causam (quod sanè tali in facinore, fieri oportuit) scriptor iste adnotavit. Quæ annotationis brevitas parit obscuritatem in annalibus, & rerũ antiquitùs gestarum ignorationẽ &c.*

A. D. 1421. Ioannes Zizka à Trocznovva, aliàs à Calice, supremus Dux copiarum Thaborensium, Tachoviam, ad Gabretam sylvam, (sex milliaribus à Domazlicio, seu civitate Tusta Boëmiæ, dißitam) per aliquot tempus in obsidione habuit: pòst tamen ab ea; interventu Cæs. Sigismundi re infectâ disceßit, concremato præurbio Tachovviano. In eo ipso itinere cœpit Zizka Zebracum, Dobrissam, VVilstenum quæ tum erant in possessione matronæ illustris N. matris Vdalrici Dn. Rosenbergij. Hagecus.

A. D. 1438. Sol, dum oriretur, veluti columnam igneam & sangvineam supra suum corpus solare ad longitudinem hastæ equestris protensam, ex sese emisit: Quo anno Thabor, non incelebre inclyti regni Boëmiæ oppidum, ab Alberto Imperatore Boëmiæq; rege cingitur obsidione &c. Anno sequente lues contagiosa in Boëmia, potißimùm per procerum & nobiliũ capita grassabatur, quam & Cometes anteceßit, Regi Alberto, vt quorundam fuit sententia, mortem portendens.

A. D. 1016. Morbus popularis in Boëmia grassatur, potissimùm verò Pragæ sæuit, & ab hoc mense vsq; ad VIIIbrem viget; tantumq; per id tempus generis humani in ea ipsa vrbe hausit, vt vix decima pars mortalium ibi mãsisse superstes crederetur. Domus quàmplurimæ Pragæ, vacuæ incolis; vt annotauit Iaroslaus Chronologus Boëmus. Eâ tum cœli intemperie Huldericus 16. D. B. iubet cædi syluas circumq; Pragam cremari, ità, vt piceus ille pinguisq; fumus aërem contagiosum discutiat depurgetq;. Simile quid, sæuiente in homines morbo populari, fecisse Hippocratem commemorat ex Galeno Fuchsius. Hippocrates enim ignem per totam Athenarum vrbem incendi iussit, &, quæ ibi sequuntur, &c. Atq; sic luem illam ex Aethiopia Græcos inuadentem, curauit.

Eodem anno, grandine miraculosâ & fulminibus multi mortales interiêre. Herveldius. Quod huc non ineptè annotavimus, ut, quàm multivarijs DEVS vindex scelerum, plagis sceleratum orbem verberet, consideremus; &, alienis ab exemplis cautiores, Deiq; Patris nostri (vbi talia legimus) metuentiores efficiamur.

A. D. 1102. E vita excessit VVladislavus Dux Poloniæ, qui habuit in matrimonio Gutam, siue Iuditham, filiam VVratislavvi Primi Regis Boëmiæ, &c.

A. D 1253. Bela IIII. Vng. rex incursionem cum Hungarorum & Tartarorum (qui & Cumani dicti) manu forti in Morauiam fecit grauissimam impressionem: vastant illi quæq; obuia. Nam Cumani erant crudelis-

ſimi: in omne ætatis genus ſeuiebant: quoſdam in cruces ludibrio Chriſti, Chriſtianiq́ nominis agebant: templa, templorumq́ ornamenta ſacra paßim diripiebant. Noſtro exercitui (qui illis ſeſe animosè atq; fortiter oppoſuit, eosq́ ex Moravia depulit) ſupremus dux præficitur, Iaroſlaus à Sternebergka, natus è clara: gentis Boëmiæ familiâ, qui Belzeitum * exercitus Hung. ſummũ Imperatorem pugnando vulnerauit, ex quo ipſe vulnere in via, dum fugam capit, moritur. Hag. & Dubrav.

* Petam Dubravius habet.

A. D. 1440. feriâ quartâ pòſt feſtum Purificationis, Sol eſt obſcuratus. P. Codicilli m. ſ. Bellici motus in Boëmia. Turcus capit Synderoniam, vulgò Smederovv.

A. D. 1541. Deceßit ex hac vita, Sabbato vergente in diem Dominicum, Franciſcus, natione Moravus, nonnullis Boruſſus, Iureconſultus. Hic in inclita Academia Pragenſi conſtituit ſeu fundauit lectionem Græcæ linguæ, eiuſdemq́ profeſſori publico centum florenos è ſuis bonis ſtipendium decreuit: idq́ in ſequentia tempora ratum atq; firmum fore, conſcriptis teſtamenti ſui tabulis, eſſe voluit, &c.

ETEOSTICHON.

Franciſcum rapit hinc Lux Februa Quarta: legenti
Græca ab eo Pragæ penſio grata venit. I. R. Z.

V. Febr.

A. D. 1311. Vt Cuthenus & Hag. & Franciscus. Quidam mss. variant vno minùs anno, parùm rectè: hoc die (qui fuit Dominicus (vt habent Chron. A. R. Hag. man. ss. Quidam præcedente vt Cuspinian. annotat: alij 2. Februarij. Ioannes eius nominis I. X. R. Boëm. cum vxore sua Elisabetha, insignitur diademate regni Boëmiæ in arce Pragensi à Petro Aichspaldio Archiepiscopo Moguntinense, in frequentiss. regni Boëmiæ statuum, conuentu. Sacro coronationis ritu absoluto, Rex & Regina Pragam veterem proficiscuntur, quorum capitibus erectum quatuor, epistylijs velum (vmbellam panni auro intertexti pensilem recentiores appellant.) quasi cœlum rutilans, imminebat, à quatuor dextrarijs (equis gradarijs) electis gestatum. Eisdem vnà cum toto conuentu Procerum regni, in D. Iacobi ad Franciscanos lautissimum epulum datum. Chr. Aul. Reg. Huic coronationi plus, quàm trecenta hominum millia interfuisse ferebantur. Tritemius in Chron: monaster: Hirschaug:

A. D. 1520. Hoc ipso die, quidam Albam Græcam (quæ & Belegradum Vngariæ vrbs munitissima) oppugnatam fuisse scribunt. Sed annales Pannonici, vbi ea res est gesta, annum 1521. & diem 29. Augusti, qui est, festo D. Ioannis decollati, sacer in Ecclesia, annotant, quibus & nos subscribimus

A. D. 1527. Feriâ 3. die Diuæ Agathæ, Ferdinando Car. V. fratri & regi Boëmiæ, Pragam ad inauguratio-

nem sese hora 22. conferenti, Procerum, Nobilium, Ciuitatumq; Regni Boëm. status eunt obuiam extra vrbem ad Pagum Malessicium, vexillum suum (de constitutione Kar: IIII) quouis opificum collegio præ se gestante. Ingreditur itaq; Ferd. rex Boëm: designatus urbem Pragam, Boëm: regni metropolim, magnâ & solenni pompa splendidè hoc ipso die, qui fuit solis, horam d. circiter 23. exceptus, excitatâ publicè lætitiâ campanarum impulsu: Senatus vrbb. Pragg. regem suum honorificâ gratulatione præmissâ, in arcem Pragensem deducente. Is recens designati regis Boëmiæ Ferdinandi fuit primus in hanc vrbem patriam nostram ingressus.

§ A, D. 1577. Corpus Diui Maximyliani Romm. Imperatoris Augusti, Vngariæ, Boëmiæq; regis (12 VIIIbris, superiore anno Ratisbonæ piè vita defuncti) Lintzio * Pragam vrbem eiusdem regni caput, honorificâ funeris pompâ allatum in Diui Iacobi cœnobio deponitur, &c.

* Austriæ oppido ad Danubium, nonnullis Aredeta: Lazio Aurelianum.

VI. Febr.

A. D. 1258. Rex Boëmiæ Præmyslus Ottagarus, victor reuersus ex Prußia suo cum exercitu & Marchione Brandeburgense, hoc die venit Opavviam, illic postquam aliquandiu constitisset, properat in Austriam, &c. vbi integram brumam exegit, ad festum sacri Paschatis in suam Boëmiam contendens. Paralipp. m s.

A. D. 1296 Præmyslaus primus Rex Poloniæ (cuius magnam partem iam tunc tenebat VVenceslaus Boëmus) octauo suscepti regni mense, hoc die, per insidias interficitur. Peremptæ vxoris Præmyslus nece sua pœnas dedisse existimatur, quam, quòd esset infœcunda, manibus ancillarum in gynecæo strangulauerat. Crom: & Cureus.

Si patitur quæ fecit, pœna est iusta putanda. Lex Rhadamanti de lege Talionis. Huius Præmysli filiam regni hæredem, nomine Richissam, aliâs Reichsam, Boëmis dictam Elisabetham, VVenceslavus E. N. II. R. B. deinceps in matrimonium ducit, Rexq; Poloniæ Anno 1300 est designatus, quo anno Turcicum regnum sua cæpit primordia. Othomanno primo rege Turcorum.

A. D. 1422. Sol defectum passus est. m. s. Petri Codicilli.

A. D. 1504. In urbb. Pragg. ad solem occiduum irides tres, à plurimis conspectæ: earum media stabat erectis in altum cornibus, ut videri solet species Lunæ corniculatæ. Eodem anno in Maio ex Italia in Boëmiam advenit Philippus Episcopus Sidoniensis, debitâ exceptus congratulatione.

§ retrò „pacuviæ in die Dorotheæ ♂D♀ A. D.
A. D. 1590. „Celebrabat nuptias Benedictus Polenius Pabcovinus Silesius art. philosophiæ Baccalaureus cum pudicissima virgine Anna Mathiæ Veselii Paczoviensis filia.

A. D. 916. VVratiſlavus Dux hoc die incidit in morbum, & quidem letalem, quo ſeptem pòſt diebus eſt & extinctus &c, vide H.

* Quidã referunt ad diem præcedentem: ſed nos Coſmam & Pulkavvam & quoſdam mm. ſſ. ſequimur.

*A. D. 999 * Boleſlavus pius E. N. II. Dux Boëm. XV * Boleſlavi ſævi filius, Boleſlavi III. Ducis Boëmiæ pater) moritur Pragæ, præmiſſa paulò antè, quam moreretur, ad fil. Boleſlavum & nepp. ſuos Iaromirum & Vlricum, tum etiam ad Proceres, qui præſtò erant pientiſſimâ commonefactione de pietate, timore Dej, iuſticia, & alijs virtutibus &c. colendis. In D. Viti arcis Pragen. ſepelitur, magno cum planctu atq; comploratione omnium, Anno ducatus ſui 32. vt Coſ. & Cuth. nam 31. habet Hag. Pius fuit atq; iuſtus princeps: religionem Chriſtianam maximoperè auxit & promovit. Condidit ſeu fundavit cœnobium Diuo Georgio ſacrum in arce Pragenſi. Ad 20. præterea Monaſteria, aut erexiſſe aut extruxiſſe ſcribitur. Eius dictum celebre, quod pòſt & verſiculo metrico, quomodocumq; illigatum citatur à ſcriptoribus:*

Divitiæ plebis honor eſt & gloria regis:
Non ſibi, ſed Domino gravis eſt, cui ſervit egeſtas.

Vaticinatusq; eſt de conſequentis ætatis calamitatibus, atq; ærumnis: quæ omnia fusè annotavit Coſmas, & ex Coſma Hagecus. Ex Hemma coniuge ſuâ duos filios mares ſuſcepit: VVenceſlaum, qui in teneris deceſſit, & Boleſlaum, qui poſt patris mortem ſedis Ducalis gubernacula ſuſcepit Coſ. Reliqua, quæ ſunt acta, in vita eius notabuntur.

A. D. 1451. Deceßit ex hac vita M. Petrus Mladonovvicz, Theologus, Presbyter & plebanus, (vt tum loquebantur, id eſt; Parochus, ſive Paſtor) ædis, D. Michaëlis, in antiqua vrbe Pragen. cui præfuit ann. 21. In eius Eccleſiæ adminiſtratione M, Chriſtiano Prachaticeno ſuffectus. Is vitam M. Ioh. Hußij, martyris Boëmici, quæ vulgò in templis Eccleſiæ Boëmicæ legi ſolet, teſtis oculatus, & auritus deſcripſit: atq; præſens ijs, quæ tum in Concilio Conſtantienſi agebantur, interfuit: tum temporis ſcribæ ſeu notarij apud D. Ioh. de Chlum functus officio.

A. D. 1490. M. Iohannes Pragenſis (vulgò Praziak) hoc die hora 12. è vita exceßit. Extat apud nos eius (per id tempus Rectoris Academiæ Pragenſis) ſcriptum, ſive apologia contra quoſdam Pragenſes, præcipuè verò contra Hilarium & Krzizanovvsky, qui ſub Georgio Podebradio Boëmorum rege: & M. Rokyczano vixerunt. Ibidem commeminit & Cruciatæ, vt vocant, Pij II. PP. quâ ferijt Boëmos, vrgẽtes communionẽ Cœnæ Domini ſub vtraq; ſpecie laicis quoq; exhibendæ &c.

A. D. 1306. Henricus Dux Carinthiæ atq; Tirolis, duxit in matrimonium Annam, ex Gutha priore uxore susceptam, Vincesłai E N. II. Boëmiæ simul, atq; Poloniæ regis filiam, sub initium ab obitu ipsius anni secundi, VVenceslai III. regis sororem; qui eidem connubio, quanquam nonnihil in primis refragatus, pòst tamen suũ & ipsius addidit suffragium. Nuptiale convivium splendido paratu Pragæ adornatum.

A. D. 1402. hoc die: vt multi consentiunt, accedente & computi approbatione: (is fuit ut Ecclesiastici appellant dies cinerum) VVenceslaus E. N. IIII. Boëmiæ rex capitur, inq; turrim, quam vulgò Nigram nuncupant, coniÿcitur; ubi ad duas hebdomadas detinetur, unde Viennam deportatur:

Id pleriq; instinctu Sigismundi fratris eius factum fuiße scribunt. Aliÿ, inter quos & Hagecus: divino iudicio & ultioni divinitus eidem regi irrogatæ imputant, eò, quòd aliquando duos cœnobitas immerentes capi, & verò in carcerem contrudi præcepißet &c. Itaq; ab illis ipsis Monachis eum eiuscemodi pœnas, & quidem bis cõsequutum iri, regi ore vatidico, fuisse antedictas. Hag.

A. D. 1438. Translato Basileâ Ferrariam Concilio: Ioannes Palæologus Rhomæorum Imper: vnà cum Ioseph Patriarcha Constantinopolitano Venetias adierunt, ad ultimum portum applicantes, illinc pòst sese Ferrariam contulerunt, initaq; ibidem unio & orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, Eugenio 4. Rom. Pont. Alberto

Austriaco

Austriaco Romm. Imp. Boëmiæq́; rege. **Huius** *in concilio concordiæ autores fuisse scribuntur:* **Bessarion** *Trapezuntinus, Nicenus Archiepiscopus: Isiodorus Thessalonicensis, Ruthenorum Archiepiscopus, Græcorum in latinis atq; græcis literis eius temporis doctißimi. Chalcond. Tomi Conciliorum.*

A. D. 1515. * *Sigismundus cognomine Hulka, artis Lanioniæ, insimulatus proditionis, in area publica Novæ urbis Pragensis capite truncatur, præteritis, quibus munitus erat, publicæ fidei tabulis. Sepultus in æde D. Lazari, Novæ vrbis Pragensis. Naturali facundiâ pollens, tum & vir consularis, adeoq́; pòst ludibrium fortunæ, in eadem Repub. antehac Senatus princeps.* (* quidam habent 7. diem alij 15.)

Paßibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa, tenaxq́; loco.

☙ *Imperij per Italiam archicancellario. ex diplom. m. s. ad C. 4.*

A. D. 1458. Feria quinta postridiè, quod vocant Cinerum (ea est proximè à capite Ieiunij Quadragesimalis sequens dies) Oratores, qui fuerunt à Ladislao rege, Ordinibusq́; Boëmiæ pro adducenda sponsa, in Galliam ablegati, cognita regis sui morte, reuersi ex Gallia tristes, hoc die Pragam ingrediuntur. Quorum princeps N. Baro Sternbergius, inclyti regni Boëmiæ sub id tempus Archicancellarius, &c.

A. D. : : : Mlada, pòst à Pontifice Romano appellata Maria: filia Boleslavi, cognomento Sevi sive Crudelis, (XII. Ducis Boëmiæ) soror Boleslavi Pij, qui Patris in Ducatu fuit successor, emigravit ex hac vita. Prima fuit Abbatissa monasterij D. Georgij castri Pragensis; Latinæ linguæ vsum habuisse scribitur. Et extat de ea ad Boleslaum fratrem, Ioannis Papæ diploma: quo inhibetur in sacris Ecelesiasticis linguæ Slavicæ seu Henetæ, ex more Bulgaricarum Eccesiarum, vsus: Romanus verò sermo præcipitur: cum scribantur in sacris Slavico idiomate fuisse vsi Cyrillus & Methodius Moravorum atq; Boëmorum primi Apostoli, &c. Hagecus.

* quidam 1331. A. D. 1321, * Ioännes rex, dum equiria exercet, vnum oculum læditur, ita, vt pòst eius vsu sit destitutus. Pulk. Pòst verò (anno nimirum 1340.) alterius quoq; oculi vsu, atq; visu privatur, seu affectione eius vehementiore, sive, vt à quibusdam scribitur, parùm dextra curatione: à quo eventu deinceps & Cœcus est appellatus. Supradicto anno 1321. (Cuth. & Hag. habent 1332. vt facilis est, innumerorum notis erratio) ipsi Ioanni reg. Boëm. natus est Ioannes Henricus, binominis, pater Iosti (seu Iusti sive Iodoci) Procopij: Sobeslavi, Marchionum Moraviensium.

A. D. 1354. Anna Caroli IIII. coniunx eo nomine altera: in ordine tertia, cingitur diademate argenteo, Aquisgrani in Ecclesia Beatæ Mariæ virginis, à Vilhelmo de Genepe, Coloniensi Ecclesiæ archiepiscopo, Sacri

* retrò

Imperij

A. D. 1106, Per hos dies, quibus celebrantur Dionysia seu Bachanalia (Barbaris Carnisprivium) Cometes maximus apparuit. Munsterus. Effecta à Mizaldo & Peucero recensentur.

A. D. 1109. * Dux Svvatoplucus iam eruti sanato vulnere oculi, magnis itineribus contendit in Vngariam: vbi; nemine obstante ; ad vrbem vsq; Nitram procurrit, cuius suburbium depopulatur atq; succendit : inq; reditu habet obuia hostium in curribus atq; equis agmina: ex quibus plurimos cedit & fugat , eiusq; regionis villis (pagis) euastatis , nec minus maximo iumentorum, atq; manubiarum onustus prædâ , suis cum copijs ad propria lætus reuertitur. Cos.

* Quidã habent diẽ præcedentem.

A. D. 1161. VVladislao 26 duce ; & 2 Reg. Boëm. Syluester Zazovensis (aliâs, & rectiùs, Sazavensis , à Sazzavva illac fluvio præterlabente) monasterij Abbas, & electus 12 episcopus Pragen. exuit hominem moriturúq; (cum spontè munus illud arduum intra annum resignasset, & ad abbatiam suam redijsset) Succedit ei Bozata (aliâs Bozieta) electus à VVladislao rege & episcopo Daniele. Cosm.

A. D. 1346. Carolus quartus, rex Boëmiæ, ad elatam Ludovici Imperatoris epistolam, hoc die responsionem dat modestam: eiusdem epistolæ tumorem sedatâ moderatáq; reprimens oratione. Scripta in vrbe Egra, vbi tum Carolus agebat : vtriusq; exemplar manu scriptum habemus.

A. D.

A. D. 1425. Obijt Vilhelmus II. cognomento Diues: Lantgravius Turingiæ, comes Palatinus Saxoniæ, Marchio Misniæ, qui Marchiam Brandeburgensem oppigneratam à Iudoco Marchione Moraviæ accepit, & aliquot in Boëmiam expeditionibus, cum Sigism: Imperatore factus, interfuit. VVolfg. Iustus.

A. D. 1427. VVilhelmus cognomento Cocles: Marchio Misnen: Turingiæ Landgravius, Palatinus Saxoniæ; è viuis excedit die Cinerum, quæ est prima dies Quadragesimæ. Eius vxor fuit Elizabetha, aliàs Lidomilla Iusti ducis Moraviæ filia.

A. D. 1454. Elizabetha filia Alberti Romm. Imperatoris Augusti, Ladislai soror, VVladislai Boëmiæ & Vngariæ regis mater, collocatur in matrimonium Casimiro regi Poloniæ, redimiturq; regio diademate.

XI. Febr.

A. D. 1252, vt Pulkavva & nm ss. * Præmyslus, qui & Othogarus, rex Boëmiæ V, ductâ in matrimonium Margarethâ, viduâ, Leopoldi, ducis Austriæ, dicti Gloriosi, dudum defuncti, filiâ, (Henrici Romm.regis vxore, fratribus & filijs superstite. Cuspin:) celebrat nuptias in Heinburgk; Hag: Humburk, Pulk:Neiburk: m. s. Hoc postremum deprauatum est librarij inscitia. Thurociensis vocat Haymburk: Pulkavva civitatem: Hagecus, ex literis Præmyslij regis, castrum & oppidulum, vbi sunt Vngariæ atq; Austriæ fines, esse scribit. Dotis nomine per eam assecutus Austriam & Styriam. Cum ea, quòd esset infœcunda, de consensu Romani Pontificis, facto divortio: A. D. 1261: vxorem ducit Cunigundam, Rosislavi (Hag. Rostislavi, Pulk. habet Hostislavi) Ducis Bulgariæ sive Mazoviæ (Lazius Matschoviæ) filiam, Belæ reg. Vngar. neptem. Nuptiæ mense IXbr. eodem anno Posonij regiâ magnificentiâ concelebratæ. Ex hac Cunegunde duas filias, filios verò tres suscepit, qnorum duo decesserunt impuberes: tertius (VVenceslaus) patri successit.

* Cuth: habet 1253.

A. D. 1437. Quæ fuit feria secunda Dionysiorum, sive vt nunc eruditi appellant, Carnevalium: Barbara Cilia, Sigismundi Romm. Cæsaris Augusti, Vngariæ, Boëmiæq; regis coniunx secunda: coronatur in arce Pragensi, id muneris peragente Philiberto, Constantiense, pòst & Pragense præsule, &c.

A. D. 1566. Homo Equestris ordinis, vetustaq; Ho- Iohannes senior ab Hodiciovva.

dieiorum gente, Hodieiowa, &c. eruditione & sapientiâ præstans, olim Proiudex Regni Boëmiæ; in arce sua, dicta Rzepice, literatis Rzepicium, hoc die, paulò ante occasum solis piè obijt; anno ætatis 37. Mecænas & fautor vatum Boëmicorum benignißimus: nam in Boëmia patriâ nostra, multò maximam partem studiosorum, vt poëticen colerent, sua liberalitate munificentiaq; excitauit. In Repicijsuæ ditionis templo Egidiano, ad arcem sito, conditus. Vir ex nobilitate Equestri, adeoq; nobilitate literatâ, mirificæ industriæ, diligentiæ, studij: tum contentionis, laboris, operæq; indefessæ. Reliquit ad 28 plus minus suâ ipsius manu scriptorum librorum corpora seu tomos grandes, in quibus plurima, ad posteritatem transmittenda deposuit, eiq; thesauro concredidit reconditiora &c.

XII, Febr.

A. D. 1328. Margareta, Ioannis Boëmiæ regis filia primogenita, iam antè Henrico Duci Bauariæ desponsa, splendido sumptuosoq; & frequenti comitatu, Elisabethâ etiam matre regina præsente, Tustam (aliâs Domazlicium) finitimum in regno Boëmico limitibus Bauariæ oppidum, deportatur: vndè ab Henrico sponso maritoq; suo magnâ Procerum Nobiliumq; frequentiâ in Bauariam deducitur. Francisc.

A. D. 1386. 1. Iagello (qui deinceps in baptismate sacro appellatus est VVladislavus) sponsus, dux Lithvanus, celebri & frequenti comitatu splendidoq; apparatu, ingressus est Krakoviam, Poloniæ regni caput, ducturus in matrimonium Hedvigin, reginam Poloniæ, viduam relictam à Ludov. Pol. Reg. sororem Mariæ, quam Sigism. Kar. IIII. Fil: vxorem duxerat. Hæc est illa regina Hedvigis, quæ (vt Crom.) Pragæ domum peramplam Lithvanis sive emit, sive vendidit, qui honestis disciplinis operam darent, adiecitq; possessiones, vndè illis sumtus suppeditarentur. Academia Krakovien. ex testamento Hedvigis Reginæ Poloniæ, & cumulatiore liberalitate regis mariti, condita est: sub an: 1401. nimirùm 47. an. pòst, quàm Gymnasium Pragen. à Kar. IIII. Imp. fuisset institutum. Accitos fuisse illuc à rege Magistros & Doctores ex Academia Pragense, idem Crom: scribit. Ea domus Hedvigiana, hodieq; nuncupatur Bursa Reginæ: eo tantæ Heroinæ, liberalis literarum nutricis, vel solâ appellatione pòst ipsius obitum testandæ gratudinis ad

 posteri-

posteritatem transmisso beneficio.

. . . . Viuit pòst funera virtus.

Et memorem famam, qui benè gessit, habet.

A. D. 1431. fuit totius corporis solaris deliquium. Consequuta fames & pestis & Cometes. P. Codicil. m. s. SSindelius, ex Ptolomæo annotauit eius obscurationis effecta ad 12. annos duratura esse.

A. D. 1475. Pacta conuenta Olomucij inita & firmata inter VVladislavum E. N. II. Boëmiæ, & Mathiam Pannoniæ, reges, qui de titulo regio, deq; prouincijs, quarum obtinendarum possidendarumq; caussâ propè ad quinquennium mutuò digladiabantur, &c. Sed hæc prolixiùs alibi: nam hoc libri compendium ei tractationi minùs est idoneum.

A. D. 1480. Nascitur Fridericus E. N. II. Dux Legnicensis & Brægensis, filius Friderici E. N. I, & Lidomilæ, filiæ Georgij à Cunstato & Podebrada, &c. pòst regis Boëmiæ.

A. D. 916. Obijt Vratiſlaus E. N. I. Borziboij ex Lidomila filius, Dux Bohemiæ in ordine X. à Borziboio I. Duce Chriſtiano tertius. Magna omnium Chriſtianorum comploratione atq; luctu ſepultus in Arcis Pragenſis æde D. Georgio ſacrâ, quam ipſe condidit. Præfuit rebus Bohemicis annos nouem, cum patre. Succeſſorem in Ducatu habuit fratrem ſuum germanum D. Venceslaum m. ſ.

*A. D. 1140. Quidam habent diem ſequentem: & deportatum fuiſſe corpus exanime Pragam ſcribunt. Sobeslaus XXV. Dux Boëmiæ, in pago Chvvogeno febre correptus obijt Goſceni * vel Goſlini: honorifico funere elatus, ſepelitur Pragæ VVyſſegradæ in baſilica D. Petri, ad patrem ſuum VVratislaum appoſitus. Præfuit Boëmiæ annis 15. Reliquit FF. Vdalricum: & VVenceſlaum. Luxit eum Boëmia multo tempore. Ei in principatu ſucceſſit Vladiſlaus I, VVladiſlai frater. Cuth: Sobeſlaus ille, ſub annum D. 1131. m. ſ. condidit Myſam oppidũ Boëmiæ à flumine Myſa præterlabente ſic appellatam, patriã M. ✠ Iacobi, vulgò Iacobelli, (Theologi & Presbyteri Pragenſis, Synchroni & ſocij M. Huſſij). Condidit item Gorlicium in Luſatia, iuxta fluuium Niſam. Gorlicium, nunc dictio corrupta ſeu interciſa eſt, antea integra voce Boëmica Horzelecz, ſive Zhorzelecz, (quaſi locus incendio vaſtatus & conſumptus) appellabatur: antiquitùs & Drevvnovv (à lignorum ſive ſylvarum vt opinamur, & etymon indicare videtur, copiâ) vocabatur. mm. ſſ.*

* vico in Polonia.

✠ Nam pleriq; cùm noſtrates tùm exteri quoq; eum volunt fuiſſe Miſnenſem, contra noſtrorum annalium fidem.

Surrogatur ei Vladislaus E.N.I.Dux Bohemiæ 26: Sobęslaus vsus est perquã amico Lothario Iuniore 20 Imp Romm. eiq; vicissim præclarã in militia nauabat cum suis operã.

A.D1306. * Venceslaus Iunior E.N. III.non coronatus: (eam ob rem à quibusdam in Catalogo regũ Bohemiæ non inseritur: aliâs Bohemiæ rex VII numero) Annã sororem suam natu maiorem puellam virginem, dedit in matrimonium Henrico Duci Carinthiæ ac Tirolis: pòst & Regi Boëmiæ: nuptiæ magno sumptu & apparatu in arce Pragensi celebrantur. Ipse Venceslaus, cùm ageret annum ætatis XVIII, eodem anno ducit vxorem Violam, Ducis Tessinensis (Pulkavva habet Stetinensis) filiam. At hæc nuptialis copula (vt verbis annalium ms. vtamur) in principio lætitiam, in medio mæstitiam, in fine verò habuit conclusionem heu non bonam. De quo pluribus 3. Non. VIIbr.

* Alij ad 6. Id. Februar. referunt, vt suprà.

A.D. 1431. Sol in totum defecit, passus deliquiũ. Effecta eius ad 12. annos perdurârunt. Consecuta eã eclipsin sunt pestilentia simul, atq; fames: Apparuit & Cometes. Teutonici à Bohemis in sylua Hercinia cæsi fugatiq;.

A D.1510. Rex VVladislaus vnâ cũ Ludovico rege Boëmiæ declarato coronatoq;, & Annâ suis liberis & hæredibus ex arce Pragensi discedit ad comitia, quæ in Montibus Cuthnis indixit. Indè proficiscitur in Vngariã: atq; ex eo tẽpore Boëmia VVladislaũ regem suũ ampliùs nõ vidit: nam sex elapsis annis deinceps in Vngaria est mortuus.

A, D. 1519. Fridericus E. N. II. Dux Legnicensis duxit vxorem nomine Sophiam, sororem Georgij Marchionis Onolspachensis, anno ætatis suæ 39. Scribitur Georgij Podebradij Boëmiæ regis fuisse nepos.

A. D. 1393. plures m. ss. * *per hos dies Sabbato ante Quinquagesimam Elizabetha relicta vidua Caroli IIII. quondam coniunx, obijt Reginæ Hradecij, dotali suo oppido (quidam habent Pragæ:) mortuæ corpus defertur Pragam, inferturq; tumbæ Caroli IIII. De coniugibus Caroli IV. quatuor in eadem tumba sepultis, ita Martinus Cuthenus, natione Boëmus, patriâ Cutenbergensis (singuli autem versus comprehendunt annos obitus.)* * quidam habet 1394. alius 1383.

Carolus hac Quartus molli retinetur in vrna:
Hunc mæret iuxta, vultu pia BLANCA venusto:
Palatina propè hos mœrens se collocat AGNES:
Carole, & hîc tua te vitâ manet ANNA peractâ:
Exuviæ fortis claustro hoc tumulantur ELISSAE.

Eodem anno, mense Maio, Georgius à Podebradio, (quem Æneas Sylvius Poggebratium vocat) & Cunstato, regni Boemiæ gubernator, educit copias aduersus Iohannem Coldam: & ad vrbem Nachodam prælio commisso, plurimi vtrinq; desiderati: Inter cæteros è Podebradianis fortiter dimicans cæsus est strenuus Eq. Ord. præclaræq; vioturis vir N. Czastolarus. &c. Dess: F.

A. D. 1556. die S. Valentini, vir clarissimus, virtute & eruditione excellens, singulari quoq; grauitate & eloquentiâ præditus, M. Nicolaus Artemisius, Notarius, ciuis, Senator, adeoq; Primas Reipublicæ Zatecensis, in eadem vrbe ex hac vita decessit: honorifice elatus atq; sepultus in fano primario &c.

A. D. 1572. Vitam suam clausit, idq; Domazlicij,

Iohannes Syluanus, natione Pannonius, deuexâ atq; proclinatâ ætate: ibidem honorificè & frequente funere elatus. Homo, pietate, virtute, prudentiâq; egregius. Reliquit, inq; lucem expreßione Typographica edidit plurimas cantilenas, Psalmos item pœnitentiales, vt vocant, sermone Boëmico scriptos, in quibus mens eius spirat. A cordatis viris illi cognomentum Poëtæ Bohemici attributum est.

ETEOSTICHON.

Bis septena dies it Februa nata, Iohannes
Syluanus terris migrat in astra piè. I. R. Z.

**mensis annotant, quod lectori disquirendum & excutiendum relinquimus. Hoc ipso anno ad medium Augusti M. in urbibus Pragensibus cœpit sævire lues cõtagiosa.*

A. D. 1421. Iohannes Zizka, impreßione cum suis in Rabum arcem factâ, alterum oculorum amisit: cumq; omnino privatus esset lumine: nihilotamen minùs magnas & præclaras, ut ille ait, res, ultra triennium militando geßit: de quibus non sine admiratione & Ioh. Cochlæus in historia Hußitarum, & Bapt. Campofulgosus in libro Exemplorum, & scriptores alij fusiùs agunt.

XV. Febr.

A.D. 1228. Rex Venceslaus E. N. I. *cognomento Monoculus, IV. rex Boëmorum, Præmysli* F. *à Sigefrido, aliâs Siffrido, Barone ab Eppenstein: 50, Moguntinensi Archiepiscopo, vnà cum Cunegunde (filia Philippi Romanorum Cæsaris) uxore suâ coronatur.*

A. D. 1288. ☉. *Henricus Marchio Misnensis, primus Thuringiæ Lantgravius, cuius secunda uxor fuit Agnes Bohema; Præmysli Ottagari eius* N. II, *filia.*

A. D. 1252. ☉ *Babinpergæ (quæ urbs est in Franconia) Conradus Romanorum Imperator* E. N. III; *cuius germanam sororem habuit in matrimonio VVladislaus* E. N. I: *Rex verò Bohemiæ* II.

A. D. 1309. Quidam Pragenses cum Cuthnensibus, horâ diei primâ in monasterium Sedlicense, cùm magna populi armati multitudine ingressi, in domo hospitum Henricum de Lypa, regni Boëmiæ Camerarium, Iohannē de VVartinberg, & Iohannem de Clyngenberg de Svevia, adhuc dormientes cœperunt: & Iohannem de Monte Cuthnensi occiderunt. &c. Causa in ms. assignatur, quòd Henrici Carinthiaci, tum Boëmiæ regis, partes secuti, ijsdem Rebuspublicis adversarentur. &c. De his ulterius Hagecus & Dubravius, item A. R.

A. D. 1368. Consentientibus omnibus, quos quidem vidi, annalibus domesticis, Sigismundus Caroli IV. ex Elizabetha F. *Iohann. Reg. nepos, Henricus VII. Rom. imp. pronepos, Pragæ nascitur: pòst Cæsar Rom. Vngariæ quoq; Boëmiæq; Rex, Quidam ms. XV. eiusdem*

* *mensis*

XVI. Febr. 14. Kal. Mart.

A. D. 1328. Petrus natione Sistanensis (ut est in ms. nisi subsit mendum) Abbas Limovicensis, (pòst Clemens VI. Pont. Rom.) vir prudentissimus: consiliarius Philippi Valesij Regis Franciæ, hoc die (qui ab Ecclesiasticis dicitur dies Cinerum: estq; primus in Quadragesima) concionem habuit non indisertam: de qua ab omnibus fuit commendatus: Pòst effectus est etiam Caroli IV. amicus, & in sacris (pietate) magister & præceptor. Erat enim homo facundus, & literatus, omniq; morum honestate circumspectus. Hæc Carolus IV. in vita sua.

A. D. 1466. Quum Pontifex Romanus Georgium Bohemiæ Regem, de impulsu quorundam, anathemate, velati hæreticum, notasset, & nonnullorum ex nobilibus N. à Rege secuta fuisset defectio, per id tempus in Pilsnensi atq; Budeovicensi Ecclesijs is ritus observabatur, ut in templo, impulsis campanis, cereos omnes extingveret: eâ cæremonia excommunicatos publicè devotos atq; detestabiles fore innuentes. Et extat apud nos modus descriptus quo est idem Rex Romæ excommunicatus, &c.

A. D. 1509. Migravit ex hac vita M. Iohanes de Opoczna. Pragensis Theologus & presbyter: vir pius, bonus, honestus, liberalis: sequente die in cœmiterio pagi Prosyci, ut ipse voluit, sepelitur, magna hominum frequentiâ. Ipse suo sumptu adolescentiæ literariæ scholam Pragæ ad D. Petri de novo erexit & extruxit ms. Templum Petrinum structurâ testudinis cameratæ ornavit & adauxit, eo quidem fine, ut in illo ipso loco pueritia

Schola-

scholastica in Catechesi instituerėtur: templi insuper tectum lapideo silice stravit: honesto laudabiliq; sui, hac in parte, relicto ad posteritatem monimento &c.

A. D. 1524. Fuit maxima Planetarum in Piscibus coniunctio: eodemq; extemplò anno consecutæ sunt inundationes & eluviones inusitatæ. Seditio tum & strages agrestium. Rex Galliæ captus. Fridericus Dux Saxoniæ Elector naturæ concessit. Altero verò pòst anno Ludouicus Vngariæ Boëmiæq; rex, cæso suo à Turcis exercitu, luctuosè extinctus occubuit. De his copiosius C. Leouitius, & Nicolaus SSudus in Ephemeride, quam ad hunc annum edidit, ut ipse id commemorat.

A. D. 1536. Oeniponte, quæ est Comitatûs Tirolensis metropolis, nascitur Margaretha, septima in serie Imperatoris Ferdinandi filia.

A. D. 1545. ☉ Iacobus Proskovvsky à Proskovvicz, Baro liber, antiquæ nobilitatis & virtutis vir. Inscrip.

A. D. 1570. Piè ex hac vita decedit Iohannes Balbinus à VVorliczna, Academiæ Pragensis Baccalaureus, pòst S. Cæsareæ Maiestatis in Regno Boëmiæ ad Appellationes Secretarius &c. diligens atq; fidelis in pueritia Procopij Lupacij magister.

✠quente eoq; splendido stipatus comitatu, venit Pragam: Nec multò pòst filij coronatio, in Basilica D. Viti Arcis Pragensis solenni ritu instituta atq; peracta est.

A. D. 1517. Obit Elisabetha, Friderici II. Ducis Legnicensis, uxor: VVladislavi E. N. II. Vngariæ & Boëmiæ regis, soror. Decessit ex partu. Cureus.

A. D. 1140. VVladislavus (primi VVladislavi filius) XXVI. Dux, deinceps & rex Boëmiæ, à Sobeslavo 25. & statibus Boëm. electus, à Conrado III. Romm. Imp. confirmatus, sumit gubernacula Ducatus Boëmiæ: quo ipso anno Otho Capituli Pragensis Præpositus, eligitur Pragensis Ecclesiæ episcopus, numero 12.

*Cuth. 1134. A. D. 1135. ut Cosmas * Ioannes Præpositus VVyssegradensis, numero XI. præsul Ecclesiæ Pragensis, Meinhardo, qui per id tempus è vita excessit, surrogatur: hoc die ordinatus ab Adalberto, Lotaringiæ Duce, secundum Frysingensem: 43 Moguntinensi episcopo.

A. D. 1337. (aut 1335) sol fuit obscuratus. Franciscus. Scribuntur & Cometæ duo per Iunium Iulium & Augustum, mens. conspecti. Hag. & Frytschius. Insequente anno locustæ pervagatæ sunt Boëmiam, maximo frugibus, arborum folijs, graminibus illato detrimēto etc.

A. D. 1411. ☉. Iodocus, alias Iustus, cognomento Barbatus, ex Marchione Moraviæ designatus rex Romm: Augustus, Iohannis, regis Boëmiæ filius, Henrici VII. Imperat. nepos. I. Antiquarius. O. Panuinius notat diem obitus 13. Kal: Aprilis: regnavit menses sex.

A. D. 1421. feriâ secundâ post Valentini festum, Luna defecit. m. s. P. Codicil: Tumultuatum pòst & bellatum in Boëmia &c.

A. D. 1509. VVladislavus rex vnà cum filio suo Ludovico, iam declarato rege Hungariæ, & Elisabethâ Anna filiâ, Vngarorum, nec non aliorum Procerum &c. fre-

☙ retrò.

quente

A. D. 1127. ut quidem habent Pulkavva & Cuthenus: (1126. ut Cosmas, & Hagecus) Consentit appendix Scoto Mariana; & hanc fortasse secuti G. Fabricius unà cum P. Ebero. Tritemius verò 1125. pro 7. ut arbitror vetere scriptura: 7 .i. quinq; pro A .i. septem, &c. Lotharius Imperator, Othonis, Ducis Moraviæ, Svvatopluci fratris, impulsu, expeditione factâ in Boëmiam, & usq; ad Chlumecium vicum profectus, funditur fugaturq; desideratis eius ex parte paulò minus 500; interq; illos Othone, qui istius fuit fax belli. Capti tum à Boëmis, inter cæteros Marchio Albertus, & Ludovicus Comes Larius. Hartungus autem Comes Nordalbingus interficitur: Cuthenus & Cæsarem fuisse captum scribit, quo autore, mihi incompertum. Quidam annotant 12 Martij diem: Et prælium initum cum Vdalrico, quum scribendum fuisset cum VVladislavvo, ut nostri annales habent. Quod σφαλμὰ fortè librarij incuriâ, aut exemplaris parum correcti occasione, ex Mariano Scoto, vetusto scriptore & in alios autores, qui eum scribendo sunt secuti, demanavit. In tanto bello tres tantùm (Slavos per ea tempora appellârunt Boëmos) Slavvi (non Sclavvi, ut pleriq; perperam & scribunt & enunciant) perierunt. ms. De hasta S. VVenceslavi, Ducis quondam Boëmiæ, item vexillo S. Adalberti præsulis Boëmici, in eodem conflictu erectis à nostro exercitu, sanè mira narrat idem Cosmas, illaq; ipsa & Hagecus prosequitur.

A. D. 1454. Illustris princeps Henricus E. N. X. Dux Glogoviæ.

Glogoviæ Maioris in Silesia, accipit feudum Pragæ in prætorio à Ladislavvo Boëmiæ rege &c. quâ de re copiosiùs Cochlæus, historiæ Hussitarum libro XI. Idem Cochlæus subdit, eo tempore, huius Ducis filiam ex coniuge Hedvige (sed sponsæ nomen non exprimitur) desponsatam fuisse Magnifico Domino Ioanni de Rosis: eumq; adiuncto sibi fratre Domino Henrico, ipsam non multò pòst è Glogovia in Boëmiam splendido cum comitatu deportasse. &c.

A. D. 1549. Maximylianus, Ferdinandi, Vngariæ, Boemiæ, Romanorumq; regis F. primogenitus, Archidux Austriæ &c. in arce Pragensi designatus est rex Boemiæ. Postridie, qui fuit D. Concordiæ sacer, eius electionis, publico omnium voto, facta est declaratio.

Carmen eteostichon.

Auctus ubi es sceptri titulo, Aemyliane, paterni,
Februa lux cœlis nona bis, orta stetit. Ioh: Balbinus.

A. D. 969. Iohanne 13. Pont. Rom: 69. Othone I. Romm. Imp. Adalbertus, Slavvnici Comitis Libicensis ex Strzezyslavva uxore susceptus, filius, à Boleslavvo Pio in oppido Levvygradecz, eligitur episcopus Pragensis, in ordine secundus: Diethmari præsulis successor, vir nobili prosapiâ, tum vitæ innocentiâ, pietatisq; studio clarus, & literis humanitatis egregiè imbutus: quarum discendarum caussâ & in Germaniam, & in Italiam deinceps à parentibus fuit ablegatus. Qua de re alibi & opportunius & copiosius à nobis dicetur.

A. D. 1264. Subortâ vi uentorum, hoc die ædificium turris Pragensis Ecclesiæ, quod dicitur campanarium, simul & alia multa templorum ædificia corruerunt. Eodem anno mense Xbri facta est magna aquarum per totam Boemiam inundatio, unde consecuta sunt non parva ædium detrimenta, necminus & annonæ difficultas. Cos. Paralipp.

Eodem anno visa est stella nova &c. de qua Cypr. Leovitius. Cureus in Annalibus Silesiæ Cometen appellat.

A. D. 1296. nascitur ex Gutha sive Iuditha coniuge regi VVenceslavvo E. N. II. octaua numero filia, nomine Margareta.

A. D. 1529. Sabbato ante festum D. Petri, ut vocant, Cathedrati: Ferdinandus rex Boemiæ, Senatum legit in urbe Pragensi: primas tum creatur Iacobus à VVratho: civis Pragen: ad intersignia falcium.

A. D. ::: ☉. Dn. Zdenca, uxor Dn. Bolkonis de Mradicz, ut m.s. ita breviter habet & obscurè.

A. D. 1463. Is fuit dies Dominicus, sive Carnevalium. (Hag. habet annum 1464. alij 1462.) Victorinus maior natu, & Henricus aliâs Hyneco, Comites, Georgij Boëmiæ regis filij, à Friderico E. N. III. Cæsare Imperatore Augusto donantur & ornantur dignitate Ducali, ab eodem de autoritate Imperiali, creati principes Münsterbergenses, quorum familia, ait Cureus, Dei beneficio adhuc superest. Datum id gratitudini atq; beneficio, quod rex Georgius in Imperatorem opportuno tempore contulit: quum ipsum, misso vnà cum filijs suis exercitu, in arce Viënensi obsessum liberasset &c. Plura de ijs Cochlæus & VV. Lazius in Genealogia Austriaca.

A. D. 1486. Maximylianus I Archidux Austriæ, Philippi Hispaniarum regis parens; Caroli & Ferdinandi avus, Maximyliani II proavus, Rudolphi II Imppp. abavus, superstite tum adhuc patre Friderico, cum quo regnavit annos septem, declaratur Romm. & Germaniæ rex. I. Sambucus. Mich: Beutherus ex Stofflero 16 diem huius mensis annotat. Huc accedit & P. Eberus: nos vtrumq; diem adnotamus: deq; ea discrepantia liberum lectori relinquimus iudicium.

A. D. 1502. ☉. Ludmilla (Lidomila) Georgij, Boëmiæ regis filia; Friderici primi, principis Silesiæ, Ducis Legnicensis vxor. B. Scultetus, quum exegisset ab obitu mariti, vidua annos 14. sunt, qui de die variant.

A. D.

A. D. 1561. Excessit è vivis Simon Ennius à Phœnicio campo: Baccalaureus Academiæ Pragen: civis & Senator vrbis Glatoviensis, vir pius, honestus, moderatus, nec minus literatus, venæq; in carmine non difficilis. Scripta eius plurima extant in Farraginibus, quas Mitis noster, impensis Cl. & Nobiliss. D. Ioannis Hodieiovvini Pragæ typis expressas, emisit in publicum.

Ei tale est scriptum epitaphium.

Morte Simon celeri, dignus uel Nestoris annis,
Raptus, in hac dormit contumulatus humo:
Ennius agnomen: viuax huic stemmata Phænix,
AEternum nomen posthuma Musa dedit:
Hinc igitur vivit post funera summa superstes.
Felix, post obitum cui superesse datur.

A. D. 1322. Per hos dies, nimirum extremos Bacchanalium, nascitur Neplacho (pòst Abbas cœnobij Opatouicensis) in pago, qui vernaculo sermone vocatur Horzinievves. Hic est Neplacho, qui deinceps ex multis Boëmicorum scriptorum annalibus suam confecit Chronicorum Epitomen &c.

A. D. 1419. Sigismundo Vngariæ Rege, Romann Imp. Boëmiæ verò inter regni anno primo, Thabora Boëmiæ oppidum conditur. Id antea vocabatur Hradistium. (Hradisstie.) Reperio in annalibus vetustis, eo loci & olim fuisse oppidum firmum atq; munitum, &c. m. s. Nomine verò civitatis donatur & legibus statutisq; à Sigismundo Imperatore Vngariæ & Boëmiæ rege, ornatur & excolitur A. D. 1437.

A. D. 1420. Thaboritæ Vstiam, oppidum Domini Sezemæ, non procul a Thabora situm (cuius nunc adhuc quædam rudera spectantur) sub diluculum acquirunt & capiunt, hominibus inebriatis, atq; pòst choreas & alia solatia isti tempori consueta (nimirum vltimâ Bacchanalium nocte) soporatis, & securè dormientibus, moxq; veritatis æmulos tam seculares, quàm spirituales captiuant, &c. Chr. M. Laur.

Inuadunt vrbem, somno vinoq; sepultam. Virg.

A. D. 1440. Nocte, sequente diem 21 Februarij, Pragæ nunciatur natum esse Ladislavum, filium Alberti Austriaci Cæsaris &c posthumum. m. s. Is natalis refertur ad diem sequentem.

XXI. Febr.

A. D. 1133. Luna passa est eclipsin: sed quarta pars eius denigrata fuit, & ita imminente ortu solis occidit. Hanc obscurationem nimia mortalitas (pestilentiam eo vocabulo notat, quod & VVitikindus & Vrsperген. & alij eius tempestatis scriptores vsurpant), hominum deinde sequuta est m s.

A. D. 1348. ☉ Blanca, regina Boëmiæ, prima Karoli IIII vxor. In arce Pragensi, æde D. Viti sepulta est.

A. D. 1440. Ladislaus, Boëmiæ rex, Alberti II. Romano. Boëmiæq; Reg. fil. sed posthumus, Sigismundi nepos, Karoli IIII pronepos, (Mendũ est non dißimulandũ, apud Cuspinianum in Karolo IV. qui Karolum appellat Ladislai patruum, quum proauum appellaturus fuisset: Quam ego mendã amanuensis inscitiæ acceptam ferrem) nascitur in Castello Comaro nocte seqnente diem 21 Febru. Ephemm. SSind. Syluius, Cuspin: Beuth: Lazius.

A. D. 1471. M. Iohan: Rokyczanus, (sic à patria sua Rokyzana oppido Boëmiæ distante à Praga octo milliaribus appellatus) electus archiepiscopus Pragensis, placidè obdormuit in Domino. Sepultus in æde Mariana, ad aram propè sacellum, ante Lætam Curiam dicta: Iohannâ regina honestante sua præsentiâ funus. Annum & & diem obitus eius M. Simon Slanæus memoriæ caussa hoc versiculo comprehendit.

Clavigerum cœli, liquit Rokiczana Kathedris.

Aliud Eteostichon recentius & lucidius.

Hic abit è terris blando Rokizana sopore,
Pragæ: quæ colitur luce Cathedra Petri. B. S. P.

Rex Georgius, quum de morte Rokiczani accepisset: Nos, inquit, breui ipsum sequemur: fuitq; ista regis vox ominosa. Nam Rokyczano vix vnum mensem supervixit. Scripsit non pauca, nempè Tractatũ de septem sacramẽtis Ecclesiæ: typis impressum: hæc porrò habẽtur, quæ publicum nondum viderunt: Postilla in Euangelia Dominicalia: Explicatio Symboli apostolici: Explicationes aliquot epistolarum Canonicarum: Disputatio Basilien. item cum Romanis &c. Epistolæ ad Capistranum, quæ penes nos sunt: & alia non pauca. Fuit enim vir acris ingenij, studijq; indefessi, &c.

XXIII. Febr.

A. D. 1127. Corpus S. Adalberti martyris & pontificis Pragensis, in civitate Gnizno repertum est &c. Cos. Factum id ab eius martyrio, anno 130. Passus enim est D. Adalbertus A. D. 997. utquidem Cosmas & Pulkavva nostri: Item Schaffnaburgensis & Cureus exteri adnotârunt. Nam nonnulli variant. &c.

*A. D. 1416. * (is tùm fuit dies Dominicus, pòst festum Diui Petri Cathedrati, vt vulgò vocant, hoc est 23 Februarij) sub auroram, quibusdam in locis Boëmiæ pluit nive sanguineâ, latericijq; coloris, quâ ad altitudinem vnius digiti, terra fuit adoperta: cruentum cœli, imò DEI iudicium, tempestatum, motuumq; bellicorum, qui non multò pòst, maxima sanguinis humani profusione, exundârunt in Boëmia, plurimisq; propè continenter durârunt annis. Czykani quoq;, colluuies hominum malefica, impura, furax, eodem anno pervagantur Boëmiam: & pestilentiâ simul eidem regno incumbente &c. m. s.*

* Id contigit tribus mensibus, vnoq; die antè, q̃ M. Hieronymus Pragen. fuisset concrematus: A passione verò M. Ioh. Hussij, mensibus VII dieb. XXIII.

ETEOSTICHON.

Venturi cruor est prænuncius, æthere fusus,
Quo non trita priùs, nix rubefacta, mali. B. S. P.

A. D. 1451. Ineunte vere, lues contagiosa, & quidem grauis in homines primùm Pragæ grassari cœpit, pervagataq; est oppidatim totum regnum Boëmiæ: necminus & Morauiam atq; Austriam, tum & Poloniam: maximaq; per ea tempora facta est eâ pestilentia mortalium strages m. s.

Decessit tum & Barbara Cæsarissa, Sigismundi Imp. coniunx.

A. D. 1472. morte confecit extremum vitæ diem, vir Equestris ordinis VVenceslavus à VValeczovva, Regni Boëmiæ, quem ita vocant, Subcamerarius: non plenè exactum annum Georgio regi suo, cuius fuit Officiarius, superuixit. Extat eius scriptum quondam in nonnullos sacerdotes polypragmonicos &c. quod & legimus: vndè apparet, ipsum & ingenij acumine, & prudentia perspicaci, & iudicij acrimonia valuisse.

A. D. 1487. nocte hunc diem sequente, turris arcis Carolostenæ incendio corripitur: Verùm, flammâ citò restinctâ, periculum, quod & arci impendebat maximè detrimentosum, Dei misericordis clementiâ aversum.

A. D. 1517. Quod fuit profestum D. Mathiæ, nascitur Iohannes Fortius patria Gurimæus. Academiæ Pragen. in Philosophia Magister: deinceps & professor publicus. Peritus linguæ sanctæ.

A. D. 1557. Illustris Princeps Mathias Archidux Austriæ Maximiliani II. F. nascitur Viennæ Austriæ.

Numerale.

Principe Matthiâ erat nato vt gauisa Vienna,
Tunc velox lances Cynthius axe petit. D. C.

Aliud.

Sex vbi ter Februus luces, & quinq; ciebat,
Matthiæ cunis læta Vienna canit. B. S. P.

A. D. 1296. Thobias, (ex procerum Boëmicorum familia, Dominus Bechinij) episcopus Pragensis numero XXV. emigravit ex hac vita. Inhumatus est in basilica arcis Pragensis, ante aram D. Procopij: sedit annos octo. Vir religiosus, honestus, benignus & beneficus: de quo alibi copiosius. In eius locum suffectus est Gregorius, Decanus fani arcis Pragensis.

A. D. 1365. Mortem obijt D. Agnes, cognominata Rynka, vxor Dn. Zbynkomis de Hazmburg. Thomæus.

A. D. 1443. proximè antecedente luctuosam illam cladem Varnensem: nascitur Mathias Coruinus, Vngariæ rex, Ioh. Huniadis filius. Pòst Georgij Podebradij Boëmiæ regis gener, heros illustris.

A. D. 1500. Alexandro 6. Pon. Romm. Maximyliano I. Romm. & German. Imper. Ludovico 3. Galliarum: Ferdinando magno Hispaniarum, VVladislavvo Vngariæ & Boëmiæ: Ioh Alberto Poloniæ regggg. Baiazete Turcorum Tyranno: CAROLVS V. Romm. Imp. &c. Ferdinandi Vngar. Boëmiæq́ Reg. germanus frater, anno intercalari, nascitur Gandaui, quæ est in Flandris vrbs, magnitudine celebris: quibusdam eruditis Gorduni. Scribit Sleidanus (ait Io: Bodinus) Carolū V. Imp. ijsdem Kalen. quibus natus erat, Imperatorem Romanū creatum fuisse, regem Galliæ cepisse, de Germania triumphauisse.

Numerale anni & diei.

Sena quater læto Februï lux constitit astro
Gandaui ad cunas, Carole Quinte, tuas. Ioh. Bal. &c.

A. D. 1527. Qui tum fuit dies Dominicus, Diuoq; Mathiæ apostolo sacer: horâ XVII. pòst ortum solis, minuto 40. Desi. Ferdinandus I. Infans Hispaniarum, Archidux Austriæ, Caroli Imp. germanus, regis Ludovici sororius, Pragæ in Cathedrali D. Viti templo arcis Pragensis maximâ cùm domesticorum tum peregrinorū, vtriusq; status ordinum frequentiâ, solenni ritu, diademate regni Boëmiæ insignitur, rex Boëmiæ, ex ordine 19.

Numerale anni, comprehensum monosticho.

Rex Fernande, tuis statuunt te fata Boëmis. M. Cuth.

Numerale anni & diei.

Sena luce quater Februâ splendente reuectâ,
Fernandus Pragæ regia sceptra capit. Ioh. Balb,

A. D. 1530. Carolus V. Imp. Romm. S. A. Bononiæ (quæ est Felsina) à Clemente VII Pont. Romm. coronatur.

NVMERALE.

Carolus Imperij, Felsinæ, insignia fortis,
Octo ter Februa luce nitente tulit. Ioh. Balbinus.

A. D. :: Nascitur Petrus Codicillus à Tulechovva, patria Sedlczanus, Academiæ Pragen. in Philosophia Magister, pòst ibidem Græcæ Latinæq; linguarum professor publicus, & Mathematicus &c.

A. D. 1558. Ferdinandus E. N. I. Romm. Imp. Vngariæ, Boëmiæq; rex: declaratur Romanorum Cæsar Imp. P. F. Aug: Ita in Bonfinij historia Ab. Bakschai.

A. D. 1575. Piè, inq; ardenti inuocatione filij DEI, in patria sua Zatecia (Zatecium est vetustum & cele-
bre

bre inclyti regni Boëmiæ oppidum, Decem milliaribus distans à Praga Metropoli: veterum quondam Ducum Lucensium sedes: quod exterorum caussa hîc subiungendum esse duximus.) decessit ex hac vita Laurentius Sspan, Medicinarum Doctor. In summo templo, frequenti & honorifico funere elatus, conditur. Reddidit carmine & edidit Aphorismos Hippocratis, Spagirologiam: item meditationes Euangelicas, atque D. Boh: Hasisteinij quasdam lucubrationes, quæ nos vidimus & legimus, aliaque non pauca, &c: vndè de ingenio eruditioneque eius viri, sumi non obscurè potest iudicium, &c.

ETEOSTICHON.

Qui coluit Latij geminas benè Apollinis artes,
Pro Cytharis, herbis, en, Spanus astra colit.

I. R. Z.

A. D. 1260. hoc die, ut refert Cosmas: (Kal. Martijs, Hagecus habet:) Homines seminudi in civitatem Pragensem advenerunt, sub quadam religione, seu potius hypocrisi pœnitentiam agentes per Ecclesias multas: bis per diem sua corpora flagris dilacerabant: erant, qui illos cum cereis & vexillis præcedebant. Excedere eosdem Ottagarus suo regno atq; terris mandat. In Germania, ad Rhenum potissimùm, igni concremantur. Cos. Inventum apud eos est in capsulis sub uestibus multum auri & argenti, quod sub colore pietatis in Boëmia atq; alibi corraserant. Eodem anno istos flagelliferos & Misniam peragrasse scribit G. Fabricius.

A. D. 1476. Mane ingens Solis eclipsis. Consecuta sunt bella Mathiæ regis, &c. Agmina locustarum in Boëmia: mors Iohannæ reginæ. Item, Cracoviæ insigne incendium.

* I. Sambucus habet 26 e. m. quod cum nostris annalibus congruit.

*A. D. 1527. hoc ipso die, feriâ secundâ, nimirum post festo D. Matthiæ * Anna, (cui tamen in sacro baptismo Elizabeth, nomen maternum fuit inditum) VVladislavvi Vngariæ & Boëmiæ R. filia, Ludovici I. soror, Ferdinandi I. coniunx, Pragæ in æde D. Viti, regio diademate coronatur. Ei inaugurationi, quæ maximè fuit solennis atq; frequens, interfuerunt Olomucensis, VVratislavviensis, Tridentinusq; præsules, tum principes, Proceres, nobiles, alijq; viri honorati cõplurimi etc.*

A. D. 1553. ☉. magnificus Dominus Iohan Leo, D. Adami Leonis fil. de Rozmytal & Blatna, Sereniss. Ferdinandi Boëm. Regis dapifer. Inscr:

A. D,

A. D. 1134. Sobeslaus Dux Boëmiæ, collectis ingentibus suorum copijs, in * Poloniam secundò suscipit expeditionem, quam & evastat, subq; suum iugum mittit. De quo fusiùs Cos. Cuth. Hag. Pulk. Eius belli & Cromerus commeminit.

* in Silesiam, vbi plus quàm trecentos vicos & pagos exussesunt, abductâ ingenti prædâ, Cureus.

A. D. 1294. Natus est filius, numero sextus, VVenceslavvo E. N. II. Boëmiæ regi: nomen ei inditum Iohannes: sed vita ei tantummodo quatriduana fuit &c. m. s.

Scilicet ex illa, qua primùm nascimur, horâ
Prorepunt iuncto vitaq; morsq; pede.

A. D. 1481. Czigani ⁜ ingrediuntur Pragam, consistuntq; aliquandiu in Nova urbe Pragensi. Id genus hominum rectè & verè G. Fabricius appellat erroneum maleficum: stellionatui atq; libidinibus deditum.

⁜ Quos quidã Maurorum genus esse existimant.

A. D. 1507. Ludovicus VVladisl: regis f. admodum puer, ab ordinibus regni in arce Pragensi eligitur rex Boëmiæ. &c. ms.

A. D. 1539. Fridericus, Ducis Georgij filius, uno plus minùs à concelebratis nuptijs mense superstes, moritur hoc die, sepultus Misnæ. Vltimus inter Georgij Ducis filios, G. Fabr. Fuit hic Fridericus Georgij Boëmiæ regis pronepos.

§ A. D. 1561. Mortem obijt, quin potiùs abijt & emigravit ex hac vita, nimirum in vera Iesu Christi fide generosus & strenuus Eqves, Ioachimus à VVrzesovvicz &c. funere honesto elatus, Lunæ in summo templo inhumatur. Inscrip.

A. D. 1197. hoc die, quod fuit sabbatum Quadragesimæ, quæ canitur in Ecclesia: Sitientes &c. Petrus Cardinalis Sanctæ Mariæ, titulo: Lata via, cum non multò antè adijsset Boëmiam, à Cælestino Pontifice Romano missus, confert sacros ordines scolaribus: dirimit quoq; sacerdotum matrimonia, quam ob rem parum abfuit, quin ab ijsdem fuisset obrutus lapidibus. Cuth. Lat. ms. Hagec. & Dubravius,

A. D. 1401. Cometa visus in fine Februarij. m, s. verò sic: A. D. 1402. Cometa horribilis apparuit in Quadragesima. Nec dissentire inter se videntur. Scribit enim Garcæus visos esse Cometas 1400: 1401: 1402: 1403 annis continuis. Portendere censebantur orbi terrarũ clades novas &c. forsitan & certamina, quæ tum gliscebant de religione per Hußium & Hieronymum accensa: quod nostros annales evolventi patet. &c.

A. D. 1436. Synodus Pragæ agebatur conventu Ordinum regni Boëmiæ frequentißima celeberrimaq;, hîc M. Ioh. Rokyczanus communi suffragio designatus est Archiepiscopus Pragensis, duoq; ipsi adiuncti sunt suffraganei, nimirum Magister, presbyterq; Martinus Lupacz Augezdecius, tum prædicator & pastor Ecclesiæ Chrudimensis, item presbyter VVenceslaus Altæmytenus: quibusdam, (ut in Compactatis Boëmiæ expreßis) Choczmensis.

A. D. 1497. f. 2. post Oculi, VVladislaus rex ex Vngariæ Budâ venit Pragam, maximo & splendido episcoporum

porum

porum, ducum, procerum, legatorum, variarum nationum stipatus comitatu. Per id tempus rex Cathedralem D. Viti Basilicam, de regali benignitate ditat, locupletat & ornat auri, argenti, gemmarumq; donis preciosis, atq; alijs id genus clenodijs (cimilijs) munificentissimè.

* Eos, VVladisl. regi, eiusq; filio Ludovico, suo rerūq; publicarum Boëmiæ nomine honorarium munus, venerationis debitæq; erga suum magistratum supremum observantiæ obsequij quoq; nomine, offerunt.

A. D. 1561. Magnificus ac generosus, sapientiaq;, & virtute, eruditaq; doctrina præclarus heros ac Dominus, Dn. Vilhelmus à Rosis &c. designatur supremus inclyti regni Boëmiæ Camerarius: quo munere nullum eodem in regno à supremo Purgravio Boëmiæ, aut dignius aut excellentius censetur.

A. D. 1565. Vitâ defunctus est Iohannes Dux Monsterbergensis, Caroli Monsterbergensis filius, Henrici Senioris nepos, Georgij, Boëmiæ regis, pronepos.

MARTIUS

A. D. 1099. Hermannus VVratislavvi regis capellanus (sacellanus) & in eius aula nutritus, promotione diaconus, præpositurâ Boleslaviensi sublimatus, sublimiorem invitus subrogatur ad episcopatus honorem. Cos. & Pulk. Iste est nonus ex ordine præsul Pragensis &c.

* quidam hunc VVratislavum nominant.

*A. D. 1129. VVenceslavus * filius Svvatopluci, ipso flore ætatis correptus infirmitate febrium, expiravit hoc die, postquam fuisset reversus victor ab expeditione Pannonica, commilitatum Stephano regi missus, qui Græcos tum fudit &c. Cosm. & Pulk.*

A. D. 1206. Sol passus eclipsim, Mercator: sequente anno Philippus Romm. Imp. indignè perimitur: conflictus Rhomæ, in quo ultra mille viros cecidisse ferebantur.

⁂ aliâs Lutecia: & emporio & gymnasio literarum toto orbe celebratissima civitas

A. D. 1402. Nascitur Parisijs ⁂ Carolus E. N. VII. Galliarum rex, pater Magdalenæ puellæ virginis, desponsæ Ladislavo, Boëmiæ, Vngariæq; regi.

A. D. 1482. Venit ex Italia in Boëmiam Augustinus episcopus Sancturiensis ex oppido Mirandula, quod est Comitis Galeotæ, si rectè annotatur m. s. Ac in oppido Piseca, quò primùm divertit, die sacro Paschatis (quod in 4. April incidit) sacrum celebrat. Ordines sacros deinceps confert: integrum Cœnæ Domini Sacramentum plebi utriusq; sexûs administrat.

A. D. 1509. Amplissimus urbium Pragensium Senatus unà cum aliarum Rerumpublicarum Boëmiæ legatis, 16. Scyphos, affaberrimè partim ex auro partim argento factos,

* rertò

Martius.

Martius habet dies 31. Luna 30. Nox horas 12. Dies totidem.

I. Martij Kal. Martij.

A. D. ⊙. VVenceslaus dux Moraviensis, totius Christianitatis pater, & clericorum amator. Cos.

A. D. 1334. Per hosce dies obijt Henricus Dux Carintiorum, comes Tirolis: quondam rex Boëmiæ numero 9. designatus quidem: sed non, ut moris est, eiusdem regni diademate præcinctus: rebus Boëmicis præfuit annis tribus. Secundus rex externus ab occasu VVenceslavi Iunioris ultimi regis ex prosapia Præmysli ducis &c. Suffectus ei est Ioannes Henrici VII. Romm. Imp. filius, Comes Lucemburgensis.

A. D. 1456. Bissextili: Calixto III. Pont. Romm. Friderico III. Arch. Austr. Imp. Rom. Ladislao Vngariæ & Boëm. Cazimiro Poloniæ regg: Mahomethe II. Turcorum tyranno. VVladislaus (exteri Ladislaus amputatâ literâ VV, minus rectè scribunt) Cazimiri ex coniuge Elizabetha, Alberti Cæsaris filiâ reg. Pol. fil: post Vngariæ, & Boëmiæ rex, nascitur hora 7. Minut. 46.

A. D. 1559. Ferdinandus Imp. Augustæ Vindelicorum, ubi tum conventus Imperij agebatur, iusta exequiarum facit sorori suæ, Mariæ, (quæ proximè lapsi anni M.

Octobri è vita excessit) viduæ ab occasu Ludovici Vngariæ Boemiæq; Regis, relictæ, de eo extat oratio funebris typis expressa.

A. D. 1567. Maximilianus Rom. Imp. ingressus Pragam, maxima & solenni congratulationis pompâ exceptus ab incliti Boemiæ regni Ordinibus & clero & Academiâ Pragensi &c. Extant de his carmina in publicum ab eadem Academia evulgata &c.

A. D. 1578. ⊙. generosus Dominus Nicolaus VValterus à VValterspergo & in Lochovvicz, S. Cæsareæ Maiestatis Consiliarius, & in regno Boemiæ Secretarius &c.

⌘ in ordine regum Boemiæ, publicâ hominum gratulatione atq; læticiâ excitatâ: gratiæ Deo per templa actæ, Hag. Cuth. Cureus, Cochl: Quidam scriptores, ut & m. s. annotant diem sequentem. Agebat tum Georgius annum ætatis 38.

A. D. 1463. Georgius rex in Maioris Novæq; vrbium Pragen: Rep. ipsemet creat Senatum.

A. D. 1482. Maria, Caroli Burgundiæ ducis, ad Nanceium occisi, filia, Maximyliani Romm. regis coniunx, Philip: Hispanorum regis, mater; Caroli V. & Ferdinandi I. Imperatorum, avia; obijt gravida, delapsa non multos antè dies, quo vehebatur, equo.

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ.

A. D. 1362. Sub hos dies gravißima fuit cibariorum & annonæ per Boëmiam caritas atq; difficultas, ita, vt illum ipsum annum eius temporis homines vocabulo ex re nato appellaverint famelicum, seu inediæ annum (hladowité létho) *Verùm post tantam omnium vitam sustentantiũ rerũ penuriã, consecuta est mirifica vilitas &c*

A. D. 1442. Iudæi, incolæ urbis Pragensis hoc die celebrant suum Phase seu Pascha, qui fuit f. 6. proximè antecedens tertiam Dominicam Quadragesimæ: Ecclesia appellat Oculi. mſ.

A. D. 1448. (In eum diem tunc incurrit Dominica Lætare) Arx Rizmbergk, uno tantùm miliari à Domazlicio opp. disßitum, incendio periit, nec multò pòst, exactis vix diebus octo, vicißim igne deflagravit ea, quam in octiduo struxerunt, eiusdem pars castri.

*A. D. 1458. Calixto III. Pontifice Rom. Friderico Austriaco Rom. Imp. Carolo VII. Galliæ Henrico IIII. Castellæ; Vngariæ interregno, Kazymiro Poloniæ, Henrico VI. Angliæ, regibus: Mahomete II. Amurate I. Turcorum tyranno. Georgius Podiebradius (sic à suæ ditionis arce cognominatus) Victorini à Cunstato filius, Baro Boëmiæ, in frequentißimo ordinum regni Boëmiæ conventu, præsentibus etiam complurimis regum atq; principum legatis, vnanimi statuum suffragio atq; consensu electus, * horã circiter 17. in prætorio Maioris vrbis Pragen: (vbi ex veteri more publici regni conventus haberi soliti) declaratur Rex quatuordecimus*

* Contra q̃ Syluius & Munst. &c.

A. D. 1367. Per hos & sequentes dies extitit ingens alluvio VVltavæ amnis Pragensis, qui longè lateq; sese extra alveum atq; ripas effudit, in tantum, ut D. AEgidij platea esset navigabilis, & aquæ eluvies ad alterum usq; limen templi D. Nicolai pertingeret: detrimenta eâ exundatione illata sunt plurima.

A. D. 1509. Pragam ingressus est Fridericus Cazymirus pompâ instructâ atq; splendidâ, cum uxore sua (quæ fuit soror VVladislai regis) & filijs duobus, ac filiabus quatuor, tum non infrequente Comitum atq; Procerum familiâ, profectus ad coronationem Ludovici regis. Diversabatur in foro maioris urbis Pragensis in ædibus Viti Salij, medicinarum Doctoris, & tum Physici Pragensis. Eph. D. Viti.

A. D. 1518. Nascitur generosus Dn. Venceslaus ab Haßnburgk &c. Baro Boëmicus.

A. D. 1523. Ludovicus Rex legit supremum Boëmiæ Regni senatum: (Officiales & Officiarios vulgò vocant.) In diplomatibus m. s. reperio beneficiarios nostris maioribus fuisse appellatos. Nec scio, an non Logothetæ, vetusto vocabulo Græcanicæ originis, ab Hageco in annalibus Boëmicis nuncupentur? Vbi & error, fortaßè amanuensis (Lopotovve: pro Logotovve & Lopotovv: pro Logotovv:) in Hageco est corrigendus. Quod hîc, patriæ historiæ tyronum & mendi tollendi causâ subijciendum esse censuimus.

A. D. 1572. Incendium seu ardor cœli, visus Pragæ, & in quibusdam alijs districtibus &c. S. Val. m. s.

A D. 931. ut Cos. (nam Hagecus 932 habet) Corpus VVenceslai, beati martyris (Ducis Boëmiæ XI) ex tumulo Boleslaviensi in basilicam D. Viti Pragam transfertur. Vnde festum translationis D. Venceslavi in Ecclesia Pragensi, institutum.

A. D. 1090. Cosmas designatur episcopus Pragensis, suffectus Gebeharto, aliâs Iaromiro, VVratislai primi regis fratri.

A. D. 1132. Eclipsis Lunæ fuit tota sangvinea. Nepl

A. D. 1263. Præmyslaus Rex, collecto grandi exercitu diversarum nationum, expeditionem suscepit in Vngariam adversus Belam & Stephanum reges, qui pacem pridem factam violaverant (Quidam habent annum 1260. alij 1264. nonas Martij.) Cosmas.

A. D. 1293. Regi VVenceslao II. ex Gutha siue Iuditha, nata est filia eiusdem nominis. A. R.

A. D. 1348. Anna, eius quidem nominis prima (si non est in numerorum elementis, ceu suspicamur, aut exemplaris, librarijué mendum) verùm numero secunda coniunx, Carolo IIII iungitur &c. Franc. L.

A. D. 1390. ☉. magnificus ac generosus Dominus Vlricus à Rosis, Pater Domini Petri de Rosenbergk, ms.

A. D. 1515. (Quidam annotant 6. alij XI. Martij, minùs rectè) Dominica secunda Quadragesimæ, in Ecclesia dicitur Reminiscere: quæ in hunc diem incidit, Bryxia siue Pons oppidum Regni Boëmiæ, tristi & acerbo damnosoq; vastatum incendio confla-

gravit. Incubuêre eo momento civitati venti vehementes, qui grassantis flammæ incitârunt & adauxerunt vires, ut illa non in ædes ædificiaq; modò, verùm & in homines, tanto tamq; inopinato malo attonitos, desæviret: Quorum vltra 400 utriusq; sexus extincti ferebantur. Sensit illo ipso anno similem Lippa in Boëmia: Nissa in Silesia: Posonium in Vngaria, incendij calamitatem &c.

ETEOSTICHON.

Egregiæ per tecta furit fax noxia Brixæ,
Lapsaq; Vulcano funera multa iacent. B. S.

ALIVD.

Bruxia corripitur Vulcano exusta secundò,
Bellonæ quarta Fratris eunte die. I. R. Z.

A. D. 965. Meczislaus primus Poloniæ princeps Christianus &c. maritus Dubravicæ, Boleslavi primi Boëmorũ Ducis filiæ, baptismo, ritu Christianorum initiatur.

A. D. 1416. Vir nobilitate, virtute, consilio præstans, manuq; promtus, Ioannes a Leskovva, regni Boëmiæ subcamerarius, in oppidulo ad Pryndam, cœpit quosdam numero ad 30, qui latrocinia exercentes, vias publicas reddebant infestas suis maleficijs, ij mandatu Regis in furcis publicis sunt strangulati.

A. D. 1556. Horâ noctis nonâ, flamma Cometæ arsit, quanquam sunt, qui antè 5. & 4. dies Martij, in Boëmiæ plerisq; locis visum fuisse scribant.

NVMERALE.

Letalis croceo fulget pallore Cometes:
Ostentùm petit hoc te, Leo, Roma, Caper. M. Cut.

Et, vt scribit G. Fabric. secuti tumultus Turcici & Livonici: bellum Vngaricum, prælia Italica & Gallica:

A. D. 1560. Lythomyßlia oppidum Boëmiæ propè tota incendio perit.

*1375. M. Fritich. *A. D. 1378.* * *Annotatur à plerisq; scriptoribus exteris hic dies, obitus* Car. 4. *Romanorum Imperatoris & Boëmiæ regis: sed perperam, quod erratum non tam historicis, quàm librariorum ignauiæ, aut exemplarium M. S. discrepantiæ affirmauerimus forsitan esse adscribendum.* Nam in *3. Kal. Decembris, quod tum profestum D. Andreæ fuit, incurrit. Id suo loco magis opportunè fusiùsq; referemus &c.*

A. D. 1420. Duodecim ciues VVratislaviæ Sigismundi Imperatoris mandato capitibus truncantur: quòd ante biennium, plebe concitatâ, seditionem commouisse in Senatum dicerentur. &c. Cureus.

A. D. 1497. VVladislaus Rex profectus ex Vngaria in Boëmiam, tendensq; ad vrbes Pragenses, suamq; regiam, ab ordinibus regni Boëmiæ excipitur solenniter &c.

A. D. 1572. Piè in Christo obdormiuit Iohannes Michalovicius à Michalovvicz, patriâ Zatecensis: eiusdem Reipublicæ archigramateus: vir pietate, eruditâ doctrina, Iurisq; cognitione præstans.

ETEOSTICHON.

Lassus equos agiles per pisces Phœbus agebat,
Spes patris, ac patriæ, Michaëline, iaces.

I. R. Z.

A. D. 1135. Pragæ atq; alibi invisa priùs apparuerunt signa, nimirùm tres quasi Soles ab intuentibus conspiciebãtur. Id ostentum à tempore matutino usq; ad XI diei horam durauit m. s. De quo sic, & lucidiùs, Marignola: Nonis, inquit, Martij, signum magnum apparuit in cœlo. Solis enim rota quatuor circulis circumdata videbatur: Et fermè trium horarum spatio ità permansit. Eodem anno in Thuringia, sub tempus æstatis, lapis quidam invsitatæ magnitudinis, ad quantitatem domus cuiuspiam è cœlo decidit. Hagecus.

A. D. 1493. * Sol deliquium passus. Decesserunt ex hac vita M. VVenceslaus VVrbenecius. M. N. Myssahelus, Academiæ Pragensis Professores & Theologi. Adhæc fuit hic annus, vt ait Funccius, insignis multorum obitu clariss. virorum; quo & morbus, quem appellant Gallicum; sumsit originem, singulare Dei vindicis flagellum ob impura turpiaq; hominũ flagitia, & vitæ, in libidinem solutæ, lasciuiam.

* Quidã annotant annũ 1494. nonnulli 1492.

Morbus gallicus sumsit originem p

A. D. Eodem 1493. & die 7. Martij: Pragæ in domo Smerhouia placidè ex hac vita emigrauit Augustinus Lucianus, primum Sancturiensis, deinceps & Pragensis Ecclesiæ, integram cœnam Domini sumentis, episcopus. Honorifico funere elatus, magnaq; hominũ frequentiâ, sepultus in Mariano (ante Lætã Curiã appellãt) Maioris vrbis Pragen. primario templo. Eius tumulum Amplissimus Pragensis Reipub: Senatus sepulchri lapide (quem de elegante ingenij sui & artis oper Matthæus Reysek &c.

sculpendo fabrefecit) decorârunt: conspicuo egregiæ suæ in bonum virum pastoremq́; fidum, humanitatis, benevolentiæ, animiq́; affectionis teste. Vixit Augustinus ab ingressu in Bohemiam, annos XI. Clericis hic sub vtraq;. quod vocant, sacros ordines conferebat: cœnamq́; Domini pariter sub vtraq; specie plebi Christianæ distribuebat &c. m. s.

A. D. 1514. Vir nobilis & eruditus Gregorius de Gelenia cognomine patrio dictus Hruby, natione Boëmus, pater Sigismundi Gelenij, viri clariss: obijt.

ETEOSTICHON.

Lux vbi currebat Martis septena: cruento
Victus lugetur funere Gelenius. B. S. P.

Conuertit ex latina in Boemicam linguam, Francisci Petrarchæ de remedio aduersæ fortunæ, qui liber extat typis excusus. Item Encomion Moriæ Erasmi, & Mag. VVenceslai Pisceni luculentam de communione cœnæ Domini, sub vtraq;, vti vocant, specie &c. disputationem, quæ habetur manu scripta, vnà cum eiusdem Gregorij notationibus eruditis, lectu non indigna. Extant præterea aliquot M. VVenceslai Piseceni, non ineruditæ, neq; ineloquentes ad hunc nostrum Gelenium aliosq́; Epistolæ.

A. D. 1199. * *Præmyslus eo, quo Philippus designatus fuit Romanorum Imperator, die & ipse inauguratur, sumto regni diademate, Rex Boëmiæ numero 3: accedente huc ipsius Philippi consensu. Huius Philippi filiam VVenceslaus Præmysli filius habuit in matrimonio: Cuius & Nauclerus commeminit: atq; eius initæ Romanorum Imperatoris cum Boëmorum rege, affinitatis causam exponit.* * Hag: 1201.

A. D. 1333. Hoc die Ioannes Rex cum suis copijs egreditur Praga, contendens in Italiam, filio suo VVenceslao (Carolo quarto) aduersus quosdam Lombardiæ, Thusciæ, atq; Italiæ Duces laturus suppetias. Verùm antè, quàm Pater rex in Longobardiam peruenisset, præclaram Carolus filius ex hostibus obtinuit victoriam. Tum Ioannes rex administrandi regni curam vicesq; suas in Boëmia gerendi demandauit Huldrico Pflugio &c.

A. D. 1348. Carolus IV. plerisq; immunitatibus atq; priuilegijs Nouam vrbem Pragensem exornat atq; amplificat, nimirùm, vt ijsdem libertatibus, quibus Maior vrbs Pragensis vtitur, fruitur, gaudeat &c. ms.

A. D. 1464. Mandato Georgij regis, patris, in vrbibus Pragensibus, aliaq; per oppida Boëmiæ sunt peracta iusta Catharinæ reginæ Hungariæ, Matthiæ regis vxori, Georgij regis filiæ, quæ hoc (vt apparet) anno exempta est è vivis. Exegit cum rege marito annos sex: sobolem nullam ab obitu suo reliquit &c.

A. D. : : : Festum Cyrilli & Methodij &c. Apostolorum Moraviæ & Boëmiæ. De ijs Legenda, quam vocant, extat, in qua vita horum Ecclesiæ doctorum aliquâ ex parte exponitur.

A. D. 1369. Qui fuit (vt dictum) dies sacer Cyrillo & Methodio Apostolis Boëmiæ placide obdormiuit in Domino venerabilis presbyter Conradus, natione Austrius, vt habet m. s. Canonicus regularis, celebris in arce & vrbe Maiore Pragensi concionator. Sepultus in porticu ædis Tynensis, Pragæ. Vir eruditus & disertus; acerrimus vitiorum insectator: Synchronus Ioh. Milicij, viri nobilis ac generosi, quondam ex Proceribus incliti regni Boëmiæ, pòst & prædicatoris verbi DEI, vigilantißimi atq; feruentißimi. Scribit alicubi Hußius, hunc Conradum diuinitus fuisse excitatum, vt moneret pios, quò excessus, exorbitationes (deordinationes isti vocant) monasticas, quæ admitterentur in cœnobijs, omnino devitarent &c. Extant eius homiliæ super Euangelia Dominicalia: lectu non indignæ: quarum & in Bibliotheca Gesneriana fit mentio.

* M. S. D. Viti, qui per ea tempora vixit, pleriq; de die discrepant.

*A. D. 1512. * Pòst horam 23. Coruscatio cum tonitru inter ningendum audita: turris vulgò appellata Alba inter pontes in arce Pragensi, fulmine icta: sed incendium citò restinctum, citra turris detrimentum: timore magno inde perculsi attonitiq; mortales. Eodem iræ Dei telo ad illam ipsam horam, quâ Pragæ, percussum est & Hradecium Reginæ in Boëmia, & Dresda in Misnia.*

A. D.

A. D. 1525. Sol ſub tempus matutinum ipſumq́ ex- ortum paſſus eſt deliquium, à parte inferiore, ad quartam ſui corporis portionem obſcuratus: Cõſpiciebatur & ad inſtar ſanguinis colore purpureo; quæ Solis ſpecies multis eſt fide dignis hominibus viſa. Solis deliquium.

A. D. 1561, VVenceſlaus Archidux Auſtriæ, Maximiliani II. N. Imperatoris F. naſcitur in Noua Ciuitate Auſtriæ.

NVMERALE.

Apricas ſatus eſt, tunc VVenceſlaus in auras, Venceslaus Archidux Auſtriæ.
Martius vt nonâ fulſit ab axe vice. D. Crinit.

ALIVD.

Clauſerat auroras vt ternas Martius & ſex,
Naſcitur Auſtriacis Venceſilaus auis. B. S.

X. Mart.

A. D. 1061. Iaromirus, Bratislavi filius VVratislai ducis, pòst & regis Boëmiæ, frater, cùm diu multumq; eius muneris suscipiendi rationem suadentibus, reluctatus fuisset, ordinatur tamen à Seuero præsule ad Diaconatum sub initium Martij, nimirum hoc ipso die, quod fuit Sabbatum primum, quo Sacri ordines celebrantur, appellatus pòst Gebhartus. Chron. Brevvniovv. m. s. Pulk. Marigno: Verùm enimuerò non multò pòst Iaromirus, habitus monastici siue Ecclesiastici, quem inuitus accepit, pertæsus, militiam secularem professus, inscensoq; caballo, ascitis aliquot secum famulis, ad Boleslavum regem Poloniæ militatum sese contulit &c. Hag:

A. D. 1271. Iohannes N. recèns designatus præsul Pragensis Ecclesiæ, in Basilica D. Viti per Dn. Brunonem Olomucensem Episcopum, autoritate VVernesi Comitis à Falckenstein, Moguntini Archiepiscopi confirmatur. Cos: Paralipom:

A. D. 1272. ⊖. Henricus Rex Sardiniæ & Corsicæ, Cæs. Frid. II. filius: illius Henrici uxorem N. & viduam relictam duxit Præmyslus Ottagarus, & per eam consecutus est ducatum Austriæ &c.

A. D. 1281. ⊖. Beata Agnes, Præmysli regis filia, puella virgo, fundatrix ordinis Cruciferorum cum stella, Pragæ in pede pontis & monasterij S. Francisci, quæ tandem ordinem S. Damiani, & regulam S. Claræ amplectens, in eodem monasterio ad annos 40. cum 10. virginibus

ginibus

ginibus usq; ad mortem Christo Domino sedulum exhibebat officium. ms. Fulgebat 17. linguis. Hæc ex m. s. Francisci Canon: Pro linguis censuerim esse legendum signis, si quid hic coniecturæ dandum esset, & vero similior hæc nostra divinatio esse videtur. Mendum subest non dissimulandum in Bibliotheca C. Gesneri, quod pace tanti viri dixero, idq; seu exemplari depravato seu librario imperito acceptum esse ferendum censuero: Vbi pro Agnete (Angela) virgo legitur, ut (Raymundi) pro Præmyslai Boëmorum regis filia. Item ibidem: Corpus eius (in Carmelitarum) pro: Franciscanorum, monasterio conditum est.

A. D. 1417. M. Cardinale Vniuersitatis Pragen: Rectore (Is M. Cardinalis fuit Hussio & itineris comes & Constantiæ parastates &c.) eadem vniuersitas in plena congregatione Magistrorum sub sigillo promulgat, & scribit literas de communione sub utraq; iuxta institutionem Christi &c. & plerasq; ibi rationes adducit &c. Epistola est lectu digna. Ante quod tempus (subiungit Slanæus) noviter mortuus est Dux Albertus frater Imp. Friderici Austrij.

A. D. 1422. Plebe in Rebuspublicis Pragensibus gubernacula, sub interregno & Senatus abrogatione, administrante: Septem in maiore, quinq; viri in Nova vrbe Pragensi capitali supplicio: parentando, (ut tum dictitabant) morte interfecti presbyteri Ioannis Prædicatoris: afficiuntur &c. de quo & suprà; nimirum scriptoribus de die variantibus.

A. D.

A. D. 1438: Coniunctio eclipsalis fuit trium punctorum. Significabat malum & incommodum annum, quæ contigit sole ingrediente primum punctum Arietis. P. Codicilli ex SSind. Ephem.

Ferdinandus I Rex Boemiæ & Vngariæ, post & Romanorum Imperator.

A. D. 1503. Paulo II. Pont: Romm. Maximyliano I. Rom: Imp. VVladislao III: Hungar: & Boëm: Ioh. Alberto Poloniæ: Ferdinando magno Hispaniar. Ludovico III. Franciæ regg. Ferdinandus I Archidux Austriæ &c. Vngariæ & Boëmiæ rex, Rom. Imp. &c. Patre Philippo, matre Iohannâ, die Iouis hora pomeridiana 10. nascitur in regno Castiliæ Modinæ (quam quidam Mondinam, & Modonam Beutherus Medinam: B. Ioh. Herold. Methymnam appellat) in campo Gothorum nominatißimo sitam, vetustißimum Ebuleorum forum, & toto orbe notißimum emporium, mercatoribus propter preciosißima omnis generis mercimonia propterq; Lusitanorum aromata refertißimum & celebratißimum, ut idem Herold: scribit.

Modina, Modona, Medina, Methymna.

Numerale anni.

Hesperiâ Eoæ genti prognate Modinâ &c. M. C.
Ioannes Balbinus præceptor in pueritia noster,
12. huius mensis diem annotavit.

Eteostichon eius sic habet.

Rex ubi Castiliæ Fernandus nascitur orbi,
Aurea velligeri cornua Phœbus adit.

Ferdinandi etymon.

Ferdinandus (ut hoc incompendio, velut in transcursu, etymon vocis, non omnibus notæ, addamus) ferr:

ernant,

ernant, quod Græcus forsitan τηλεκλυτὸς *interpretaretur: denotari eum Germanica appellatione intelligitur, quem fama bona, quem ardens ad æthera evehat virtus: Licet eam ipsam appellationem & aspiratione duriore præferant Hispani: Hernando ernant B. Ioh: Herold.*

A. D. 1526. Hoc die & insequentibus, decreto Senatus Veteris & Novæ Pragæ, quæ non multò antè (an. 1518.) unione factâ, in unum unius Reip. corpus coagmentatæ fuerunt. Curia Novæ urbis Prag. de novo struitur, & elegantioribus ædificijs exornatur.

§ *eius m. s.* A. R. *Eiulatum in ea pompa emittit, quod ominosum sapientes putabant, indiciumq; eius regis fortunæ tristis, atq; occasûs (vt postea eventus docuit) flebilis. Et sanè mors huius regis, immaturo partu editi &c. & Hungariæ & omnibus vicinis non minùs immatura, quàm acerba iuxtà, atq; lamentabilis extitit, vt verè scribit S. Herbersteinius.*

NVMERALE.

Nativitatis. Coronationis.

Ante diem natus: patrijs puer ardet in armis.

M. Cuth.

A. D. 1124. Boriboij Ducis Boëmiæ 22. (qui exul in Vngaria mortuus est 4. non Febr.) corpus hoc die, anno tum labente bisextili, in Basilicam S.S.S.Viti, Adalberti, VVenceslai, in arce Pragensi, translatum, ibidem honorificè sepelitur. Cosm. *Regno Boëmiæ ad quatuor annos præfuerat.*

* alij anno 1363 Cometa *A. D. 1362.* * *Cometa conspectus, secuta in Boëmia & alibi annonæ caritas maxima.*

Zdislaus à Zvvirzeticz Baro Boëmiæ creatur Magister Philosophię *A. D. 1410. Determinatore, quem ita vocant Scholæ publicæ, M. Ioh. Hussinecio aliàs Hussio: Zdislaus à Zvvirzeticz, Baro incliti regni Boëmiæ ornatur atq; insignitur gradu tituloq; Magisterij in Academia Pragensi. m. s. Tanto in honore atq; precio apud proceres magnatesq; nostræ patriæ eâ tempestate habitæ sunt liberales disciplinæ egregium nobilitatis decus atq; ornamentum: Vt rectè hic illud vsurpari possit.*

Ingenium quondam fuerat preciosius auro:
Nunc scire est nihilum, sub pedibusq; iacet.

A. D. 1509. (qui fuit dies Dominicus, vulgò Oculi) Pio IIII Pont. Romm, Maximyliano I. Romm. Imp: Ludovico III Galliar: Ferdinando magno Hispann: VVladislao III. Hung. & Boëm: Sigismundo Poloniæ reggg. Ludovicus VVladislai regis filius Pragæ in Basilica D. Viti, horam inter 15 & 16. regio diademate cinctus, regno Boëmiæ inauguratur, præsente patre rege, & magnâ omniū ordinum frequentia In ea coronatione Magn: D. Petrus de Rosis, & D. Leo tenuerunt coronam super caput

§ *retrò* *eius.*

A. D. 1094. Ordinati sunt Cosmas & Andreas Episcopi, ab archiepiscopo Moguntino, nomine Rothardo, missi Moguntiam à Brzetislavo duce Boëmiæ, ubi tum celebrabatur generalis Synodus ab universis epp. & principib. Rom. Imperij &c. promotor ibi eorum fuit Rapota Comes Palatinus &c. Cos.

*A. D. 1272. * Pons saxeus, miri & artificiosissimi operis: (à Guta regina sub annum 1174, VVltavæ amni impositus) hoc die rumpitur, dissolviturq́;. Nam non multò antè VVltavæ Pragensis fluminis inusitata extitit inundatio, eliquatis videlicet nivibus hybernis, & accedente ad eam vim aquarum frequenti imbre. Stetit igitur integer à primordiis structuræ, ad annos 98.* * Paralipp: & Franc.

A. D. 1325. Iohannes rex Boëmiæ invectus hoc die Pragam est, & visendæ suæ coniugis, & colligendi tributi, quod in usus militiæ, quam continenter exercebat, dependèret, causâ, Pragæ ad duos menses sedit. Franc:

A. D. 1329. Ioannes rex arces quasdam, quas manu bellica in Prussia cœpit, fratribus Marianis possidendas attribuit, eamq́; donationem regio diplomate firmat atq́; roborat. Id hac die Dominicâ Invocavit, Turini actum. Maraini fratres in Prussia.

A. D. 1356. ʘ. Rudolphus E. N. I. Elector Saxoniæ: Archimarescallus Imperij: Karoli IV. avunculus, eidemq́; gratiosus. Domus eius Pragæ in Minore urbe ad pedem pontis sumptuosè quondam extructa cum piscina supra ædes facta, ut ait Dubrauius, etiamnum hodie visitur.

A. D. 1372. ⁂ Sabbato ante quintam Quadragesi- ⁂ Alij scribūt 1374

mæ, quæ in Ecclesia appellatur Iudica: horâ diei quasi 3.
Filius Karoli IV. N. *natus est Pragæ in Regia Karolo IV. ex Elisabetha eius uxore, quartâ, filius: baptisatur 29. Martij, ac natus, annum unum & 19 hebdomades, moritur. vide infrà.*

A. D. 1375. ☉. Dn: Agnes vxor Dn. Neplachonis militis (id est, viri ordinis equestris) Thomæus m. s.

A. D. 1567. Margareta 7. Imperatoris ac Regis Boëmiæ Ferdinandi filia, obijt Halæ: anno ætatis suæ 31.

XIII. Martij

A. D. 823. Vogeno, 4 Boëm: Duce, mandante, Praga metropolis, seu, ut ille Græcam vocem reddit, urbium Boëmiæ mater, ædificando dilatatur. Maceriem mœniũ ipse princeps unà cum proceribus suis dimetiri: loca quoq; fossis apta monstrare non est dedignatus.

A. D. 1067. Hoc, & sequentibus diebus per Boëmiã nebulæ suboriebantur longè densissimæ, ità, ut de die hominum conspectus per eam eriperetur: fœtor inde gravis progignebatur. Hæc consecuta est ingens subitaneaq; pestis.

A. D. 1373. Dominica 2. Quadragesimæ magna Pragæ extitit inundatio, ita quidem, ut in foro fructuario Maioris urbis Pragensis, ad iter faciendum cives navigijs uti cogerentur, ibidemq; captarent pisces.

A. D. 1516. VVladislaus Vngariæ Boëmiæq; Rex 17. Ludovici & Annæ parens: nocte hanc diem præcedente (ut Ioh. SSlechta, Secretarius eius, Item I. Cureus annotârunt) placidè obijt Budæ, sepultus in Alba Regali. Præfuit regnis Boëmiæ 45. Hungar. 26. annos. Cuius obitum antecessit Cometes. Hic annus non modò morte VVladislai, sed eo etiam est insignis, quòd tum argentariæ fodinæ inuentæ sunt in Vallibus Ioachimicis, quod est oppidum Boëmiæ. Id vir quispiam eruditus hoc numerali comprehendit: Ecce Valles florent cum Euangelio. &c.

A. D. 1561. ☉. Magister Hulricus a Cauba, medicus urbium Pragensium.

A. D. 1060. Spitignevus Dux (per hunc & insequentes dies labore ædificandi suscepto) sacras DD. Viti & Adalberti in arce Pragensi ædes, ut in posterum multò essent, quàm antea, populi capaciores, in unum templi corpus coagmentat, & amplificat. Porrò, annos fatales templi arcis Pragensis, D. Vito dicati, Mart: Cuthenus his versibus numeralibus comprehendit:

Fundatio.
Consecratio: dedicatio:
Amplitudo
Reparatio prior.
Ornatus.
Reparatio posterior.

Venceslaûs fundat Latio hæc sacraria Vito,
Quæ prece, sancte, piâ lætus, VVolfange, dicasti.
Spitineus profert lapsi pomæria fani:
Hoste furente vorax quæ cum vastaverat ignis,
Cæcus Iohannes opus hoc extruxit, & ipsum
Carolus excoluit vario rex munere & auro:
Hæc violat postquam Vulcanus cuncta seuerus,
Læsa reformantur, Fernando regna tenente.

Qua de re apud Hagecum & in Chronicis uberiùs.

A. D. 1124. Borziboius 2 fil: mortuus in exilio, deportatus ex Vngaria, sepelitur in Praga metropoli, anno labente bissextili, pridie videlicet Idus Martij &c. Cos.

A. D. 1503. ☉. Fridericus Cardinalis, &c. frater VVladislai regis Boëmiæ &c.

A. D. 1523. Ludovicus rex in præsentia trium Ducum, & legatorum Imperatoris, in Maioris vrbis Pragensis Curia, creat Senatum ex utraq; vrbe indifferenter allectis eo personis: cùm non multò antè, Iudices atq; Officiales, uti vocant, inclyti regni Boëmiæ creasset.

§ Bidue

A.D.812. Decretum est à VVogeno statibusq; ducatus Boëmiæ gestumq; bellum in Rohovicium VVersovicensem: qui legatum Ducis, contra ius gentium, capto eo atq; obtruncato, nefariè violavit. Dubrav.

A. D. 1328. In plenilunio, mensis Martij, Luna eclipsatur. Franc. L.

§ Biduò pòst Pragâ in Hungariam proficiscitur.

A. D. 1524. Pragenses de suorum Privilegiorum iure ipsi ex sua Reipublicæ corpore lectum creant sibi Senatum.

* Vide Mar Scotū Suetonium & Beat. Rhena.

A. D. * : : : Tiberius Augustus decessit è vita, anno ætatis suæ 77. mense quarto. Antiquarius. Is Marobudum (regem Moraviæ) prolixis adpromissionibus ad sese pellexit, quòd metueret, ne ipsi rebellaret, & in regnū ipsius (in Moraviam) redire inhibuit, sed Ravennæ oppido Italiæ ipsum, ad exitum usq; vitæ fovit. Cuth.

A. D. 1400. Sophia, Ioannis ducis Bavariæ filia, VVenceslai, Karoli IV. filij Rom. & Boëm. Regis uxor secunda, coronatur in arce Pragensi ad aram D. Viti: præsentibus ei inaugurationi ante alios Sigismundo rege Hungariæ, Iodoco Marchione Moraviæ. N. Purggravio Noribergensi, VVenceslao Patriarchâ Antiocheno: VVolframo electo in metropoli Pragensi Archiepiscopo, ad hæc Comitum, Procerum, Magnatum, & totius regni Boëmiæ Ordinum maximâ frequentiâ.

A. D. 1404. Sigismundi Imperatoris cum VVenceslao fratre uterino, Boëmiæ (post captivitatem eius) confœderatio &c. Iac. Meyerus hæc fusiùs prosequitur.

Pœna obscænæ turpitudinis.

A. D. 1421. Zizka cepit Chomutovium: ibidem mulieres, quæ mœnia oppidi ascendentes, turpiter sese nudabant, capiuntur, captæ concremantur ad 70. Fuit hæc in fœminas iusta vindicta, quoniam designassent turpia visu, dictu fœda, atq; ita luctuosa & exitiosa ipsis exitu: Cecidisse trucidati feruntur ad viginti duo millia, (alij ad bis mille ducentos) Simile ὕβρεος factum, hoc est, probrosæ ac flagitiosæ contumeliæ, supplicium, de mulieribus per ducem quendam Saxoniæ sumtum, refertur

in ms.

in mſ. Chronico Thuringiæ: ſub anno Domini 1232. &c. Vbi inter cætera ſubijcitur, ferro & igne evaſtatum fuiſſe totum oppidum, in tantum, ut ne ecclesijs quidem, ſacriſq; locis ira furorq;, tantâ affecti improbitate, principis ob facinoris enormitatem tum perperciſſet &c.

A. D. 1437. Nocte ſequente, die 16 Martij, id eſt, Sabbato in diem Dominicum Iudica, apparuit chaſma horrendum, ita quidem, ut homines, equi, currus, rubi, sylvæ & alia omnia ardere viderentur &c. Codicil. m. ſ.

A D. 1473. Naſcitur Henricus Dux Saxoniæ, Mauritij & Auguſti pater, Georgij Regis Boëmiæ, à filia ipſius Sidonia, nepos.

A. D. 1485. Fuit Eclipſis Solis hora tertia pomeridiana: eam ſecuta peſtis. G. Fab.

A. D. 1485. Tetra fuit ferè totius corporis ſolaris Eclipſis, à 22 usq; ad 23 horam; Sol tenebricoſus, interdum quaſi ſanguinolentus. Excitata ſub Auguſtum pòſt ſunt in Boëmia ventus, pluvia, procellæ, tonitrua. Anno ſequente Albertus Brandeburgenſis Achilles Germanicus moritur: anno verò ab ea eclipſi altero Max. I. Imp. Brugis capitur &c. Mathias rex Viennam expugnat &c. M. Laurentius in Academia Pragenſi Mathematicus & profeſſor dixit; eius eclipſeos effectus vix dum in 16. annis finitum iri m. ſ.

A. D. 981. Adalbertus Episcopus Boëmiæ ingreditur iter, Roma reditum parans in patriam suam, comitantibus ipsum sex fratibus. (nomina Hagecus recenset) Mense Iunio veniunt in Boëmiam ingressi, in pagum, qui Milavecium non integro milliari distat à Tusta sive Domazlicio oppido. Extat hodieq́; fons Milavecij, cognomento Albertinus, (vernacula lingua VVoytiesska) ægrotantium hominum, qui aut morituri, si turbidam: aut supervicturi putantur, si puram ab haurientibus ex eodem fonte aquam biberint, (vt quidem communis fama tulit, fertq́; hodiè) certum indicium. Simile quid Villinganus de quodam fonte in suis narrationibus Physicis refert.

A. D. 1254. Præmislaus, hæres regni, ex Austria, quæ illi tum nomine dotis cessit, in Boëmiam, ab obitu patris VVenceslai regis, rediens in sedem regni sui, receptus est honorificè. Quidam tamen de anno dieq́; variant.

A. D. 1271. Sub festum D. Getrudis nata est Dn. Guta: filia Rudolfi Habspurgij, pòst Romann. Imperatoris: coniunx VVenceslavi E. N. II. regis Boëmiæ, Cœnobij Aulæ Regiæ mater. m. s.

A. D. 1361. hoc die nascitur ex Anna Silesia, tertiâ vxore, Karolo IIII. Imp. filius Venceslaus, Boëmiæ rex, & patri in Imperio successor, idq́; Noribergæ, quæ Imperij est vrbs, Senatûs maiestate, artificum & negociatorum frequenti splendore, & militari prudentia felix, vt ille ait. In annotatione huius diei natalis sequimur annales

les Noribergensium. Cuspinianus, Eberus, Peucerus, Beutherus habent 28 Septembris. Nostri quoq; Chronologi mirè inter se variant. Quidam 23. & alij 25 alij 26. Febru: Cuthenus quartam Martij annotat: quo tamen die Hagecus infantem baptissatum fuisse scribit. Eam discrepantiam lectori discutiendam conciliandamq; relinquimus.

A. D. 1420. Quæ fuit quarta Dominica Quadragesimæ, vulgò Lætare, de mandato legati Papæ Ferdinandi, Episcopi Lucensis, protunc VVratislaviæ cum Sigismundo Imperatore existente, cruciata Martini Papæ V. contra Boëmos Christi veritatum Zelatores, veluti contra hæreticos pertinaces, in Cathedris prædicatorum per eosdem est proclamata. Chr. M. L.

A. D. 1516. VVladislaus Vngariæ & Boëmiæ rex, in Alba Regali, quæ veteribus Taurunum, Slavica lingua Belegrad: Hungarica Nandor Alba appellatur, vbi antiquitus habetur Vngariæ regum sepultura, conditur.

A. D. 1534. ☉ Pragæ magnificus D. Adalbertus de Pernestain &c, Baro Boëmicus: Sequente die eius demortui corpus, honorificè instituto funere deportatur Pardubicium, suæ ditionis oppidum, in suorum maiorum conditorio inhumandum.

A. D. 963. Boleslavus Dux ab Othone E.N. I. Imperatore Ratisbonā citatur, vti præsens ibi compareat, seq; Imperatoris beneficiarium profiteatur: quod cùm iste neglexisset, bello, quo postea Cæsar Ducem Boëmiæ, vti edicto Imperatorio minùs obsequentem, persequebatur, occasionem præbuit.

A.D. 981. vt Cosmas habet: 983, Hagecius: piè obijt Slavvnico dux S. Adalberti (secundi Boëmor: episcopi) pater. In domo illius honesta fulgebat & sincera dilectio, iudiciorum rectitudo & procerum multitudo. Atq; ipse, quam diu vixit, feliciter vixit, multas in regno Boëmiæ ditiones possidens: ex Henrici Nigri Imp. prosapia descendisse à plerisq; scribitur. Cos.

A. D. 1375. Dominicâ Quadragesimæ secundâ, quam Ecclesiastici vocant Reminiscere, Pragæ VVltavva amnis auctus aquis, & suis ex alveis egressus exundavit in tantum ut ad ostium templi D. Leonhardi ea eluvio effunderetur: maxima indè hominibus illata sunt damna. m. s.

A. D. 1538. Feria 5. pòst Salus populi, vt loquuntur & annotant Ecclesiastici: Chrudimium & Pardubicium, regni Boëmiæ oppida, alterum Reginæ Boëmicæ dotale; alterum ditionis Procerum à Pernestain, incendio cremantur. m. s.

A. D. 1558. Ferdinandus Austriacus E. N. I. P. F. Aug: legitimè resignatum sibi à fratre Carolo Quinto Romanorum Imperiū init.

A. D. 1160. Danielis præsulis Pragensis, supellex in Italia, & expeditione Mediolanensi hoc die crematur, ipso vix fugâ vitam conseruante &c. Id hoc die est factum, in quem tum incidit sabbatum sacrum antecedens Dominicam, quam Ecclesia vocat in Ramis Palmarum. De quo prolixiùs Hagecus.

A. D. 1238. Henricus Barbatus, etnarcha Silesiæ, in pia confessione decessit Crosnæ: Fuit maritus D. Heduigis, Auus Brunonis, qui fuit filius Diopoldi (seu Theobaldi) Ducis Moraviæ. Cureus.

A. D. 1366. Carolus IV. duas filias suas elocat in matrimonium, Catharinam viduam relictam à Rudolfo Duce Austriæ, Othoni Marchioni Brandeburgensi, alteram Elzabetham, puellam virginem, quam suscepit ex tertia coniuge Anna Svidnicensi sive Silesiâ, Alberto III. Seniori, sapientis F. duci Austriæ.

A. D. 1553. Generosus Dominus, Dn. Carolus Baro Boëmicus, dominus in Svvijan, nascitur hoc die, horâ 13. minuto 30, civili. m. s. eiusdem Baronis.

Eodem simul & anno & die emigravit ex hac vita presbyter VVenceslaus Hagecus (populariter Hagek) à Liboczian. Sepelitur in cœnobio D. Annæ in Maiore vrbe Pragensi. Scripsit annales Boëmiæ: eosq; perfecit, & ad calcem deduxit anno 1541.

EPITHAPHIVM EIVS CARMEN legi tale:

Cuius labore Chronica

Con-

Conſcripta ſunt Boëmica,
Volumen ingens antea
Tam diligenter nemini
Et abſolutè conditum,
Vacſlaus Haiko presbyter
In hoc ſepulchro conditur:
Quieſcat in CHRISTI ſinu.

Hiſtorici eſt, etiam & Chronographi, lectorem reddere tum eruditiorem tum meliorem: id an Hagecus præſtiterit, nos quidem in medio relinquimus: imò, eiuſdem annales ſiue Chronicon, quod publici iuris fecit, legenti, cenſendum permittimus.

A. D. 1410. Magister Hieronymus Pragensis Budæ in præsentia Sigismundi Imp. Romann. & Vngariæ regis, adhæc celeberrimo Ecclesiasticorum & seculariũ, adeoq; omnis generis hominum confluxu, publicè instituit concionem, prædicando verbum DEI *&c. m. s.*

A. D 1411. In Iodoci, Marchionis Morauiæ, declaratiq; Roman: Imperatoris; hoc die vitâ defuncti, locum Germaniæ proceres, Sigismundum Hungariæ regem, nepotem Ioannis, Caroli verò IIII *filium, imperio Germanico præfecerunt. Vignierius. Thomæus m. s. annotat Iodocum die Antonij esse mortuum.*

A. D. 1484. Deliquium passa fuit Luna nocte insequente Dominicam, vt vocant, Palmarum.

A. D. 1438. Albertus E. N. II. pòst obitum Sigismundi soceri sui anno secundo designatur Romm. Imp.

ETEOSTICHON.

Austria queîs, multis priuata carebat ab annis,
Alberto rursus principe sceptra gerit. B. S. P.

A. D. 1457. filij Ioannis Huniadæ, Ladislaus & Mathias, qui pòst declaratus fuit rex Pannoniæ, capiuntur. &c.

A. D. 1475. (Quidam habet an: 1477. si non est in elemento numeri 5. (quod veteres 7. notabant, mendum: aut fortasse de exædificatione & extructione, extremaq; totius operis manu, quod dicitur, est accipiendum.) fundata est Nova (vti vulgò voacatur) turris in antiqua vrbe Pragensi in fossis ad domum regiam, à quodam VVen-

cesla-

*ceslao lapicidâ, quam postea à dimidia parte inferiorum fenestrarum vsq; ad fastigium erexit atq; ædificauit Mathias * Reysecius, artium Baccalaureus: cum ei artificio nunquam antea dedisset operam. Rex VVladislaus fossam ingressus, primum eius fundamenti lapidem, propriâ manu iecit.*

* alijs Matthæus.

A. D. 1526. Paulus Thomorij, ipse aduolans, Turcæ in Hungariã aduentum nunciat regi Ludovico, qui tum VVyssegradi agebat.

A D. 1571. Evocatus à Deo ex hac vita piè decessit reverendus vir, & pietate simul, atq; eruditâ doctrinâ venerabilis: augustâ insuper proceritate corporis presbyter, Valentinus Thobiæ Zluticensis: ingenuarum artium in Academia Pragensi Baccalaureus: Ecclesiæ Dei in oppido Glattovia Pastor & Decanus vigilans: ibidem sepultus: honorificâ Senatus populiq; Glattovini funeris pompâ elatus. Fuit politioris literaturæ disertæq; facundiæ in vtraq; lingua perquam studiosus.

** A. D. 1521. Nascitur Mauricius Dux Saxoniæ, Cæsaribus Romanis creandis Elector sive VIIvir Sa: Rom. Imperij: Ducis Henrici filius: Georgij Boëmiæ regis ex filia, nomine Sidoniâ sive Zedenâ, nepos.*

A. D. 1551. Conspiciuntur Parelia, circiter horam ab exortu solis tertiam, confæderationum; ut eventa exitusq; deinceps docuerunt; indices. Extat Philippi de eodem carmen, in quo & hoc distichon legitur:

Solis simulacra,

Doctrinæ fingent aliqui ludibria forsan,
Adijcient alias dissidijq; faces.

XXII. *Martij*

A. D. 1136. Festum S. Benedicti Confessoris, die in Albis sive sabbato magno, hoc est in vigilia Resurrectionis Domini celebrandum venit: festum verò Conceptionis Domini, sive Anunciationis Deiparæ virginis Mariæ feriâ quartâ à Resurrectione Domini: Philippi porrò & Iacobi app: solennitas in festum Ascensionis in cœlum Christi, quæ tum 2. Maij fuit, incidit. Quod rarò evenire solet. m. s.

A.D. 1295. VVenceslao II. Boëmiæ regi ex Gutha sive Juditha nascitur filius, Iohannes nomine. Cos.

A. D. 1349. Reliquiæ (Græcis λείψανα, Francisco sanctuaria Imperij vocantur.) Imperiales Pragam apportantur. Sunt autem hæ: pars magna sanctæ crucis: lancea, quâ fuit in cruce latus Domini transfixum, clauus, quo fuit Dominus cruci affixus: Item Imperialis ornatus sancti Karoli: gladius, qui fuit eidem Karolo diuinitus datus, Franciscus. De ijsdem Reliquijs extat epistola Ernesti archiepiscopi Pragensis. in m. s. codice. Et institutum est festum Reliquiarum, quod feria sextâ alterius â sacro Paschate Dominicæ in Ecclesia Boëmicâ, etiamnum hodiè celebrari solet.

Anno insequente (1350.) Romæ Iubileus quoq; celebrabatur: multi autem ex peregrinatoribus, lue pestilentiali, quæ tum magnoperè seviebat, correpti in itinere extinguebantur. F. L.

A. D. : : : : Obijt Dn Henricus N. Camerarius Regni Boëmiæ. Item Dn. Helena coniunx sua. Thomæus Petrò

A.D.

*1252. Hagecus.

A. D. 1251. * Nicolaus Episcopus Pragensis suspendit Ecclesias in sua diœcesi constitutas à pulsatione campanarum, & omni ornatu Ecclesiæ solenni; duabus tantùm campanis minimis ad pulsandum, & ornatu Quadragemali ad officium concessis, in festo quantumlibet magno occurrente. Cos. Qui tamen huius facti caussam non assignat: At Hagecus eundem præsulem iussu regis in custodia fuisse ob suspitionem factæ cum quibusdam conspirationis &c. detentum ait.

A. D. 1312. Templarij in Gallijs uno die, ac unâ etiā eademq; propè horâ, deleti. Criminationes, quæ illis obijciebantur, Krantzius exponit. Pap. Massonus insontes fuisse scribit, quorum historiam prolixâ oratione persequitur.

A. D. 1458: post electionem Georgij Podebradij, in conventu publico principum & Ordinum Silesiæ, Legnitij habito, hoc die fœdus factum est contra eundem Georgium Boëmiæ regem, quem ex communi consensu omnes oderant. Cureus.

⁂ Nauclerus: 1459, inconuenienter.

A. D. 1458. ⁂ Maximilianus, Impeaatoris Friderici III. & Leonoræ Portugalensis Reginæ, filius, nascitur in Austriæ urbe Neapoli. Iacobus Meyer 12. Martij. I. Sambucus & Beutherus 22. diem notant.

§ in Dubravio 1470. minùs rectè: nimirū de priore āno quā plurimis mmss. cōsentientibus.

A. D. 1471. § Georgius rex in regiâ sua Pragæ feriā sexta circiter secundam horam noctis, in verâ fide & agnitione Dei ex hac vita emigravit anno ætatis 51: natus enim est A. D. 1420. regnavit annos 13. rex Boëmiæ in

ordine

ordine XVI. sapiens & clemens, atq; moderatus &c. Quum venter eius defuncti, de more magnatum per anatomen aperiretur, factâ evisceratione, in vesicula fellis inventa est bilis torrefacta & indurata instar lapilli, quæ nullo modo dissolvi potuit. Depræhensum quoq; est, mediam ferè epatis partem fuisse consumtam, atq; cænosæ cuidam putrilagini similem. Hæc I. Cureus, qui eius utriusq; Physicam affert rationem. M. Cromerus tumore pedum in reliquum corpus pervadente, R. Georgium vitam cum morte commutasse ait. Pragæ ipsi Podebradio statuam lapideam cum ense & calice inaurato, honoris gratiâ, ab Rokyczano & Pragensibus, in editißimo templi, foro imminentis, loco positam, scribit Dubravius.

A. D. 1533. die sabbato ante Dominicam Lætare, quam ita vocant; Θ. Iohannes, cognomento Passek, patriâ Kninus: primùm Magister artium, & professor publicus, deinde & Decanus publicæ scholæ Pragensis, processu temporis fuit & Cancellarius, tandem Senator, ad postremum & primas, (quem principem Senatûs appellat Plinius) in Reipub. Mrioris urbis Pragensis. Sepultus Pragæ in templo Mariano ante Lætam Curiam. De eo extat epitaphium Mart. Cutheni.

A. D. 1539. Θ. mortem Iohannes Ferdinandi I. Vngariæ atq; Boëmiæ regis, pòst & Imperatoris Augusti, filius: minus quàm unius anni puellulus. Sepultus Oenipōte.

A. D. 1577. Exuviæ D. Maximyliani Rom. Imp. Vngariæ Bohemiæq; regis, inclytæ memoriæ, funebri pompâ regaliter instructâ, ex Cœnobio Iacobæo Maioris Vrbis

A. D. 1318, Iohannes rex Boëmiæ ab Imperatore Ludovico ad comitia evocatus, hoc die Oegram urbem nobilem, finibus Boëmiæ aßitam, unà cum sua coniuge & frequenti splendidoq; comitum ordine est ingressus, ad peragenda sua, quorum caussa eò conceßit, negotia. Franc. Oegra à præterlabente amne hoc nomē sortita, Ptolomæo Menosgada, quasi Menosgarta id est, Lunæ sive Dianæ venatricis hortus, propter venationes & loci amænitatem, de tentia Phil. Mel: quam ex viro Clar. M. Ioh. Goldamero me audivisse recordor.

A. D. 1364. Ioannes rex Galliæ, Ioannis Boëmiæ regis affinis (eius enim sororem, nomine Mariam, habuit in matrimonio) è vita exceßit Londini in terra hostili, superiore Ianuario reuersus in Angliam, ut de suis obsidibus liberandis transigeret. mf. Item ex Lilio & Chronico Regg. Franciæ Beutherus: Epitome Chronn. Franciæ & Annales Aquitaniæ VII. Aprilis habent. Massonus 5. Idus Aprilis.

A. D. 1491. Θ. M. Laurentius N. professor Academiæ studij Pragensis &c. m f.

A. D. 1550. Pluit siligine in Alpibus Carinthiacis: Quod, ut insolens, & divinæ providentiæ non obscurum documentum, hîc notare non fuit nobis visum ab re instituto q; nostro alienum.

☩ Pragensis, in Cathedrale D. Viti arcis Pragensis templum, maximâ cum Ecclesiasticorum, tum secularium, nō modò Regni Boëmiæ, sed & Sacr. Rom. Imperij Ordinum frequentiâ, tumbæ mandandæ, efferuntur.

A. D. 452 Venetiæ civitas insignis & nobilißimum Europæ emporium in sinu Hadriatico, condita fuit, quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam evertit. Huic civitati non parum patria nostra debet, quòd ibi præter cætera, & Veteris & Novi instrumenti sive sacrorum Bibliorum volumen nostrate Boëmicâ linguâ scriptum, typis, nondum per id tempus in Boëmiam invectis, est expressum, cujus exemplaria pleriq; nostrorum adhuc penes sese habent. Id hæc testatur clausula: Perfectum est illud opus Biblicum Venetijs in Italia A. D. 1506. Sabbato post Barbaræ, excusum in officina Petri, cognomento Liechtenstein Coloniensis: affuerunt operarum inspectores, mendorumq; correctores, Ioannes Henrici Zateciâ, & Thomas cognomento patrio Molek, ex Reginæ Hradecia ad Albim urbibus, viri pij iuxtà, atq; eruditi.

A. D. 984. Adalbertus Episcopus Boëmiæ, Aquisgrani, præsente Othone E. N. II. Imperatore sacrum celebrat. Carus hic præsul atq; gratiosus Othoni Cæsari Augusto fuit, qua de re uberiùs nostri Chronographi.

A D. 1122. Eclipsis Lunæ mediâ nocte, quâ Iudaicũ erat Phase. Eodem anno ex hac vita decesßit Hermannus, IX. Episcopus Pragensis. Grando multis locis in Boëmia, per æstatem, magnum segetibus intulit detrimentum. Est quoq; redintegratum bellum inter VVladislavum & Sobeslavum &c.

*A. D. 1124. Meinhardus episcopus inter cæteras sacrorum reliquias in adyto * oßa Podivveni in arca qua-*

* sacristia barbarè appel atur.

dum reconditâ reperit: hic Podivvenius fuit à ministerio, seu. ut habet Pulkavva, à secretis, & in martyrio socius D VVenceslavvo, Boëmiæ Duci XI: De cuius conversatione & vitâ multa fuseq; in Vita eiusdem D. VVincestlavvi referuntur.

Sacristia barbare appellatur.

A. D 1324. per hos dies, Maria, soror Germana Ioãnis regis Boëmiæ, Karulu regis Franciæ, coniunx, cum partu moritur, & in fano ad D. Dionysium honorificè sepelitur. Rex autem Boëmiæ vehementer expavit, quum tantum florem iuventutis, sed habentem mores senectutis, tam citò præcisum esse accepisset. Francisc:

A. D. 1455. Mortuus est Nicolaus E. N. V. Pontifex Romanus, ut quidem annotat O. Panuin: numero 212: Is anno Domini 1448. pontificatûs sui anno altero, Ioãnem Carvaial Cardinalem titt. S. Angeli Legatum miserat in Boëmiam, earum, quæ de religionis negotio ibidem exortæ fuerant sedandarum controversiarum caussâ, quæ fusè describit cùm Ioh: Cochlæus sub exordium libri X. histor. Hußitarum, tùm & VVen. Hagecus, qui tamen in nomine pontificis aberrat, quum Paulum pro Nicolao V. vocat. Fuit hic pontifex & ipse doctus, & doctorum impensè amans. plura quoq; scripta in Latinũ converti iußit atq; curavit; de quo inter cætera, sic in eius sepulchri carmine epitaphio:

Consilio illustris, virtute illustrior omni,
Excoluit doctos doctior ipse viros:
Attica Romanæ complura volumina linguæ
Prodidit. En tumulo fundite thura sacro.

Hic etiam diademate Imperiali cinxit Leonoram, regis Lusitaniæ filiam, Friderici Tertij Romann. Imperatoris Augusti coniugem &c. Platina.

A. à condito mundo 3970. Conceptus est in utero Beatæ Mariæ semper virginis, IESVS CHRISTVS, Dei virginisq; filius. Beda eadem die & passum esse filium Dei scribit: Id festum, seu celebrem in Ecclesia Dei solennitatem, Græci, autore G. Cedreno, ἐυαγγελισμὸν; Latini, reddità voce Græcanicâ, festum Annunciationis appellant &c. item festum Incarnationis: tum & Conceptionis Christi in alvo castissimæ virginis Mariæ.

*A. D. 1053. Procopius confessor eremita, & Sazavensis monasterij abbas, de huius mundi naufragio migravit ad Dominum, de servitio ad regnum, de labore ad requiem, de morte ad vitam sempiternam: (ut legenda habet) consummans cursum vitæ suæ feliciter in Domino. In templo S. Dei genitricis Mariæ, honorificè sepulturæ cõmendatus, præsente Severo episcopo Pragensi. Fuit natione Boëmicus, de villa Chotun * Slavvonicis literis, à sanctiss: Quirillo episcopo quondam inventis & statutis, canonicè admodum imbutus. Cos.*

* Chotun pagus est inter Brodam Boemicam & Gurimiũ sita.

A. D. 1092. Cosmas, Pragensis, Andreas, Olomucensis Ecclesiarum præsules, redeuntes à consecratione suâ, adeunt & salutant Ducem Conradum in urbe Boleslavvia, ad sextum lapidem à Praga distante, quos idem benignè suscepit, cumq; ijs pòst & sacrum Pascha in arce VVyssegrada celebravit. Cos.

A. D. 1348. Karolus E. N. IV. Romanorum Imp. Augustus, Boëmiæq; rex, Pater patriæ meritiss. condit Novam urbem Pragensem: inq; fundamentum ipse propriâ

manu primum iacit & imponit lapidem: eandem hic conditor civitatem Karoli, ut ex eius diplomate probari potest, appellatum iri voluit.

Facta est autem hæc ampliatio atq; incrementum Reipublicæ Pragensis, lapsis à condita Maiore urbe Pragensi annis Domini 637. Porrò hunc diem conditæ Novæ Pragæ annotatum habet m. s. vetustum: pleriq; tamen notant Kalendas Martias: alij 30 diem Martij. Quod discutiendum lectori relinquimus.

A. D. 1420 Ioh. Zizka, commisso cum quorundam Baronum & Nobilium Boëmiæ copijs hoc die ad Sudomirium prælio, eosdem cædit, fundit, fugatq;. In ea pugna fortiter dimicans Brænko SSvvihovius Baro, occubuit. m. s. Hagecus, à Baronibus Ziscam cæsum fuisse scribit: sed nos, idipsum relinquentes in medio, mm. ss. sequimur annales.

A. D. 1471. Rex Georgius ante biduum vitâ defunctus, magnâ pompâ funebri luctuq; hominum elatus in arcem Pragensem & Cathedrale D. Viti templum, conditur ibidem in regum Boëmiæ Mausolæo: Exta verò eius vasculo inclusa in templo Lætæ Curiæ, busto Ioh: Rokyczanæ illata humantur.

§ crucis, ex ferro fabrefactæ, effigies è fastigio ædis in solum eâ succußione delapsa deciderit. Eo, sanè insolente, motu pleriq; civium expavefacti, oppidoq; egreßi, in agros contendebant. Idem in oppido Slanâ accidisse scribitur. Ea verò terræmotus species Aristoteli pulsus, sive pulsatio appellatur: alijs aliter. Atq; Cardanus, motu terræ nũciari aut bellũ, aut pestẽ, aut famẽ, aut seditionẽ &c.

Terræ motu s ... nte est præsagium.

A. D. 1201. Przemyſlus rex Cladorubæ ſacrum ſacri Paſchatis celebrat: ubi & filium ſuum baptiſſat: quem de ſacro baptiſmatis fonte ſuſceperunt Conradus præſul VVircburgenſis, & Ludovicus Dux Bavarorum. m. ſ. Cœnob. Cladrubien. Hæc annorum notatio mihi eſt ſuſpecta, ac vereor, ne mendum quodpiam ſubſit: quoniam, anno demum, ut annales plures habent, 12 Conſtantiam, repudiatâ Adelâ, in matrimonium duxit.

A. D. 1421. ☙ Iohannes Zizka, hoc die, quæ tum fuit feria quarta à Paſchate, iuncto Pragenſium commilitio, Beronam civitatem, tribus à Praga milliaribus paſſuum diſsitam, obſidione cingit, atq; ſuam in poteſtatem redigit: captisq; ultra triginta cum Eccleſiaſticis tum Secularibus ordinis Equeſtris, perſonis, eaſdem quodam in hypocauſto incluſas crudeliter igne ſubiecto milites eius concremant. Cauſſam Hagecus notat, quòd quatuor articulos Pragenſium & Thaboritarum profiteri renuiſſent etc. Extant & nomina eorundem apud Hagecum.

☙ De die variant Chronologi.

A. D. 1451. Obit Iohannes Hofman E. N. IIII. præſul Miſnenſis: quum ſediſſet annos 37. Hic è numerô Germanorum ultimus fuit moderator Academiæ Pragenſis. Hæc & plura de eodem G. Fabricius: Cochlæus item in hiſtoria Huſsitarum.

A. D. 1511. Lithomiericij, ſive Lidomericij, celebri Boëmiæ oppido, diſtante ad ſeptimum à Praga lapidem, terræ tremor extitit: domus parochialis, templi ædificiũ, turresq; unà cum campanis agitabantur, ita quidem, ut

A. D. 1323. Elissabetha, Iohannis Regis Boëmiæ coniunx, quum degeret Cami apud filiam suam, elocatam Henrico duci Bauariæ: hoc die: qui fuit solennis & sacer sacro Paschati Christianorum, vno partu enixa est filias Annam videlicet nomine, & Elizabetham, quarum altera elocata pòst fuit Othoni Duci Austriæ: altera secundo ætatis suæ anno, immaturâ morte sublata, è vita excessit. (Chambium Vrspergensis: eruditi autem nostræ tempestatis Latinâ voce Chamum appellant, oppidum in Palatinatu Rheni, à Tusta sive Domazlicio, sex milliaribus dissitum.

A. D. 1378. hoc die scribit Iac. Meyer, mortuum esse Karolum IV Cæsarem, & Boëmiæ regem, in quo tamen fortassis vitio mendosi exemplaris, error inest. Decessit enim 29. IXbris, quod est profestum D. Andreæ, vt ibidem de his pluribus dicetur.

* *Natus qui felix fueras cognominis hæres,*
Sol ubi lassabat vellera pulcher ovis. D. Crinit:

A. D. 1561. hac die, quæ fuit feria quarta post Dominicam Lætare, in Minore vrbe Pragensi, puer quidam à ministerio, herum suum, dum caperet somnum, per insidias interfecit, extemploq; sublectâ pecuniâ, atq; torque aureo, profugit eques, &c.

A. D. 1316. Hiems, quæ fuit durissima atq; asperrima, ad hunc vsq; diem isto anno durauit. Ad idem tempus & flamma Cometæ effulgebat, & non multò pòst insecuta lues contagiosa, in Boëmia in capita hominum non parū grassabatur. Pragæq; eo ipso anno exortum fuit incendium, quo propè tota vrbs est absumta.

A. D. 1486. Maximylianus E. N. I. designatur rex Romann: cingiturq; diademate ad Aquas Granenses, quod est oppidum Belgij, priùs Vegerra dicta: Et Caroli Magni sepulchro nobilitata. Nonnulli diem designationis habent 16; Februarij, quod & hoc eteosticho est expressum.

Aemylius patri sociatur honore, colorat
Octavo bis ubi Februus orbe polos. B. S.

A.D. 1510. ⊖. Dominus Georgius gente Krynecius à Ronovva: Baro Boëmicus, sepultus in ditione sua Rozdalo vitij. Amator Calicis & veritatem Christi: ut eius temporis scriptor loquitur.

A.D. 1522. feriâ sextâ ante Dominicam, quam Ecclesia vocat Oculi, horâ 22. integri horologij nostri, Ludovicus Boëmiæ ac Hungariæ rex, vnâ cum coniuge sua Mariâ, Philippi Hispaniarum regis filiâ, pro suscipienda regni corona, maximo frequentiq; & splendido comitatu Pragam ingrediuntur.

A. D. 1551. Ferdinandus Maximiliani II &c. F. nascitur Zigalis Castiliæ.

NVMERALE.

A. D. 1092. In ipsa Paschæ hebdomada circa Kalendas Aprilis, descendit maxima nix, & tantum inhorruit frigus mixtum cum glacie, quantum rarò, vel mediâ brumâ contigit. Quod, ut memorabile Cosmas duxit annotatione sua ad posteritatem esse trasmittendum.

A. D. 1249 (sunt qui de die variant) studium scholarium recuperatum est, quod Pragæ proximè elapso anno interijt. Cosm. Obscurum id quidem, verùm ita in m. s. notatum, &c.

A. D. 1372. Cœnobium Slavvonicum familiæ Benedictinæ, quod est in Nova urbe Pragensi situm, consecratur à Ioanne archiepiscopo Pragensi, Legato nato, &c. Hunc sacrum ritum sua præsentiâ ornârunt atq; cohonestârunt Karolus ipse IV. Romann. Imperator Augustus: Item VVenceslaus rex Caroli IV. filius, magnâq; frequentia principes & nobiles viri. A fundamentis id monasterium erectum est A. D. 1348: sumtus in illud ædificium ipso Carolo faciente, qui fuerunt, ad 18 millia, septigentas, quas vocant, sexagenas: 27 grossos, tres obulos Boëmicos. Dedicatum est autem D. Hieronymo Stridonensi, Slavo glorioso, quemadmodum ipsum appellat alicubi Hussius. Eodē Slavi sunt à Cæsare introducti, qui Slavonicâ linguâ sacrum concelebrabant. Extantq; etiamnum hodiè ibidem libri hoc ipso idiomate conscripti, &c.

A. D. 1372. Filius Caroli IV, quem ex vxore sua Elizabetha 12 Martij suscepit, hoc die (in quem sabbatum

sanctum

ſanctum ſive magnum, aliâs in Albis, incidit) per N. Patriarcham Alexandrinum, à Pontifice Romano miſſum, ſacro baptiſmate tingitur, eiq; Karoli Patris nomen imponitur: ſed is puellus regius immaturâ morte ſublatus anætatis eius primo & hebdomatib. 19 è vita emigrat. Hag.

A. D. 1463. Pius E. N. II. Pontifex Romanus Georgium Boëmiæ regem anathemate, (excommunicationem vulgò appellant,) hoc die evulgato, vt ſchiſmaticum, ferit. Qua de re, quanquam perparcè, ſic Platina: vocatis, inquit, ad ſe patribus Cardinalibus, regi Boëmiæ (Georgio) de fide Catholica malè ſentienti diem dicit. Sub annum inſequentem Pius naturæ ſatisfecit.

A. D. 1463. In Alba Regali frequentiſſ: indicitur conuentus, vbi Mathias ſacro diademate cum incredibili populorum plauſu coronatur. Hæc Abr. Bacſchaius ad 8. Aprilis refert.

A. D. 1564. Piè ex hac vita emigrauit Pragæ vir Cl. Martinus Cuthenus à Sprinſeberga, Reipublicæ Pragenſi à libellis: plurimæ lectionis, &c. Hiſtoriarum vir peritiſſimus, & Epigrammatum ſcriptor argutus. Sequenti die honorificè, magnaq; & Ampliſſ: Senatûs, & ciuium Pragenſium frequentiâ ad D. Benedicti elatus & ſepultus. Edidit in publicum Chronicon, de rebus Boëmicis vernaculâ noſtrâ linguâ conſcriptum. Scripſit complura Epigrammata & Epitaphia, quorum nonnulla typis expreſſa extant: multò tamen maior pars publicam lucem nondum vident, lectu digna, &c.

ETEOSTICHON.

Cuthenus, celſi felix Heliconis alumnus,
In buſtis fruitur, Praga quiete tuis.

A. D. 994, Tempore Bolešlavi E N. II. Ducis Boëmiæ, Volchudus præsul Misnensis Ecclesiæ, Pragam evocatus, dum hoc die, qui solennis Parasceue fuit, sacra celebrabat, in stuporem mentis atq; artuum ante aram incidit. X Kal: VIIbris, idem Paralyseos morbo extinctus, decedit, Ditmarus. G. Fabr.

A. D. 1131. Lotarius (Lutherius antiquis) rex Romanorum, Leodij celebrat synodum &c. Indè proficiscitur in Boëmiam, ad cuius gubernacula tum sedebat Sobeslavus E N. I: 15 Dux Boëmiæ.

A.D. 1432. Synodus Ecclesiastica Basiliensis, sessione tertiâ decernit, vt hoc ipsum Concilium nunc per septennium, ac deinceps perpetuis temporibus quolibet decennio celebretur. Inter cætera & hæc: Quum, inquit, Boëmia, Dei occulto iudicio, bello pluries attentata, non potuerit superari &c: tantis malis studiosè Concilium occurrere & salutaribus remedijs providere disposuit. Acta Con: Bas:

A.D. 1571. Columnæ igneæ circiter horam noctis tertiam, in cœlo supra Tustam sive Domazlicium sunt conspectæ, & draco per totum oppidi tractum ab inferiore porta vsq; ad superiorem, atq; etiam vlterius pòst civitatem in aëre volans. Portendi eo, alicubi legi, atq; à maioribus accepi, cedes, incendia, aliaq; calamitosa eventa.

A. D. 978. Ad Imperatorem Ottonem hoc die, qui fuit sacri Paschatis, venit Polislavvo (Boleslavus E.N II. Dux Boëmiæ) qui honorificè susceptus, magnisq; muneribus ab Imperatore oneratus redijt domum Chr. monachic Herueldensis.

A D. 1331. Hoc die, qui fuit sacer Paschati nostro Christiano, infecta fuit toxico familia Karoli IV, adhuc Marchionis Moraviæ, qui tum degebat Papiæ (quæ est civitas Insubrium, alio nomine appellata Ticinum): Eius veneni propinatione ad 20. extincti sunt ex eiusdem Caroli familia, inter cæteros Iohannes de Bergovv sive de Berge, magister Curiæ: item Ioannes de Hochkirchen, id est, de AltaEcclesia, & Simon de Keyla: Karolus tamen, diuinâ ipsum protegente gratiâ, salvus ab eo veneno evasit: de malifico, qui id patrauit facinus, supplicium sumptum. Hæc prolixiùs ipse Karolus in vita sua describit: necminus & Hagecus, itemq; Dubravius, qui venenum à vicecomite Pisano, Carolo instructum, sed irrito euentu, notat &c.

A D. 1415 Secundo Constantiensis Concilij anno: Sigismundus Cæsar Imperator Augustus cum Carolo sexto, Galliarum rege, celebrat Pascha apud Cæsaromagum (oppidum apud Cæsaream) &c. Inde proficiscitur in Bellovacos (ij sunt populi Galliæ inter Belgas) pòst & in Angliam &c. caussam eius profectionis exponit I. Meyer in historia Flandrica

A. D. 1516. VVladislavvo regi demortuo exequiæ à Senatu populoq; Pragensi in Maiore vrbe Pragensi solennes

nes peractæ. Inter cætera funebri ritu acta, Scholasticorum, presbyterorumq; denso ordine praeunte, coronâ, sceptrum, pomum, crux, gladius, vexillum, tum sandapila holoserico tecta à primoribus Senatus gestabantur, cereis vndiq; collucentibus, turmis eam funeris pompam vtriusq; hominum propè innumeris ad Lætæ curiæ templum deducentibus, &c. m. s.

A. D. 1568. Decessit sacerdos Ioannes Mystopolus, Aministrator Consistorij Pragensis sub vtraq; cœnam Domini communicantium &c. & concionator in sacello Bethlehem: vbi & inhumatus est.

* Stetit incolume à sua fundatione annos 669. Eam ciuitatem M. Martinus Rakocius carmine Elegiaco descripsit, quod & in publicum emisit, Pragæ typis expressum: Vndè eius vrbis, quæ nunc est, facies atq; conditio, liquidò cognosci potest.

A. D. 1548. ☉ Sigismundus E. N. I. Rex Poloniæ, VVladislavi II. Vngariæ Boëmiæq; regis, frater germanus; anno ætatis 81. Cromer. Ei successit in regno Sigismundus Augustus F. Ferdinandi eius nominis II. Rom Imp. & regis Boëmiæ &c. gener.

APRILIS.

Aprilis.

Habet dies 30. Luna verò 29. Nox habet horas 10. Dies horas 14.

I. Aprilis. *Kal. Aprilis.*

A. D. 1168. Sub exordium huius mensis cœpit per Boëmiam grassari lues contagiosa: ostenta tum in cœlo conspecta snnt multivaria. Cœlum tabula fati.

Qui sapit, ille animum fortunæ præparat omni,
Præuisumq; potest arte leuare malum.

A. D. 1420. (is fuit dies Dominicus, aliâs Palmarum) Vsta oppidum, ad amnem Luznicium (qui & Thaboram ciuitatem alluit) à Thaborensibus, concrematur.

De quo pluribus Hagecus & Dubrauius. Sunt, qui de die variant.

A. D. 1517. (quæ tum fuit f. 2. à Dominicâ, quam Ecclesia vocat Iudica) Luna vetustum regni Boëmiæ oppidū (presbyteri Mathiæ, Zatecēsis & Nymburgēsis ecclesiarum quondam Decani, & nonnullorum aliorum eruditione præstantium virorum, patria) septem milliaribus à Praga remotum, per incendium, vnà cum templo atq; mœnibus propè funditus conflagrauit, paucis in præurbio Pragensi, vt vocant, domibus residuis: Incendium aliquot ciuitatis in locis simul est subortum. Numerale, sed literâ D expunctâ:

Igne accensa cadunt perpulchra mœnia Lunæ.

** retrò*

A. D. 1111. Henricus E. N. V. Romæ die ſacro Paſchatis, à Paſchale E. N. II. coronatur. Commilito eius profectionis Cæſareæ fuit VVladiſlaus, Brzetiſlavi Ducis filius; VVladiſlavi, Boëmiæ regis, patruus, trecentos lectiſsimos iuvenes ſecum ducens. Is Papam renitentem, ut Henricum diademate Imperatorio cingeret, ſcribitur coëgiſſe. Boleſlavienſe mſ.

A. D. 1355. Hoc die, in quem tum incidit feria quinta Magna, vulgò Viridium: Karolus quartus, deſignatus Romm. Imp. & rex Boëmiæ, ſecretò ingreſſus eſt in urbem Romanam, ſuſcipiendi Cæſarei diadematis gratiâ. M. S. Panuinius habet 4. Aprilis.

A. D. 1368. Die ſancto Palmarum, ut vocant, Karolus IV. Romm. Imp. & rex Boëmiæ, ab Vrbano Pontifice Romm: adverſus Bernabovem Mediolanenſem, qui cũ quibuſdam in Longobardia & Thuſcia contra Vrbanum conſpiravit (de quo prolixè Platina, & ſupplē: Chron:) evocatus contendit in Italiam, indutus armis militaribus: eum Proceres atq; Equeſtres regni Boëmiæ magnâ frequentiâ comitantur. Conſtituit in regno Boëmiæ ſuum pro tempore vicarium, Ioannem archiepiſcopum Pragenſem.

A. D. 1482. Auguſtinus Lucianus, natione Italus, antea Sancturienſis, pòſt & Pragenſis epiſcopus: profectus ex Italia, hoc die ingreſſus eſt fines regni Boemiæ: diuerſatusq; eſt unum atq; alterum diem apud generoſum D. Petrum N: in arce VVinterberga; id quod ipſe in ſuis literis refert.

A. D.

A. D. 1515. Nocte insequente Dominicam Palmarũ, Barptolemæus illustris Dux Munsterbergensis, Georgij Podebradij, Regis Boëmiæ nepos, Posonium ad regem VVladislavum profectus, naufragio perit, à Danubij profluente, haud longè ab Hamburgo, ut habet Cuspinianus (id est Austriæ oppidum, veteribus Comagenum vel Comagena castra, de sentẽtia H. Iunij: Germani Hymburg) uti rumore vulgò ferebatur, unà cum quatuor comitibus haustus, nave videlicet scopulo illisâ atq; disruptâ. Eius ducis, utpote viri boni & strenui, interitus inprimis affecit (ait idem Cuspinianus) VVladislaum regem, & in lachrymas excitavit. Candidus fuit fautor, integerq; (ut ait Cuthenus) status civilis patronus. Iusta ipsi à Senatu Rerumpub. Prag. lapsis decem ab eius interitu diebus, facta.

Arbitrio Domini qui vivit, vivit in orbe:
Arbitrio Domini, qui cadit, ille cadit.

A. D. 1552. Turris Prætorij Novæ urbis Pragensis fundatur: cuius tectum, silice stratum, post annos 107. de cœlo tactum conflagravit. (vide infrà 15. Iulij.

A. D. 1557. Feriâ sextâ ante Iudica, inter 10. & 11. Boëmici horologij horam, piè placideq; ex hac vita decessit Ioannes Hortensius, natione Pragensis, eiusdem Gymnasij professor publicus, & Mathematicus excellens: pòst & Rector illius ipsius Academiæ: vir pius, probus, gravis, eruditus, disertusq;: quod eius Ephemerides publicã in lucem editæ & alia scripta attestantur. Sepultus in phano Bethleemitico. Vixit annos 56. Natus enim est. A. D. 1501. **Hortensius.**

A. D. 1025. ☉. Boleslaus I. Rex Poloniæ (Chrobri, vulgò Chabri, id est: acris, ut ait Cromerus, cognominatus) Dambrovvcæ Boëmiæ filius &c. Boleslavi Saxi, 12. Ducis Boëmiæ, nepos. Is Boleslavum E. N. III. Ducem Boëmiæ luminibus privavit. Vigilans ijs in locis religionis Christianæ propagator. Celebratur eius apophthegma, quod sæpè usurpabat: Malle se, inquiens, gallinâ vescentem, salutem atq; tranquillitatem suorum tueri, quàm delitijs indulgentem, pati, ut quisquam vexaretur, aut opprimeretur.

A. D. 1291. Minor urbs Pragensis, igne domestico inflammata, conflagrat funditus, ità, ut ne vna quidem domus ab isto superfuisset incendio. VVinceslavus E. N. II. Rex Boëmiæ, tam infelicem atq; luctuosam suæ urbis miseratus calamitatem, eius Reipub. cives pro regali beneficentia, à pensionibus, quas publicè ipsi contribuebant, immunes atq; liberos reddidit: Idq; perpetuò ratum, diplomateq; regio regaliter suis civibus, eo detrimento attritis, donato, confirmatum esse voluit.

Principis est virtus maxima nosse suos.

Et: Bonus princeps nil differt à bono patrefamiliâs.
Xenoph.

A. D. 1355. Festum Lanceæ Domini, quæ in bello loco vexilli præferebatur, ab Innocentio Pontifice Romano, instituitur. Id festum ab Ecclesijs Pragensis diœcesis in regno Boëmiæ feriâ sextâ pòst primam Paschatis Dominicam (Quasi modò geniti) solet celebrari. Extat de eo diploma

diploma Innocentij, tum & literæ Ernesti Pragensis Archipræsulis &c. m s.

A. D. 1361. Circa Conductum Paschæ, Dominus Martinus, dictus Czynk, per quosdam Pragenn: submergitur: causam Hagecus exponit, qui hæc omnia fusè prosequitur. Insequuta mox tanti facinoris vindex atq; ultrix, Adrastia &c. ms.

A. D. 1420. Interregni Boëmiæ primo, Pragenses cōmunionem utriusq; speciei Zelantes, comperto, quàm Sigismundi Imperator omnem moveat lapidem, ut ipsis, quacunq; poßit ratione, incommodet, atq; inopinatos opprimat, ad instigationem quorundam Spiritualium, & præsertim Iohannis prædicatoris &c. cum sacerdotibus & magistris, Calicis promoventib. communionem, congregati se astringunt, communionem Calicis contra quemlibet, ipsam impugnare volentem, defendere & tueri rebus & corporib. usq; ad ultimum posse, literis certis de eo factis: Iuramentum quoq; fidelitatis ad standum fideliter pro veritatis defensione à scabinis, qui adhuc supererant, recipiunt &c. M. Laurent.

A. D. 1466; (Tum fuit f. 5. magna sive Sancta) Paulus II. Pontifex Romm. promulgat Bullam, quâ excommunicat Boëmos hæreticos, ut tum appellabant, item VViglefistas seu Hußitas & Rokyczanitas, & quoscunq; alios hæreticos, quocunq; nomine censeantur, & omnes fautores, receptatores, & defensores eorum. Hæc ex Bulla, quam Sleidanus scribit appellari Bullam Cœnæ Domini.

A. D. 1516. (eo videlicet, quo & VVladislaus rex Vngariæ & Boëmiæ, è vita exceßit) Obijt vir Equestris, inclitæ, vetustæq;, & potentis familiæ, Dn. Nicolaus Trczka à Lippa: frater germanus Domini Burlani Trczcæ &c. studiosus, & strenuus defensor, atq; propugnator veritatum Christi, calicisq; Domini: ut nostri maiores sunt locuti. m. s. Sepultus Lipnicij in eiusdem phani Choro.

✠ à Pernestæna: Baro incliti regni Boëmiæ. Ei nascenti primas cunas præbuit Krumlovvia. m. s. D. Vencesl. à VVrzesovvicz.

A. D. 1439. Incipit apparere Cometes lividi coloris: nec multò pòst cœpit in Boëmia vehementer grassari pestilentia, quâ magna pars, sed potißimùm Baronum simul atq; Equestrium ordinis, est è medio sublata &c.

A. D. 1469. Mathias & Georgius alter Vngariæ, alter Boëmiæ, reges conveniunt Olomucij oppido Moraviæ, ibidemq; induciæ inter eos in unius anni spacium factæ.

A. D. 1095. Plerisq; in locis per Boëmiam, sub tempus matutinum, visæ sunt stellæ, ac si cœlo delaberentur. Eodem quoq; anno inusitati cœli ardores de nocte comparebant. Insecuta per Boëmiam annonæ caritas, morbus item popularis, quo homines simul, & iumenta extinguebantur.

*A. D. 1255. * Hoc die, quæ fuit Octava, ut vocant, Paschatis, Præmyslus rex Boëmiæ, lætus victor ab expeditione Prussorum seu Borussorum, quos subactos, ad fidem Christi proximè lapso anno convertit (ipsâ terrâ de domo Teutonica Cruciferis relictâ) Pragam rediit cum Brunone Olomucensi Episcopo, eius expeditionis socio: à suis honorificentissimè exceptus. Pulk.*

* mm. ff. nonnulli de die discrepant.

A. D. 1284. Stella admodum lucida Lunæ (A R.) tum corniculatæ quasi incumbere visa, de nocte, insequente festum D. Ambrosij, effulsit. Eo ostento sapientiores, rerum Boëmicarum in melius conversionem ominabantur: quod eventus comprobavit. Nam VVenceslaus rex, ætate iuvenis, à Brandeburgensis custodia liberatus (qua de re copiosius Hag. & Dubrav.) rediit, paterno regno potitus, in Boëmiam &c.

A. D. : : : : Θ. Chvval, de N. Camerarius inclitæ reginæ Boëmiæ. Sepultus ad D. Thomam in Minore vrbe Pragensi. Thomæus.

A. D. 1490. Die D. Ambrosij, in quem tum incidit dies, quem Ecclesia vocat Palmarum, nascitur generosus Dominus Adalbertus (Boëmica appellatione VVoytiech)

A. D. 1014. Ab hoc die vsq; ad exitū ferè Iunij, extitit in Boëmia æstus inusitatus, squalor quoq;, & mira terrarū agrorumq; siccitas &c. quod plurimis persequitur Hagecus. Snnt igitur ad placandam iram Dei, ob peccata hominum commoti, in Ecclesijs per Boëmiam publicæ institutæ supplicationes, &c.

A.D. 1349. (Is fuit dies Dominicus, & ut vocat Ecclesia, Palmarum) reliquiæ Imperiales, videlicet pars Crucis Christi, lancea, clavus: mappa vltimæ Cœnæ Christi, corona, & gladius Karoli magni Rom. Imp Brachium D. Annæ &c. ex Monaco oppido Ludovici Ducis Bauariæ cuius in potestate ab obitu patris (vt ait Dubrav:) erant, ad Pragensem VVissegradum, regiam tum regum Boëmiæ, apportantur, & in æde D. Viti deponuntur. Non ita multò pòst ad postulata Karoli IV. Innocentius E. N. VI. Pont. Romm. instituit festum Reliquiarum, quod ab Ecclesia Pragen. feriâ sextâ, octavam, vt vocant, Paschæ, proximè insequente, celebratur, magnis eos, qui huc religionis ergô peregrinarentur, munerans indulgentijs. De quo & alibi.

* Eadem Ioannes cognomento Porta, in libro de modo Coronationis Karoli 4 scribit.

*A. D. 1355. Hoc die * Karolus IV. Rex Boëmiæ, diademate Cæsareo vnà cum Anna Silesia, coniuge suâ, Romæ in basilica D. Petri à Cardinale Ostiensi, cingitur, cōsecratur, & inungitur: præsētibus ei inaugurationi inter cæteros & exteros, &c. Nicolao Patriarcha Aquilegiensi, Caroli IV. fratre: Ioanne Episcopo Lithomislense, Cācellario Palatij Imp: Czenkone de Lippa, Peßicone*

de Ia-

de Ianovvicz, Henrico de Nova Domo, Theobaldo de Risenberga, Haymone de Duba, Alberto & Georgio fratribus, de Kolovvrat, Mathiâ de Clinsteina: Ioanne Lepore de VValdek; Iaroßio de Rziczan: &c. procerib. & nobilibus Boëmiæ.

A. D. 1420. Quæ tùm fuit feria sexta Magna, circa diluculum VVozicze Oppidulum à Thaboritis de Hradißt, multis stipendiarijs regalibus captivatis, & alijs ad castrum fugientibus, quibusdam verò occisis, violento impetu capitur, captum ignis voragine absumitur. M. Laur.

A. D. 1490. Mathias Huniades Coruinus, Rex Vngariæ Georgij Boëmiæ regis ex filia de priore vxore, gener, Viennæ Austriæ apoplexiâ percussus, moritur nocte antecedente sextum diem April. quæ tum fuit feria secunda, post Palmas, vt vocant. Rex illustris, atq; literarum & literatorum patronus singularis. Bibliothecam regiam multivaria librorum supellectile instructam, ab obitu suo reliquit. &c. De quo inter cætera sic Boh. Haßisteinus.

Dicite: Mathias toto notißimus orbe,
Hîc iacet vndecimâ raptus Olympiade.
Et: Cæsare magna mihi victo Thracumq; tyrannis:
Maior Apollineâ gloria parta tubâ est.
Chr. Manl. Gorlic.

A. D. 1355. Karolus IV. Romæ Romm. Cæsar Augustus recèns inauguratus, de vetere instituto, nobilem Nicolaum de Vrsinis, Comitem Palatinum & Ioannem de S. Eustochio militari titulo donauit. Porta.

Eodem anno & die ☉ venerabilis Dn. Katharina de Wartenbergk, vidua relicta Dn. Petri de Rosenberg. man. scr.

A. D. 1418 Mane Ecclipsis solis accidit, ac vires suas statim exeruit: Pragæ non multò pòst coortâ plebis seditione, per quam trucidati sunt à furente vulgo Pragensi, Consules & Senatores vrbium Pragensium: Rex VVincèslavus E N. Karoli IV. F. correptus apoplexiâ ☉. Secutum interregnum Boëmiæ per annos aliquot, & tumultus bellici, Ioanne Zizcâ Trosnovio de Calice, Duce, &c.

A. D. 1420, hoc die, hora 5. M. 24. post meridiem, natus est magnificus dominus, Dn. Georgius Podiebradius, à Podiebrada arce paternâ sic appellatus (Pogiebracium Syluius & alij exteri molliore enunciatione proferunt,) à Cunstato, Illustriß. viri & Baronis Boëmiæ, D. Victorini à Cunstato &c. filius, tandem rex Boëmiæ, in serie 16. Ortu suo Horzivicium oppidum, quod nunc Domini, vetustæ claræq; familiæ de Rzuzan, Barones Boëmici possident, nobilitauit. Ibi enim in lucem editus fertur. ms.

ETEOSTICHON.

Relligione pia Podebragi, Clare Georgi,
Nasceris Aprilis sexta oriente die. I. R. Zat.

VII. April.

A. D. 1347. Vniuersitas studij Pragensis, fundatur cõfirmaturq́; bullâ Karoli IV. Aureâ, hoc ipso die scriptâ.

NVMERALE VETVS.

Excoluit cauto Karolus Pragã Xenio rex. D. Thadd.ms.

A. D. 1355. Karolo IV. Tibure manente, dum Roma à sua coronatione reuerteret, inter duos magnos Almaniæ proceres scilicet, Stephanum ducem Bavariæ & Czenkonem Comitem de Lippa, quædam dissensionis materia exoritur: (quæ tamẽ per Imperatorẽ sopitur) m.s.: Portæ.

A. D. 1371. Karolus IV. Romm. Imp. & rex Boëmiæ sacrũ Pascha Pragæ celebrat. Per eos dies, in aula Imperatoris varij ludi equestres sunt instituti: Ibi tum quoq; Elizabetha Imperatrix, Karoli IV vxor quarta, mandato mariti, iubet sibi afferre calcem ferratã, grandem illam, atq; spissam, recens fabrefactam, eam in manus sumtam, circunfusâ ad spectaculum aulicorũ coronâ, diducit atq; diffringit, non aliter, atq; si ex fragilis ligni materia fuisset confecta. Multa tum his similia non sine stupore aspectantium edebat, quæ multò plus ei, quam robustißimæ feminæ, firmitatis atq; virium corporis inesse, arguebant. Simile quid Ioh. Cuspin: in Cæs: Rom. de Cimburga &c, Friderici Austrij Rom. Imp. vxore, narrat &c.

A. D. 1540. Magna fuit Solis obscuratio. Eam insecuta est æstas calidißima, atq; terræ siccitas inusitata. Hoc anno exusta Lyntzia: sequente. Buda a Turcis ex potestate Monachi recepta. Locustæ Silesiam & Misniã (& Boëmiã) pervagatæ vexârunt. Henricus Dux Saxoniæ mortuus. Arx insuper Pragensis, Regum Boëmiæ sedes, conflagrauit &c. De quo alibi.

A. D. 1094. Robertus fictus Episcopus plurimis in Boëmia templis consecratis, multaq; inde pecuniâ corrasâ, die sacro Paschatis, sacrum Pragæ, Cosmâ Episcopo & Bretislavo Duce Boëmiæ præsentibus, celebrat, subodoratusq; per clandestinum cuiusdam dum ad aram staret, indicium suas artes in lucem efferri atq; propalari, statim ex Boëmia se in Misniam subducit Cos. & Hagecius.

A. D. 1234. Eclipsis Solis. Franci. L.

* Vignierius 1363. diem sequentem annotat.

A. D. 1364. Ita Papirius, * ☉. Iohannes rex Galliæ &c. literarum, hominumq; literatorum amans &c. Huic uxor erat Bona, seu, si Germanicam spectes appellationem, Guta, Iohannis, regis Boëmiæ, filia: ex qua suscepit filios: Philippum Audacem, Ducem Burgundiæ, Carolum E. N. V. regem Galliæ &c.

A. D. 1388. Festum visitationis beatæ Mariæ, cùm videlicet, vt habent sacræ Evangeliorum historiæ, Elizabetham matronam, cognatam suam, anum quidem, & anum antea sterilem, sed tamen Dei Omnipotẽtis fœcunditate grauidam &c. salutasset, institutum: id festum die secundo Iulij in Ecclesijs Boëmicis concelebratur.

A. D. 1420. Thaboritæ foßas magnas & profundas circa VVyssegradam arcem Pragæ regiam in Boticz, ad flumen VVltavvam se extendentes, pro defensione ciuitatis ex parte VVyssegradi, vnà cum vxoribus suis, pueris, & puellis fodiunt diligenter & laborant; VVyssegradensibus stipendiarijs Sigismundi Imperatoris eos deridentibus ac dicentibus: Non vobis proderunt istæ fossæ, si

Domino noſtro hæreditario, Romm. & Vngariæ Regi vos opponere volueritis. M. Laurent.

A D. 1464. In Piſcibus (ut ſcribit I. Bodinus) coniunctio magna contigit, quo tempore non multò poſt pontifex Romanus anathematis inflictu perculit, ab Eccleſiaq́; conſortio planè reiecit Georgium Podebradium, regem Boëmiæ, vnà cum ijs omnibus, qui integram Cœnam Domini in Boëmia tum percipiebant &c. extat eius, quam ita vocant, excommunicationis apud nos m ſ. exemplum. Extat & Georgij regis ad eandem Apologia &c. Conſecuta quoq; eſt, quorundam adverſus eundem Regem conſpiratio, indeq́; enati graues bellorum motus, atq; tyrannides, quæ non modò regnum Boëmiæ, ſed totam Europam inuaſerunt & afflixerunt.

A. D. 1512. Quæ fuit feria quinta magna, vt vocant. in oppido Broda Boëmica, quarto milliari à Praga remoto, per incendium nocte ſubortum, quatuordecim domus concremantur.

A.D. 1555. Emigravit ex hac vita presbyter Bohuſlavus, Pragæ ad D. Galli ſepultus. Is ex multis manu ſcriptis vetuſtis collegit, & in lucem edidit, populari ſermone compoſitum Chronicon de Eccleſia in regno Boëmiæ, & de communione ſub vtraq́; ſpecie &c. qui liber in inclita Imperiali vrbe Noriberga eſt typis excuſus.

XI. April.

A. D. 1100. Hermannus, promotore eius apud Imperatorem Vigberto Comite, genero VVratiſlai quondam regis Boëmiæ, conſecratur Epiſcopus Pragenſis; idq; Moguntiæ.a Ruperto Cardinale; Clementis Papæ apocriſario: Vbi tum Cæſar ſacrum Paſchatis feſtum celebrabat.

Apocriſarius. Apocriſarius apud Græcos (ait Valla) ut apud Latinos (ambaßiatores) eſt vocabulum barbarum : nuncium Papæ, quaſi ſecretarium, ut quibuſdam placet, notat. Ludovicus Viues affinem Cancellario appellationem eſſe autumat. Hæc velut in transcurſu, adijcere tyronum Chronologiæ cauſſâ, libui.

A. D. 1241. Henricus E. N. II. cognomento Pius, filius Henrici Barbati, demortuo patre, totius Sileſiæ & Poloniæ maioris dominus, à Tartaris, quorum copijs ſe ſtrenuè cum triginta millibus hominum, ut habet Cureus, oppoſuit, fortiter pro patria depugnans, in conflictu interficitur.

Pro patria magnum decus eſt profundere vitam,
Sic iuvat in patria, pro patriaq; mori

Irruptionem tum fecerunt & in Moraviam, vbi à VVenceſlao rege Boëmiæ ſunt fuſi fugatiq; &c.

A. D. 1345. ⊖ Sophia de Pietichwoſt, Abbatiſſa cœnobij Sancti Georgij in arce Pragenſi. Reparatrix eiuſdem monaſterij ex vetuſtate collapſi, & ignis incendio conſumpti: ſpeculum religionis, auctrix bonorum & temporalium hæreditatum, & ſpeciatis benefactrix conuentûs. hæc m. ſ.

A. D.

A. D. 1453. Muhamedes E. N. II. Turcorum tyrannus. obsidione cingit Constantinopolim: quondam appellatam Byzantium: (Heneto vocabulo Bytzianczij, id est habitatio seu domicilium muliercularum). Quæ istius vrbis oppugnationem & expugnationem antecessissent portenta atq; prodigia, ea Alexander ab Alexandro in lib. Geniall. dierum persequitur.

A. D. 1538. Iohannes III. Imperatoris Ferdinandi filius nascitur in arce Pragensi ante meridiem &c. Hinc impulsu campanarum Pragæ publica excitatur lætitia perq; templa Hymno Ambros. Augustiniano decantato, sacrâ undâ lotus illustris infans à Domino de Plois.: Susceptores: Episcopus Mutinensis, Legatus sedis Apostolicæ, & Archiepiscopus Lundinensis: Susceptrix Domina Barbara Weispriach. P. à Rotis.

A. D. 1529. Quæ fuit f. 2. post conductum Paschatis: Θ. generosus Dn. VVilhelmus de Pernestain &c.

A. D. 722. Libyssa (ita & B. Rhenanus) quam nos populari lingua Libussam enunciamus, Dux Boëmiæ, in castro Libino sive Libußio, non procul ab oppido Coloniâ ad Albim; extructo, Primorum suorum populiq; hoc die agit conventus de Principe Czechis eligendo. Hac de re copiosè Dubravius & Hagecus. AEneas itē Sylvius.

A. D. 1099. Henricus III. Rom. Imp. sacrum Pascha celebrat in inclita Imperij urbe Ratisbona. Eò iussus est & Brzetislaus cum electo suo (Episcopo) proficisci.

* Opatou. habet 1216. annos:

A. D. 1218. * Andreas Episcopus Pragen. posuit interdictum in Boemia à divinis & à sepultura, deinde Romam declinavit. Quod sequente anno 1219. Archiepiscopus Moguntinus, Sigefridus II. Baro ab Eppenstein, solvit Kal. Iunij, ut annotat Opat: & Cos.

⌘ Nam Opatov. habet 1219. quidam m m. ss. 1222.

A. D. 1221. Vt Cosmas ⌘ Andreas Episcopus Pragen. regem Boemiæ cum omnibus Baronib. excommunicavit, & Boemiam secundâ vice posuit sub interdicto, sese ipse Romam ad Pontificem Romm: conferens. Fusè de his Daubravius Causam huius anathematis aßignat M. Cuthenus, quòd Ottocarus Præmyslus rex Boëmiæ in suis prouincijs gravißima tributa imperaret. Nam quisq; ex tonsura capitis, quam coronam, & vulgò plattam vocāt, triginta obulos: Iudaicæ verò nationis homines, per Boëmiam degentes, dimidium obulum dependebant. Eam obrem sacrum in Boëmia toto septennio nullum est celebratum &c. Cuth.

A. D. 1223. Gregorius Cardinalis, ab Honorio III. Pontifice

Pontifice Romano in Boëmiam miſſus Legatus, à Rege Præmyſlo & ab univerſo clero honorificè ſuſceptus, Eccleſias aperuit, & interdictum, quo Boëmia, per Andream Epiſcopum aliquot annis aſtricta fuit, relaxavit Coſ.

A. D. 1440, Noctis ſequentis 10 die April. horâ quaſi ſeptimâ obijt Dominus VVilhelmus Zagiecz de Hazmburg. SSindel.

A. D. 1538. Recèns natus infans nomine Iohannes R. Ferd. F. in Baſilica D. Viti arcis Pragenſis ſacro baptiſmatis fonte, de more Chriſtiano tingitur, Chriſtiq; Eccleſiæ inſeritur: quod & paulò ſuperiùs eſt annotatum: quo tempore, horologij noſtri 22. horâ, ingens derepente eſt ſuborta aëris conturbatio, fulgetrorum quoq;, & fulgurum, fulminumq; gravis tempeſtas: una atq; altera arcis Pragenſis turris de cœlo tactæ.

§ Annæ Candalæ, Vngariæ & Boëmiæ reginæ, VVladiſlavi regis coniugis: Mors item Philippi regis Hiſpaniarum, Ducis Burgundiæ & Brabantiæ, patris Maximiliani I: avi Karoli V. & Ferdinandi; proavi Maxim: II. abavi Rudolphi II. Romann Imperatoris Auguſti. Ad hæc lues contagioſa, Auſtriam Miſniamq; pervagata, graſſabatur.

A. D. 838. * *Visus Cometa terribilis & grandis. Duravit 25 dies. De quo prolixè Aventinus in historia Bavarica.*

* Sunt qui ad 837. referunt.

A. D. 1137. Sobeslavus princeps regni Boemiæ ⌘ *Olomucij oppido Moraviæ, sacrum Pascha celebrat, reversus ex metis Vngariæ à Bela rege, cum quo ibidem, pace firmatâ, convenit. Pulk. Bonf.*

⌘ Olomucium, Eburum Ptolemæo. Moraviæ urbs primaria. Pyramius.

A. D. 1472. Altero ab obitu regis Georgij anno, vitâ defunctus est magnificus Dn: Procopius de Rabsteyn, supremus Cancellarius regni Boëmiæ, & orator ad sedem Apostolicam regius, Vir illustri nobilitate, tum doctrinæ eruditione suorum temporum præstans, & eloquentiâ, studijq; indefeßi industriâ insignis, cuius certum argumentum præstant sacra Biblia, inter tantam negociorum publicorum molem proprijs eius manibus descripta eleganter. Extant ad hunc Procopium ab AEnea Sylvio complures scriptæ Epistolæ.

A. D. 1501. Hoc die, Paschati ab Ecclesia consecrato, intra prandia, incendium excitatum in Nova vrbe Pragensi vico D. Petri, quod subitò vires & incrementa cepit, plurimasq; domos absumsit, vento vim flammæ inaugescente, tum existente quoq; diuturnâ terræ siccitate. Hic neq; Maior urbs Pragensis, propter vicinitatem, caruit metu periculi.

A. D. 1506. Cometa per 25 dies fulsit ad solem occidentem. Tempus tum erat siccitate & squalore insigne. Incendium Pragæ excitatum: subsecuta quoq; est mors

§ retrò Annæ

A. D. 1125. Deceßit ex hac vita VVladislavus 24. Dux Boëmiæ, & in cœnobio Beatæ Mariæ virginis Cladronensi, (tribus cum dimidio miliaribus à Domazlicio distante) quod ipse a fundamento excitauit atq; munificè dotavit, sepultus est. Filiis VVladislavvo E. N. II. Bratislavo Henrico (binomine) & Theobaldo, quos hæredes suos reliquerat, paternum funus ad illud ipsum usq; cœnobium prosequentibus. Præfuit rebus Boëmiæ 16. annis. Et sufficitur in ducatu Boëmiæ Sobieslavus, frater eiusdem VVladislavi natu minor. VVladislai obitum præceßit solis deliquium: Et (quod scribit Dubrav:) quo anno hic rex in Stebnensi secessu adversâ valetudine correptus fuit, Eo stella crinita apparuit, quæ mortem principib. minitari solet.

A. D. 1132. Inusitata & quasi inaudita priùs cœli fulgetra atq; fulgura & fulmina in Boëmia extiterunt, animosq; mortalium vehementer exterruerunt: à quorū vi corusca turris ad ædem D. Viti in arce Pragensi percussa simul, & exusta est: ædes tamen sacra Dei misericordis bonitate ab eius incendij calamitate servata. Sequente anno quidam Canonicorum (vt annotauit Hag.) conspirationem fecerunt contra Meynhartum Pragensem Episcopum &c. Sobieslaus Dux Boëmiæ ingentibus cum copijs in Poloniam ingressus, & Cracoviam usq; progressus, magnam ibidem vastitatem effecit. &c. Cos:

A. D. 1437. Reliquiæ Imperiales vnà cum effigie faciei D. Veronicæ, hoc die festo Reliquiarum de more, à

Philiberto Pragensi Episcopo publicè visendæ in sacello, vt vocant; Corporis Christi, Pragæ populo atq; peregrinis exponuntur, eademq; die præsente tum Sigismundo Imperatore Vngariæ, Boëmiq; rege, frequentiss: omnium ordinum comitatu, & circumfusâ maximâ cum domesticorum tum peregrinorum turbâ, ibidem quatuor linguis promulgatur, Boëmos & Moravos, sub vtraq; specie Cœnam Domini vsurpantes, veros existere germanosq; Catholicæ Ecclesiæ filios. Ea promulgatio perpetuo ad posteritatem monumento, tabulæ marmoreæ ibidem aureis notis est insculpta. &c.

A. D. 1461. Magistro VVenceslavo de Chrudim, aliâs de Choczna, viro facundo suscipiente gradum Magisterij illustris Dux Victorinus, Sereniss: Georgij regis Boëmiæ filius, honestis literarum disciplinis non illiberaliter imbutus; dat & instruit Magistris atq; professoribus inclitæ Academiæ Pragensis, cuius & alumnus erat, splendidum epulum. Hoc ipso anno, idem Victorinus, virtutis ergo, a Frid. Romm Imp. ornatur dignitate Ducali, idq; Olomucij in Marchionatu Moraviæ, eâ immunitate adiunctâ, vt ipsi principi præferatur gladius aureus, eo ritu, quo regibus solet præferri. De quo & alibi dicitur.

A.D.1570. In arce Pragensi, suis in ædibus ☉. mortem magnificus Dn dominus Ioan. senior à Lobkovvicz in Tyna Horssovia &c. supremus arcis Prägen. Purgrafius, quem de summa istius officij dignitate atq; amplitudine, eruditi latina lingua proregem appellant.

XIII. April.

A. D. 823. Praga (Pragam quidam eruditorum Casurgim Ptolomeo dici existimant, est Boëmiæ metropolis, ducum atq; regum Boëmiæ sedes vetustissima.) à Bogeno (vulgo VVogeno) duce ædificatur & amplificatur mœnibus & fossis cincta; ipso principe unà cum architectis non dedignante pomœria vrbis dimetiri, propugnacula erigere, munitiones construere. Praga, patria nostra antiquissima, ante 28 annos (ut quidem Hagecus annorum seriem annotat) sub Mnatâ Duce, sua cœpit primordia. Ac velut Roma Italiæ, ita Praga Boëmiæ vrbium (absit verbo invidia) princeps, non vno, (quo sua vidit incunabula) anno derepente extructa est, sed processu temporis suos progressus atq; incrementa habuit: ac in ipso flore sub Karolo IV, verè Patre Patriæ: ab eodem non modò maiorem in modum exculta, verum etiam, alterius urbis exædificatione ampliata, maximè florens vigebat, ut alibi de his uberiùs dicemus.

A. D. 1322 Maria, virgo forma, moribusq; venustissima, Iohannis Boëmorum regis, soror germana, Hen. E. N. VII. Rom. Cæsaris Augusti filia: sed tum parentibus orba, ex regno Boëmiæ, vbi tres annos cum Elizabethâ reginâ, Ioan: fratris coniuge continenter, necminùs & concorditer, exegit: Lucemburgum, decente splendidoq; stipata comitatu ducitur: Non multò antè desponsa Karolo Pulchro Gallorum regi. Nuptiæ post mense Septembri solenniter regioq; splendore atq; apparatu concelebratæ Tricassibus, (Tricassium Ammiano. Sigeberto

& Aimonio Trecas appellatur: est urbs primaria Tricassinorum, Lugdunensis Galliæ populorum: A. O.) ut scribit Papyrius Massonus, & nos suo loco referemus.

A. D. 1337. VVratislavienses ab obitu Henrici Sexti Ducis VVratislav: iurant in verba Ioan. regis Boëmiæ, (cui veluti hætedi suo Henricus iste moriens reliquit suam ditionem) magna ordinum lætitiâ. Atq; ita Iohan: Rex Duces Silesiæ & alios vicinos sibi subiecit, illorumq; provincias regno Boëmiæ feudo perpetuo coniunxit: quemadmodum tabulæ privilegiaq; id ipsum fusiùs continent & exponunt. Cuth.

* Auenio Galliæ Narbonensis oppidum.

A. D. 1365. Karolus IV. proficiscitur Avenionem * salutatum pontificem Romanum, Ibi tum Episcopus Pragen. ab Vrbano Papa ad archiepiscopatus dignitatem evehitur: titulum insuper Cardinalis Legatiq; nati obtinet. Hag. De his fusior extat narratio manu scripta.

A. D. 1421. Pragenses suum exercitum versum Brodam (Bohemicam) mouent, & primo ad castellum Thussen dictum, Domini Michalconis propè antiquam Boleslaviam, applicârunt, quod iutra triduum se eis dedidit: ea tamen conditionè, ut, quotquot ibidem, propugnandi castelli causa constituti, reperti fuissent, ijs libera pacificè recedendi, saluis capitibus daretur facultas.

A. D. 1503. Quæ fuit feria quinta Magna, vt vocant, hoc est solennitati institutæ à Filio Dei Cœnæ Domini sacra: quidam equestris ordinis viri cum non ita remotè ab oppido Broda Boëmica venationem tam solenni in Ecclesia festo exercerent, & ad pagum (Cluczovam nostro sermone

sermone dictum) proveherentur (erat tum hora diei ab exortu Solis tertia) ecce tibi, aëre subitò in nubem coacto, fulmen erumpit, ictuq; corpori cuiusdam ex venantibus famuli infixo, eum de repente vnà cum ipso, cui insidebat, equo suâ iaculatione sternit, perimit, exanimat: In eo, quo famulus ille de cœlo tactus, concidit exanimis, loco, lapis cum inscriptione rei gestæ est erectus; futurum ad posteros tam tristis atq; luctuosi interitûs monumentum.

Sanctificare sacros ritè, memento dies:
Sin secus, en celeri fit pede pœna comes.

A. D. 1568. Post exactam noctis horam sextam, die sacro Parasceue (feriam sextam Magnam Ecclesia vocat) in vera inuocatione pÿsq; precibus, placidè obdormivit in Domino, Venerabilis Pastor VVenceslaus SSlotarius, patriâ Zatecensis: Decanus Ecclesiæ in oppido Tustæ seu Domazlicio incliti regni Boëmiæ. Vixit annos 42. Præfuit isti Ecclesiæ Anno 11½. Vir literarum, literatorumq; amans, & Sac: Mathiæ Lunensis, Decani Nymburgensis, filius in spiritualibus &c.

A. D. 937. Oppidum Boleslavia, cognomento Antiqua ad modum vrbis Romæ cingi capta mœnibus, ad eas operas manuarias nobilitate Boëmica à Duce ipso (ut habet Hag.) coactâ, atq; à Boleslavo, 12 Boëmiæ Duce, cuius auspicijs muro circumcingebatur, Boleslavvia appellata. Hic Boleslaus ibidem castrum antea extruxit, vbi & fratrem suum ad lustricum convivium invitatum, confodit nefariè & interemit &c.

A. D. 1096. Pragensis D. D. D. VVenceslavi, VViti, & Adalberti Cathedralis Ecclesia, vbi duces & reges Boëmiæ inaugurari atq; humari solent, quæq; tum recens ab incendio fuit reparata, à Cosma Episcopo Pragensi consecratur.

A. D. 1125. Sobeslavus, VVladislavi Ducis minor natu frater. & filius VVratislavi primi regis Boëmiæ, ex Svvatavva coniuge quartò genitus, capescit gubernacula principatûs Boëmiæ. Pulk. A. D. 1316. Dimidia Maioris vrbis Pragensis pars igne vastata deflagrauit. primâ eius incendij flammâ ex vico Iudæorum domoq; cuiuspiam Iudæi Leui Nathanis erumpente. Non multò pòst, exactis vix 12 diebus. altera eiusdem vrbis pars simili casu, incendij, pessundata perijt, anno ab hac vrbe condita 605. Quam Pragæ vrbium Boëmiæ matris vastitatem, calamiatemq; tristem sanè, atq; luctuosam diri anteecesserunt & duo Cometæ: 1315 anno (vt quidem scribit D. Thaddæus, conspecti. Atq; fuerunt, qui id maleficium Iudaicæ plebi acceptum esse ferendum dictarent.

A. D.

A. D. 1409. Sol passus deliquium. Pragæ acris illa concertatio Boëmorum & Teutonicorum de quatuor, ut vocant, vocibus &c. item certamina inter Hußium eiusq; asseclas & pontificios gliscebant &c. Eodem anno copiæ Sigismundi regis Vngariæ à Turcis fusæ, ipso rege vix fugâ vitam asseruante &c. Hanc calamitatem & alias præcesserunt aliquot insignes Cometæ, item antecesßit eas coniunctio magna superiorum plenetarum. Cypr. Leovitius.

A. D. 1518. Solis facies præter solitum apparuit toto eo die sanguinea, ad stuporem vsq; aspectantium. Eodem anno fuerunt Solis atq; Lunæ eclipses Antiqua & Nova vrbes Pragenses in vnum vnius Reipub: corpus, subq́; vnam iurisdictionem traductæ rediguntur &c. Maximil. E. N. I. Imperator moritur. Bellum inter Polonos & M. Albertum &c.

Sol tibi signa dabit. Virg.
Ille etiam motus & operta tumescere bella. Sæpe monet.

A D. 1542. Iudaica colluvies, quæ in regno Boëmiæ suas tum, habebat sedes, Ferdinandi Romm. Vngariæ, Boëmiæq́; regis, decreto atq; edicto, propter sua maleficia facinoraq;, solum vertere iussa, per hos dies emigrat ex vrbibus Pragensibus &c.

✠ Hæc civitas simili incendij calamitate fuit ante 70 annos vastata, ut suo loco dicetur.

A. D. 812 Synodum indicit Vogenus dux, idq; VVyſſegradæ celebrandam, ibi decreta eſt publica omniũ expeditio in Rohovicium Verſovienſem, qui tutor principi impubi datus & contumax in Vogenum erat, & ad principatûs dignitatem aſpirabat, & verò non multò antè Ducis legatum ad ſe miſſum violatâ, contra ius gentiũ legatione, immaniter obtruncavit. Quare Rohovicius, caſtro eius expugnato, & ipſe capitur, atq; à Duce capitali ſupplicio affectus, cum ipſe ſibi laqueum induiſſet, dignas ſuorum facinorum pœnas dependit. Triſtes & tragicas attrahit pœnas contumacia, ambitio, petulantia. Cladibus irruimus, nocituraq; poſcimus arma. Lucan.

A. D. 1415. Patres Concilij Conſtantienſis, publicatis literis patentibus, citant M. Hieronymum, ut ipſe præfinita die Conſtantiæ præſens compareat; quo tamen non multò antè, vt iam eſt dictum, vltrò ille ſeſe contulit. Cuius citationis exemplũ extat in operibus M. Ioh. Huſſij typis expreſſis, titulo Vita M. Hieronymi Pragenſis.

A. D. 1522. Czaſlavia oppidum deflagrat incendio, quod cùm piſces in quodam caſa ſubvrbana frixiſſent, eſt excitatum, & (ut habet Cuth. & Hag.) neglectum validò inſuper venti flatu coorto, ciuitatem corripuit, totamq; abſumſit.

Concipiunt ſubitas neglecta incendia vires,
Et dare ſecuris plurima damna ſolent.

Numerale in Hemiſtichio priore.

Czaſlaviæ pulchras combuſtæ reſpice turres,
Flagrabant Martis paſchatis ante, die.

A. D. 1066. * *Quo die sacrum Pascha ab Ecclesia celebratur, cometes visus, tredecimq; noctibus effulsit. Insecuta per totam Boëmiam lues contagiosa, tanta vi grassans, ut tertiam partem mortalium hausisse diceretur. Scribit Hagecus, tùm in Boëmia per tempus vernum subortas fuisse nebulas fœtore putrido ac malo, hominibus graves ac intolerabiles, durasseq; ad 35 dies &c. vulgi quoq; rumore sparsum, ac si homines cum horrendis quibusdam bestijs congrederentur, quæ ipsis sub varijs monstrorum speciebus apparerent.* * Ioach. Camer: habet sequentem annum

A. D 1204 Fuit obscuratio Lunæ. Mercator. habitus hoc ipso anno Bohemorum simul atq; Moravorum conflictus, in quo Bohemus extitit superior. Opatov.

A. D. 1421. Broda Boëmica à Thaboritarum & Pragensium exercitu capta, templum exustum, 18 sacerdotes concremati, cumq; illis scriba, ut vocant, Cathedralis, cognomento Navara, dolio inclusus, ignis quoq; est consumptus incendio.

Belli calamitas.

Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur
Ignis, & à nullo revocatum est pectore ferrum. Lucan.

A. D. 1491. Bohuslavus Hasisteinius, Baro Boëmicus, hoc die datis (idq; Methone maritimâ Peloponesi urbe, pòst A. D. 1500. à Turcis capta, hodie Modonam vocāt) ad Stephanum Pisonem literis, suam ipsi, quam in arce Hasisteinâ struxerat varijs autoribus refertam, &c; Bibliothecam commendat: talem thesaurum libros (inquam) pietatis & sapientiæ magistros, sibi, ut pote viro

Heroico, ducens preciosissimum, itaq; magnâ curâ asservandum: hunc Hasisteynum quidam alterum Vlyssem, nec immeritò, appellant In ijsdem literis ad Pisonem, fusè narrat, quas regiones & urbes insignes lustraverit. Et extat in operibus D. Bohuslavi, à nostro Thoma Mite in publicum editis, de illa ipsa peregrinatione, eiusdem Elegia elegantissima atq; doctissima; ut eius viri omnia le ctu cognituq; dignissima.

✠ cis Lithvvaniæ affinis, ut habet Dubravius: (frater, ut Cromerus) qui cum Thaboritis & alijs auxiliaribus copijs Carolostænum obsedit, Pragæ à quibusdam non multò antè captus, & in vincula coniectus, ex Boëmia hoc die deportatur. &c. De eo & Hagecus.

A. D. 1513. Civis quidam antiquæ urbis Pragensis, cognomento Ficetumus, de nocte à quibusdam, instinctu polentarij, ut vocant, sui necessarij, in ædibus suis perimitur: sed ea cædes non multò post propalatur, cædis autore cum suis complicibus compræhenso, & capitali supplicio affecto &c.

A. D. 1539. Confectus senio, mœrore, & ægritudine, obijt Georgius Elector Dux Saxoniæ, Georgij Boëmiæ Regis ex Zedena filia nepos.

XVII. Aprilis

A. D. 997. S. Adalbertus Pragensis Ecclesiæ Præsul, comitatus fratre suo Gaudentio, iter suscipit in Poloniã hoc die Pragâ egressus: constituto autẽ Gaudentio Gnesnæ Archiepiscopo, de voluntate Mecislavi: ipse in Prussiam: ibi verbum Dei sparsurus, contendit, ubi non multò pòst & martyrij coronâ est decoratus.

A. D. 1091 Quartâ feriâ in secunda hebdomade Paschæ, combusta est basilica Sanctorum Martyrum Viti, VVenceslai atq; Adalberti in urbe Praga. Cosm.

A. D. 1415. Seßione octavâ Constantiæ in Synodo dati sunt Ioanni Hußio quatuor Commissarij à concilio, in Theologia Magistri, Archiepiscopus Rhagusinus pro natione Italicâ: Episcopus Flebbiensis (si non est in vocabulo mendum) pro natione Germanica: Magister Vrsinus Zalvenda pro natione Gallicanâ, & M. Gvilhermus comes, pro natione Anglicana, ut causam eius examinarẽt, & in illa procederent usq; ad diffinitivam sententiam inclusivè. Eodem anno & die * decreta fuit à concilio citatio adversus M. Hieronymũ de Praga &c. Ioh. Cochlæus histor. Hußitarum lib. 2.

* quidam habent 15. April.

A. D 1420, Communitas Pragensis castrum VVissegradense undiq; vallant, quod brevi tempore obtinuissent, si à campis, proditionem timendo, non recesissent, eò, quòd regales Teutonici (stipendiarij Sigismundi Imperatoris) in eo ipso castro existentes, in victualibus omnino deficiebant &c. Idem M. Laur:

A. D. 1427. Sigismundus Corybuthus, Vitholdi Du-

A. D. 963. Henricus Cæſar Auguſtus ad præfinitum diem indicit Synodum Imperialem, idq́; in inclita urbe Ratisbonâ, eoq́; cum Imperij principes tum & Boleſlaum Boëmiæ ducem proficiſci compareréq́; imperat. Sed hic mandato Imperatoris minùs obſequens, eius in ſe bilem atq́; indignationem, mox & arma, tanta contumaciæ ultricia, concitat &c.

* Hageceus habet 1390.

A. D. 1389. * Hoc die, in quem tum incidit ſolennitas ſacroſancti Paſchatis, horâ proximè Pſalmodias inſequente, Iudæi Pragæ ſunt miſerabiliter à concitata furentéq́; plebis multitudine contrucidati, bona eorum omnia direpta; domicilia, vicusq́; dictus Iudæca concremata. Ei tumultui ipſimet Iudæi præbuiſſe occaſionem ſcribuntur: Sacerdotem à D. Nicolai parœciâ ſolenni cum proceſſione, ut vocant, ad infirmum civem procedentem, verbis primò contumelioſis, mox & lapidibus impetentes &c. Per quod tempus rex VVinceſlavvus in oppido Egra degebat. De eadem cæde hos legi rhytmos: Quos, quales quales ſint, adſcribo tamen:

M. ſemel, tria C. bis L. XI removeto:
Paſchæ luce reus perijt tunc cæde Iudæus.

Leguntur & alij:

Punitur dirè, contingit nos modò ſcire,
Paſchali feſto Iudæus veſpere facto,
Transfigitur, cæditur, crematur, fune ligatur,
Scelus blaſphemiæ pœnam meruitq́; ſubire:
Signum erat iræ, punitur Iudæa dirè.

Habetur

Habetur de eo motu narratiuncula Latina manuscripta, quæ incipit: Paßio Iudæorum &c.

A. D. 1417. Dominicâ conductûs, Sigmundus Imperator Marchiam Brandeburgensem, à regno Boëmiæ, cui fuit incorporata, avulsam donat Friderico E. N. I. Purgrafio Noribergensi, eo nomine, quòd Cæsari, in Boëmos Hußitas arma ferenti, auxiliares copias misisset. &c. ms.

A. D. 1539. Tetra fuit Solis eclipsis hoc die horâ 20. per Maium mensem Cometes quoq; conspiciebatur. Anno sequente Conventus Imperij ob religionem agebatur Vormatiæ &c. Eodem anno Carolus V. Imperator, ex Gallia rediens, veniensq; Gandavum, patriam non agnoscit, verùm miserabiliter affligit. Qua de re Iac: Meyerus & alij fusiùs.

A. D. 1588. ☉ Stephanus SSpanowsky de Lysa in sua arce dicta Lauttkow uno milliarj distans Lacovia.

§ Pragam urbem regiam adveniunt. &c.

A. D. 1561. Incendium, horam circiter 14; in Minore urbe Pragensi exortum, ad 20 ædes absumpsit. Fuêre, qui id maleficij Iudæis Pragensibus adscriberent, quoniã tres per id tempus à Ferdinando Imperatore &c. solum erant vertere iußi &c.

*A. D. 1393. Postridie festi Reliquiarum, * Doctor Iohannecius, Administrator curiæ Archiepiscopalis, iussu regio, manus pedesq; constrictus, in profluente VVltavvæ fluminis, Pragam alluentis, ponte deturbatus, demergitur, eò, quòd (ut annotant Chronologi nostri) Albertum quendam cœnobitam, citra arbitrium atq; consensionem regis sui pro abbate Cladrubensi confirmasset. Fuit eo ipso anno eliquatis nivibus, in vigilia D. Nicolai magna per totam terram Boëmiæ aquarum exundatio, ità, ut pleriq; civium Pragensium, forum seu circum Antiquæ urbis Pragen: navigijs transire fuissent coacti. Hanc inundationem pleriq; censebant esse huius Iohanecij necis insontis, Dei permissu, vindicem &c.*

* ut habet Hagecus (quanquam sint, qui ut de anno ita & die iter se variant.)

A. D. 1421. Sabbato ante D. Georgij, Thaboritæ cum Pragensibus obsidione cingunt Coloniam ad Albim oppidum: quod, ubi desiderata auxilia Sigismundi regis, in cuius tutelâ fuerat, inani spe expectat, & vim hostilem multò suis viribus maiorem valentioremq; perpendit, salutis communis causâ, se ultronea sponte obsidentibus dedidit: Seq; religionis, quam ipsi profiterentur, atq; tuerẽtur negocium unà cum ipsis propugnare velle, adpromisit. Idem non multò pòst à Kuthnensium, Czaslaviensium, & Nymburgensiũ Rebuspublicis, citra suorum civium cruoris profusionem factum.

A. D. 1522. Legati regis Poloniæ ad cohonestandam suâ præsentiâ Mariæ Reginæ, inaugurationem, quam Ludovicus rex Vngariæ & Boëmiæ, tum ibidem adornabat.

§ retrò *Pragam*

A. D. 1099. Brzetislaus Dux, profectus Ratisbonam, excipitur; itum ipsi à Cæsarianis ad tria milliaria obviã: ut quidem annotatum reliquit Pulkava. Ibi tum Brzetislaus à Cæsare impetravit, ut frater suus Borziboy ipsi demortuo in Ducatûs administratione sufficeretur. idem.

A. D. 1292. Consecratur templum cœnobij Aulæ regiæ &c Franc.

A. D. 1314. Ludovico Bavaro Romm. Imperatore; Iohanne I. Boëmiæ rege, emigravit ex hac vita, Clemens V. pius Antistes Burdegalen: Pontifex Romm. qui anno proximè lapso Viennæ in Gallia Concilium, cui & Ioh. præsul Pragensis interfuit, celebravit: eo in concilio (ut habet Chro: Aulæ Regiæ) sub prætextu pietatis, & sub opinione passagij (expeditionis) generalis, decimam imposuit toti clero, quam decimam de clero colligendam regi Franciæ assignavit, qui crucem ibidem assumpsit cum duobus suis filijs. Idem Papa præpotentem, & per totum mundum dispersum, ordinem Cruciferorum Templariorum abrasit de gremio Ecclesiæ totaliter & delevit, ascribens eis quosdam errores hæreticos. Cuius Ordinis magister, non contradicente Papâ, per regem Franciæ Philippum miserabiliter mense Aprili Parisijs igne crematus est. Aliæ verò eiusdem ordinis personæ, aut tormenta passæ, aut relicto habitu, seculum intraverunt. Opinio tamen dictabat plurium, quod dictum ordinem non pestis heretica, sed possessio ipsorum latißima, & malorum hominum avaricia delevisset. Hæc

de Templarijs

de Templariis in gratiam iuventutis studiosæ ad augendam historiam adiicere libuit. De quibus copiosè inter alios Hagecus, Krancius, & C. Peucerus: item Pap: Massonus.

A. D. 1320. Mortuus est Przemysl, filius Iohannis regis Boëmiæ ex Elizabetha uxore secundogenitus. Conditur in monasterio Aulæ regiæ.

A. D. 1524. Hoc, & aliquot insequentibus diebus solare corpus ad instar ignei globi quasi ardens, in cœlo conspiciebatur. Consecuta turbatio Pragen. per quam pleriq; civium iussi sunt solum vertere &c. Per Germaniam quoq; sequente anno horribiles ab agrestibus excitati motus: qua de re multorum in promtu sunt narrationes historicæ.

A. D. 1524. Frequentissima synodus Pragæ in Domo seu Collegio Karoli IV, omnium ordinum regni Boëmiæ Marchionatusq; Moraviæ, tum & presbyterorum seu cleri, quem vocant, sub utraq; specie communicantium habita, de indultu Ludovici Vngariæ Boëmiæq; regis, cui synodo, tanquam vicarius regis, præfuit Carolus Münsterbergius &c. Tractatum de religione, conventumq; mutuò. Estq; eius tractationis summa 24 capitibus (articulos vocant) comprehensa, inq; lucem publicè edita &c. Hoc die magnus sonantium & perstrepentiū fuit flatuū tumultus, ascendente Alhabor, ut filii Mathematicorum Arabum loquuntur. Id portenti loco à cordatioribus habitum.

A. D. 1468. Feriâ tertiâ proximâ post sacratissimum diem

diem festi Paschæ ☉. sed potius in CHRISTO obdormivit venerabilis ac insignis CHRISTI sacerdos D. Martinus, à quibusdam agnominatus Lupacz. Hæc propria manu M. Simon de Slana, eiusdem Lupacij synchronus. Legationem concilium Basiliense, ab statibus regni Boëmiæ in caussa Religionis electus, non semel, obivit. Scripsit complura, quæ manu scripta extant, nobisq́ sunt visa. Huic Iohann. Rokycanus, cuius Martinus erat Collega & suffraganeus, tres tantùm annos supervixit.

* A. D. 1502. ♃ Turris sub molis Zderasensibus, per quam in Novam vrbem Pragensem ad usus civium publicos aqua fluvialis ducebatur, fortuitò quodam casu in profluentem VVltavva delapsa corruit. Penuria tum aquæ ea in vrbe laboratum &c. * Hagecus habet 1503.

XXI. April.

A.D. 1421 Interregni Bohemiæ anno tertio, Conradus archiepiscopus Pragensis, sub saluo conductu Pragensiũ, Pragam veniens, se cum eisdem pro defensione quatuor articulorum, confœderatione facta, univit, quibus peractis, hymnus (Te Deum laudamus) per Ecclesias cantatur, pulsatis campanis, Magister Laurent. *Quum autem quatuor illorum, vti tum vocabant, articulorum, hoc est, capitum breuissimorum doctrinæ &c. sæpius in hisce nostris ephemeridibus fiat mentio, eos huc in gratiam lectoris, vt à Mag. Laurent. recitantur, adscribemus.*

Quatuor articuli.

I. *Vt verbum DEI in regno Boëmiæ & Marchionatu Moraviæ liberè absq; impedimento à Sacerdotibus Christianis annuncietur & prædicetur.*

II. *Vt venerabile Sacramentum corporis & sanguinis Domini nostri IESV CHRISTI sub vtraq; specie panis & vini omnibus fidelibus Christianis, iuvenibus & senibus liberè distribuatur, secundum institutionem & præceptum CHRISTI.*

III. *Vt Clerici & Monachi more seculari non dominentur, sed iuxta doctrinam Evangelij, exemplo Christi ac suorum Apostolorum vivant.*

IIII. *Vt omnia peccata mortalia publica, & aliæ deordinationes, cum lege Dei pugnantes, vitentur, caveantur, & inhibeantur.*

A. D. 1480. Mortuus est generosus Dominus Georgius de Rozmital. &c.

** retrò* A. D.

A. D. 1324. Eclipsis Solis fuit facta: sole ipso in crastinum D Georgij exoriente. Nix quoq; ad vnius horæ spacium perduravit. Francisc. Papa fulmen Anathematis in Ludovicum Bavarum. Imperatorem intorquet. Mediolanenses à milite Pontificio oppugnantur &c.

*A. D. 1421. Colonienses * a Ziscæ & Pragensiũ copijs obsidione circumcincti, sese ipsis vnà cum civitate, dum nullæ suppetiæ à Sigismundo Imperatore, quæ sperabantur, ferrentur, dedunt: Sed quæ salus bello? cœnobium direptum, sex cœnobitæ concremati, parochus summi templi, dolio picato inclusus, igne subiecto est combustus. Mag: Laurent:*

* Colonia oppidum est 7. milliaribus à Praga, remotũ.

A. D. 1443. Illustres & nobiles, vtriusq; sexus personæ, numero 15. quum religionis ergò ad D. Adalbertum in arcem Pragensem, de more suscepissent peregrinationem, submerguntur haustæ à VVltavva fluvio, quo istuc sub arce VVyssegrada, (vulgò sub Rupibus vocant) navigijs vehebantur: in id vitæ periculum adducti naucleri imperiti navigationis inscitiâ, tum & vento atq; fluctibus validis navi incumbentibus. Similis huius demersionis casus accidit, sed longè gravior iuxtà, atq; luctuosior, ob multò maximum numerum omnis ætatis, & vtriusq; sexus hominũ, in eodem traiectu Pragæ sub Slovanis, quod vocant, in profluente VVltavvæ miserabiliter demersorũ: accidit, (in quã hoc 1581. anno labente, quod genus mortis triste, inopinum, lamentabile hîc suo loco annotavimus.

Læthi mille modis homines mors vna trucidat,
Certa, sed incertâ sueta venire die.

* 997. Cromme: & Ioh Herburtus. 996. manuscript.

A. D. 994 Guth. * Boytechus, qui exteris Adalbertus, item Adelbertus dicitur natione Boëmus, patria Libicensis, sed in Saxonia (vt habet Erasmus stella de antiquibus Borußiæ) enutritus, II. Episcopus Pragensis, dum in Borußia Christianam religionem magnâ cum difficultate & patientiâ disseminat, à barbaris confossus interficitur, propè oppidum, quod Fischhausū Germani postea dixêre, sinus Venedici. M. Crom. Idem Er. Stella ibidem scribit D. Albertum à Sudinis, dum sacra perageret, interfectum, corpusq; eius dissectum, ante volatilia fuisse proiectum: quod eius hospes colligens, mox redintegrauit, & ipsum cophino trans amnem ad Polonos detulit. &c. De martyrio D. Adalberti præter nostros, copiosiùs agit Bonfinius in hist. Vng. & liber, quod vulgò sanctorale vocant. Hic Adalbertus ex Italia, quò studiorum causâ à parentibus fuit amandatus, asportavit in Boëmiam magnam bonorum librorum supellectilem, thesaurum viris eruditis, sapientiæq; studiosis amabilem, exoptabilem, & preciosum, eò, quòd tum libri atq; autores manu scripti, arte typographicâ nondum inventâ, magnis sumptibus & impensis pararentur.

A. D. 1128. Lotharius Romm. Imp. Augustus, hoc die, in quem incidit sabbatum magnum sive sanctum, (in Albis nuncupat Ecclesia) de sacro Christiani baptismatis fonte suscepit filium Boleslavi XXV. numero Ducis Boëmiæ. Nomen infanti impositum VVladislavus. Appendix Mariani Scoti, & Magdebb. historia Ecclesiastica.

Hagecus

Hagecus baptismi diem, sacro Paschate solennem anno-
tavit.

A. D. 1318. Barones quidam Boëmici reconciliati Iohanni regi Boëmiæ, arbitro & intercessore Ludovico Bavaro, Imperatore Augusto &c. acta hæc atq; transacta in Tusta aliâs Domazlicio oppido regali, ad fines Boëmiæ & Bavariæ Palatinatusq; Rheni sito. Ita Franciscus, qui ad ea tempora vixit: & eum secutus Hagecus. Dubravius hunc conuentum in oppido Luticio habitum esse scribit: sed scribit perperam, contraq; Franciscani manu scripti, de quo iam diximus, fidem.

A. D. 1355. Karolus IV. Romann. Imperator recèns Romæ inauguratus, cum ex Italia, à suâ inauguratione reverteretur, Argentoratum (quæ & Argentina, clarum Germaniæ, hodieq; publica ingenuarum disciplinarū: sed potissimùm eloquentiæ studijs nobile oppidum.) hoc die, (vt Chr: Martinia: Boëmicum habet, magnificè atq; splendidè à Senatu populoq; Argentinensi publicâ omniū gratulatione est acceptus, armatis per plateas distributis. &c.

A. D. 1423. Ioh. Ziska cum Reginæ Hradecensium auxiliari manu, Czenkonem regulum, ac regni Boëmiæ quosdam quoq; nobiles, à partibus Sigismundi Imp. stantes, fudit. &c.

A. D. 1520. hoc & consequentibus diebus pervagabatur Boëmiam morbus popularis, ac per totum prope annum durauit. Sublati tum è vivis eâ pestilentiâ viri inter alios plurimos eruditione præstantes, Ioh. Podussta,

Pragæ in Ecclesia ante Latam Curiā Ecclesiastes, M. Vinceslaus Ropek, &c. Theologi: M. Victorinus Chrudimenus de VVsschrd, Iureconsul: M: Paulus Hlavvsa Przibram. M. Venceslaus Zatecensis, insignes in Academia Pragensi Mathematici; M. VVenceslaus Rozdialovinus, vir disertus & Gymnasij Pragen. Decanus, compluresq; alij pietate, virtute, & doctrinâ, viri excellentes. &c.

A. D. 1471. XXX die ab Georgij Boëmiæ regis obitu, conventus ordinum regni Boëmiæ frequentissimus agebatur in Montibus Cuthnis, quod est oppidum ad octauum à Praga lapidem: quo & Vngariæ & Poloniæ regum legatio fuit missa. Neq; is conventus antè fuit solutus, quàm VVladislavus, Cazimiri Sarmatici filius, Rex Boëmiæ fuisset designatus: Mathiâ rege Pannoniæ; Alberto item III Duce Saxoniæ, Georgij Podiebradij genero, competitoribus, spe votoq; frustratis.

A. D. 1557. [Magister Nicolaus SSudus, à Semanina, patriâ Lytomyslenus, natione Boëmus, inclytæ Academiæ Pragensis alumnus, deinceps & professor publicus, tum etiam eiusdem facultatis Decanus, Pragæ suis in ædibus, piè placideq; ex hac vita decessit.. Honorifico frequentiq; funere elatus ad D. Mariæ fanum (ad Lacum vulgus nominat) ibidem tumulatus quiescit: quum non ampliùs quàm tres hebdomadas duosq; dies M. Ioh. Hortensio, morte functo, supervixisset. Mathematicus excellens, philosophus præstans: nec Ebrææ linguæ rudis: eoq; illustre Gymnasij Pragensis nostræq; patriæ Lumen. Ephemerides cum Prognosticis iam tum ab anno 1520. sed

* populari

A. D. 1415. Magister Hieronymus Pragensis, vir inter cætera singulari facundia præditus, cum ab vrbe Constantia, non obtento, in quo summè ibidem apud Sigismuudum Imperatorem & Concilium elaborabat, ad evitanda temeritatis pericula, saluo conductu, quum versus Boëmiam rediret. per officiales Ducis Iohannis, filij olim Clem, (Clem nigrosum: ait significari Georgius Fabricius.) Comitis Palatini, ex suorum æmulorum proditione, in Hyrssavv captus, et in Sulzpach, (id est, Palatinatus Rheni oppidum, sex à Noriberga duodecim à Domazlicio seu Tusta milliarbus distans,) ad præsentiam ipsius Ducis reductus, indè Constantiam vinctus mittitur &c. M. Laur:

** populari tantùm (quod ego quidē sciam) sermone scriptas, ad obitum usq; suum in lucem emittebat, Vndè de eius viri pietate, eruditione, doctrinæ, sapientia, adeoq; judicij in tam abstrusis rebus, acrimoniâ; ceu ex ungue de toto leonis corpore (ut habet paræmia) æstimare legenti non sit difficile. Verus erat ex superiorum corporum positu, cœliq;, quod est arcanorum tabula fatorum, aspectu futuris de rebus vates: quod citra cuiusq; iniuriam, paceq; eruditorum, mathemata colentium atq; profitentium, dictum nos magnopere esse avemus.*

A. D. 1568. Piè ex hac vita emigrauit Anna Lupacia, Rakovvnicensis patria: Procopij Lupacij, mater carissima. &c.

A. D. 996. Hoc anno (ut annotatũ reliquit Coſmas) feſtum Paſchatis fuit die S. Marci: feſtum Pentecoſtes die S. Viti, ſuos utraq; ſolennitas contingens fines. De Paſcæ extremis metis ſeu terminis, ut vocant, extant verſiculi:

Paſcha nec undenas Aprilis ante Kalendas:
Nec poſt Septenas Maij valet eſſe Calendas.

Vt alius quiſpiam rhitmicus:

Extremum Paſchæ tribuit tua Paßio, Marce.

Sed, ut maiores noſtri, quanquam minus Latinè, verè tamen, dicere ſolebant: quando tempora non temporiſſent, homines quoq; non hominiſſare. &c.

A. D. 1130. Immenſum ſignum apparuit, & tonitru horribile auditum eſt. Ità Coſmas. Quod autem, qualevé fuiſſet ſignum, non addit idem hiſtoricus; ut non immeritò V. clar. Ioach: Camer: in Nicephoriâ Chronologiâ, non ſine moleſtiâ ferat, repræhendatq; quorundam ſcriptorum oſcitantiam, qui pleraq; hiſtorica aut omiſerint, aut neceſſariò explicanda, non explicarint, perinde, ac ſi poſteri ea tum ipſis ſcribentibus præſentes eſſent. Eo anno, patefactâ coniuratione, quæ à quibuſdam domeſticis contra Sobieſlavum Ducem eſt habita, coniuratis exquiſita, exempli causâ, ſuppllcia ſunt irrogata. Eius clandeſtinæ conſpirationis inſimulatus & Meinhardus epiſcopus Pragenſis fuit; ſed ab ea tandem ſe calumniâ, expurgavit.

A. D. 1421. Occurrunt Montani Teutonici Pragenſibus

bus propè Sedlecz monasterium cùm clero & multitudine populi utriusq; sexus, venerabili Sacramento corporis Christi præcedente, &, cùm Pragensibus appropinquaret, flectunt genua, & unus pro omnibus, veniam eis à Deo ex Pragensibus poscit. Sed Dominus Ioannes presbyter, facta exhortatione, summatim mala, quæ commiserant, eis replicando, commemorat, &, ut amplius non committant, exorat; & pacem & gratiam factam eis à Deo & Pragensibus pronunciat &c. M. Laurent.

A. D. 1467. Georgius rex obsidione cingit castrum Rudnicz, estq́; arx deinceps à regio milite capta; oppidū quoq; evastatum & crematum. m. s. & Hag. Id castrum fuit tùm in possessione Baronis à Sternberg, qui Mathiæ regis partes fovebat &c.

A. D. 1519. Duo Iudæi in cœmiterio D. Stephani Maioris comprehensi, repertis apud eos adulterinis clavibus: Quæstione habitâ, confessi sunt, in animo sibi fuisse, adaperto templo, sacram hostiam clàm sublegere. Igitur laqueo strangulatâ ipsis gulâ, publica in furca suspenduntur; ita persolutâ pœnâ animo concepti sacrilegij.

A. D. 1523. Frequens Procerum, nobilium, Pragensium cæterorumq́; ex ordine civili legatorum conventus, unà cum Ecclesiasticis in prætorio Antiquæ urbis habitus, ubi tum controversiæ, quæ inter quosdam prædicatores, præcipuè de Cœna Domini, gliscere cœperunt, sunt consopitæ compositæq́;.

A. D. 1567. Baptizatur Beronæ infans, agrestis cuiuspiam hominis, filius, non ita multò antè monstrosâ spe-

A. D. 1404. Mortuus est Philippus Audax Dux Burgundiæ, fuit filius N. susceptus ex uxore Bona seu Gutha, filia Iohannis Lucemburgensis comitis & Regis Boëmiæ. Iac. Meyer.

A. D. 1522. Marchio Brandeburgensis, qui in matrimonio uxorem habuit sororem VVladislavi II. Regis, reginæ Mariæ vxoris Ludovici regis, inaugurationem cohonestaturus &c. Pragam advenit.

** cie natus, naso videlicet carens, unius in fronte oculi, ore triangulo, dentibus eminentibus. S. Valent. SSub.*

A. D. 1147. Vt habet Pulkavva & exteri aliquot (Hagecus 1148. Cuthenus 1146:) VVladislavus Dux unà cũ Henrico fratre & Zbityhnevo patruo suo, & frequente Boëmiæ Procerum, Equestrisq; ordinis virorum manu, cruce signatus, Conradi Cæsaris Franciæ regis, multorumq; principum Christianorum commilito, suscepit expeditionem in Palæstinam, quam per id tempus rex Babyloniæ, cæteriq; hostes invadebant, & armis vexabant &c.

A. D. 1218. Nascitur Rudolfus Habspurgius, seu (ut habet B. Rhenanus Habinspurgius) Comes, id est, veteris Vindonissæ Dominus) Dux Austriæ, pòst Romanorum Imperator, à quo ceu stirpe inclitâ, initium manavit illustrißimæ potentißimæq; familiæ Archiducum Austriæ.

A. D. 1432. Conventus Legatorum Boëmorum cum oratoribus Concilij Basiliensis in urbe Egra. &c. Cochl.

A. D. 1468. Nascitur Fridericus Kazymiri Poloniæ regis filius: VVladislavi, Pannoniæ, Boëmiæq; regis, frater, (germanus) Is deinceps Archipræsul Gnesnensis, adhæc & Cardinalis creatur.

A. D. 1473. Eclipsis Solis mane contigit in gradu 16. Tauri &c. Cyprianus Leovitius. Huius anni æstate ob siccitatem & æstum nimium sylvæ incensæ, flumina siccata sunt: ita, ut Danubius in Hungaria vadosus fuerit: id quoq; designabat Cometa ingens, anno superiore conspectus. Idem. De huius deliquij solaris effectis mira in quodam manu scripto legimus, nimium secuturum

A. D. : : : ☉. VVavvrzena (Laurentia) mater Domini Iohannis Zlechovvecz. m. f. Nec additur, cuius nominis aut ordinis atq; dignitatis; Pro se, nimirum pleriq; non etiam pro posteris tam breviter, & obscurè citra anni annotationem scribebant, &c.

A. D. 1421. Dominus Iohannes Miesteczky in Chrudima civitate Capitaneus, ut civitas sine sanguinis effusione daretur in manus Pragensium, concordiam inijt, & se Deo coram venerabili sacramento humiliavit, suppliciter deprecans, ut parcatur sibi, quòd fuerit veritati contrarius. Hæc M. Laurentius.

A. D. 1437. Consistorio Ecclesiastico Archiepiscopatus Pragen: Ecclesiæ, sub utraq;, ut vocant, sumentium, præficitur Administrator Christianus, sive Christannus, natione Boëmus, patriâ Prachaticenus (vix ad dimidium milliare ab Hussinecio, patria Hussij distante) Academiæ Pragensis Magister, insigniq; Mathematicus, presbyter venerabilis, atq; tum ad ædem D. Michaëlis in Antiqua urbe Pragensi Ecclesiastes &c.

A. D. 1545. Ferdinandus Vngariæ Boëmiæq; Rex: sequente die, Anna regina, regem maritum secuta, advenit Pragam.

§ esse diluvium maximum, morbum popularem, annonæ caritatem, famem, & inediam inusitatam; seditiones, persecutiones Christianorum. Hæc ex iudicijs aliquot universitatum, quas vocant, potissimum autem Magistrorum Parisiensium. An prædictionibus eventus responderint, nec ne? id lectori examinandum relinquimus.

A. D. 1086. Confirmatur uniturq; autoritate Henrici Romanorum Imperatoris, Episcopatus Pragen. & Olomucensis Ecclesiarum. Extant super ea re Henrici Imperatoris tabulæ. &c.

A. D. 1110. Otto pro concelebrando Paschate sacro venit Pragam ad VVladislavum Ducem Boëmiæ, patruum suum. Cumq; in Moraviam (ubi sedem habuit) reditum pararet, est iussu VVladislai, ad instinctum quorundam, minus æqua & honesta svadentium, captus, inq; custodiam contra iusiurandum datus, ubi & triennium usq; fuit detentus. Cosmas. Hagecus.

A. D. 1432. Quanquam (aiunt Concilij Basiliensis Patres) Boëmorum negotium multi ab initio non solum difficile, sed pænè impoßibile existimarent, nostrosq; tanquam supervacaneos & inutiles iudicarent labores, attamen Dominus noster Iesus Christus, cui nihil impoßibile est; sic salubriter rem ipsam usq; ad hanc diem direxit, ut multò amplius hæc ipsa Boëmorum vocatio (à Concilio) Sanctæ Ecclesiæ profuerit, quàm multi potentißimi exercitus, qui sæpè in Boëmiam armata manu ingreßi sunt &c. In actis Concil. Bas. seß: 19.

A. D. 1434. Post missarum solennia Albertus Dux Austriæ, rex Vngariæ, & Electus in Regem Boëmiæ, suscipit regnum Romanorum Viennæ. Intra breve tempus amplißimâ trium regnorum dignitate adauctus. ms.

A. D. 1140. Otto Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Pragensis, atq; à VVladislavvo Duce regniq; ordinibus legitimè declaratus Præsul Pragensis; hoc die ab Alberto archiepiscopo Mogutinensi consecratur. fuit is numero 12 Boëmicæ Ecclesiæ Episcopus: suffectus Sylvestro, Abbati Sazaviensi, qui eum ultro ad sed elatum præsulatus honorem, magno à sese animo repudiavit.

A. D. 1476. Feriâ secundâ ante Philippi Iacobi, motus plebis in utraq; urbe Pragensi adversus quosdam Consulares exoritur: &c: De quo *prolixiùs Hagecus & Cuthenus.*

A. D. 1522. Magister Prussiæ, ad inaugurationem Mariæ, coniugis Ludoviti regis Vngatiæ & Boëmiæ, Pragam advenit.

A. D. 1530. M. Venceslaus Danielis à Iavvorzicz &c peste sublatus è vivis, moritur.

*A. D. 1539. Barbara Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris filia nascitur Viennæ; hora diei secundâ, Sacro Christiani baptismatis fonte tincta à Iohanne Fabro, Vienensi præsule. Testes fidei: Dominus VVilhelmus de Roghendorf: item Domina N. de * Meseritsch cum Domina N: de Thurn, Præfectâ Aulæ Reginali.*

* fortè Mezerzicz.

A. D. 1549. ☉. mortem Vrsula Ferdinandi Imperatoris filia, Oeniponti in Comitatu Tyrolensi &c.

MAIVS

Maius.

Maius habet dies XXXI.

I, Maij. *Kalend. Maij.*

A. D. 1271. Vitus Presbyter ac Decanus Cathedralis Ecclesiæ Pragensis, ex hac vita migravit, sepultus in æde Divi Viti, quam multa supellectile librorum ritualium atq; Ecclesiasticorum, quos suis impensis scribi à librarijs procurabat, adornavit: vir misericors & beneficus. Hag.

A. D. 1273. Inchoatur Concilium Lugdunense, quod à Gregorio (ut Hag:) X. Pontifice Romano, ante bienniũ fuit indictum. Missi eò in legatione à VVenceslao II. Boëmiæ rege. Hron de Nachod, vir prudens & facundus: Gallus Iablonensis, miles & pugil strenuus; & Smilo Svietlicius, eius legationis principes. Hag: Decreta ibi expeditio in Palæstinam &c.

A. D. : : : ☉. Dn. Benessius de Sternberch. Thomæus, ita breviter atq; nudè.

A. D. 1308. (Sunt qui 24 Aprilis peremtum annotarunt: Sed nos Aventinum, Nauclerum, Tritemium, Panuinium, Peucerum, Hagecum sequimur.) Henrico Carinthiaco rege Boëmorum octavo, (sed non inaugurato, unde fit, ut à quibusdam non numeretur in serie regum Boëmiæ) Albertus Romm. Imp. Rudolfi, Regis Boëmiæ, pater, VVenceslai III. Regis Boiem: avunculus, à Iohanne patruele suo, eiusq; conspirationis asseclis, ex in-

ſidijs gladio crudeliter confoſſus interficitur: Cædis autoribus iuſtas tam nefarij parricidij pœnas luentibus. Præfuit Imperio an. 10. Ei ſucceſsit legitimè electus Henricus VII. Karoli IV. Imperatoris auus.

Chodones. *A. D. 1420. In confinio Plzenſi Chodones in quodam monte congregantur, quorum ductor erat Presbyter quidam, equeſter & armatus, ſuper quos Dominus Bohuſlavus Schvvanbergius cum ſua gente congregata, hoſtiliter irruit, & ex ipſis aliquot centena occidit, cæteris vulneratis, presbyter verò in armis captus, ad Plznam eſt deductus, & ibidem cum tubicinib. turpiter combuſtus. Mag. Laurent.*

Semper in audaces non eſt audacia tuta.
Et: Munia, pro genitrix odij, in contraria vertit,
Pœnisq; inuolvit ſe polypragmoſyne.

A. D. 1431. Sigiſmundo Romm. Imper. & 13. rege Boëmiæ: Pragæ in domo Karoli IV, (quod vulgò Collegium magnum vocant,) habita eſt ſynodus Eccleſiaſtica ſacerdotum Boëmiæ ſub vtraq; communicantium, magnâ ſanè frequentia. Ij trifariam tùm fuêre diviſi: alij Magiſtri, Theologi & presbyteri Pragenſium &c. alij ſacerdotes Thaboritarum: alij item Orphanorum. Fuit hîc acriter de multis articulis controverſis diſceptatum, ſed nihil concluſum; belli motu interſtrepente, eò, quòd rumore nec dubio ſpargebatur Germanorum ſimul & Imperij &c. validas copias contendere in Boëmiam. &c.

A. D. 1508. M. Sigiſmundus Antochius ab Helfenberga naſcitur D. 1. Maij, hora 14. min. 26. dimid: horolog:

Integro

Integro horol. Ho. 7. M: 15. Dessen. ms.

A.D. 1514. Tumultus vulgi Pragæ in Iudæos & Iudecam vicum exortus, eo, quòd Iudæorum quispiam puerum Christianum ictu lapidis interemisset. Sed ea turba cooriens, Senatus intervenientis authoritate consopitur. Iudæus homicida sudi infixus.

A. D. 1519. Non procul à Slana ciuitate insolita imbrium tempestas (quod fragmen nubis vocant) subitò exorta, plurima pecudib. & pecorib. intulit detrimenta. Ea exundatione feruntur aliquot homines morbidi in Slanensi nosocomio suffocati periisse.

A.D. 1539. Cometes, vix exacto anno a prioris conspectu, iterum apparuit in Tauro, & mox extinctus est. Siccitas insolita. Pragensis arcis incendium. Crebra incendia & per Germaniam.

A. D. 1522. Maximiliani I. Imp. Venetorumq; legati, item N. Legnicensis: Carolus princeps Munsterbergensis adeunt Pragam, ibi inauguratio Mariæ reginæ Ludovici vxoris, magnâ & solenni pompâ adornabatur, vt suprà dictum.

A. D, 1292. Francofordiæ ad Mœnum acti Electorum & Principum aliorumq́ ordinum Imperij conventus, VVinceſlavus E.N. II. Rex Boëmiæ, cùm, tanquam unus Electorum evocaretur, nec per valetudinem (Cuſpinianus aliam cauſam prætendit, quam æquo lectori iudicandam relinquimus: nos hæc ex vetere manuſcripto annotamus eius autoris, qui per ea tempora vixit) ipſe intereſſe ijs comitijs potuiſſet, legationem ſuo nomine illuc inſtituit, cuius primarij erant: Bernhartus Præpoſitus Miſnenſis, Hermanus à Lippa, ſupremus Regni Boëmiæ Camerarius, Albertus à Zebraco, Purgrafius Kadanenſis, & Thobias à Bechina, Purgrafius Fraumburgenſis: Per eos ſuum Romani Imperatoris ſuffragium Adolfo Comiti Naſſaenſi dedit: cuius deinceps filio Ruperto (ut in diplomate Cæſareo appellatur: nam Cuſpinianus Adolfum vocat) ſuam filiam deſpondit. Hag.

A. D. 1375. Karolus IIII. Rom. Imp. Boëmiæq́ rex, habito Pragæ in regia ſuâ; frequenti ordinum Boëmiæ conventu, magnâq́ vi pecuniæ collectâ arces, quondam oppigneratas à procerib. & Equeſtrib. redimit.

Eodem anno (ut illud hîc obiter annotemus) Magiſtro VVeſtphalo, Academiæ Pragenſis tum Rectore, inſcripti in album eiuſdem Academiæ ſtudioſorum adoleſcentum ad 722, qui fuit ab erectione eius Gymnaſij, annus 28. mſ.

A. D. 1392. VVinceſlavus, Car. IV. F. Rom. & Boëmiæ rex, præſente Iohanne Lantgrafio, Palatino Rheni ſororio ſuo, in circo Antiquæ vrbis Pragenſis equeſtres

(quæ

(quæ torneamenta vulgò vocant) variosq; ludos militares exercet. De quibus Hagecus & Latinè Dubravius. qui & Zitonis, circulatoris seu magi celebris, ibidem com meminit.

A. D. 1448. Legatus Papæ Ioannes Carvagal, titt. S. Angeli, Pragæ publicâ processione excipitur. Cochl: prolixè: item Hagecus.

A. D. 1433. Henricus Tokius, Legatus à Concilio Basiliensi Pragæ ad eiusdem Reipublicæ Senatum in prætorio instituit orationem &c. Ea extat in Cochlæi historia Hussitica.

A. D. 1508. ☉. Nicolaus SSlechta, Ioannis SSlechta de VVssehrd, Secretarij Regis VVladislavi, pater. m. s. I. SSlechtæ.

A. D. 1569. ante meridiem, demùm & post meridiem conspecti sunt Pragæ tres soles, quos supernè iris conjungebat: de noctè post visæ etiam tres Lunæ.

* incendiũ: magnus tum Pragenses timor invasit, qui nocturnas per vrbem excubias disponebant. Prudentiores ea tam fortuita atq; crebraincendia existimabant, veluti eventum quendam, consequi eclipsim Lunæ, & malignioren planetarum positum, qui hoc & superiore anno præcesserant. Nam multo pòst, videlicet ante solennitatem Pentecostes, & Iglavia, amplum Moraviæ oppidum, funditus conflagravit. Nonnulli quoq; pastorum Ecclesiæ missi in exilium. &c. Iglavia.

A.D. 1143. Mense Maio luxit Cometa, alij ad sequentem annum referunt.

A. D. 1344. Sancta Ecclesia Pragensis per Dn. Clementem Papam sublimata est in metropolitanam. Inscr.

A.D. 1371. (hoc die, vt manu scriptum: Hagecus habet sequentē) Ioannes Archiepiscopus Pragensis consecrauit templū D. Egidij in Antiqua vrbe Pragense situm: erectū ante annos 32. Ei ceremoniæ sacræ præsentes interfuerunt: Karolus IV. Imper. vnà cum Imperatrice coniuge: VVenceslavus, Boëmiæ rex inauguratus, atq; alij complurimi Ducum, Procerum & Equestrium virorum &c.

A. D. 1395. Mortuus est Dn. Nicolaus de Hazmburgk. Thomæus.

A. D. 1414. Per hos dies pestilentia afflixit Boëmiā: laborabatur tußi, alijsq; inde enatis morbis, item apostematibus, seu, ut vulgò, bubonibus. Viguit inter cæteros in tractu potißimum VVodnanensi & Budehovicensi: ac à Maio usq; ad IXbr. per semestre duravit.

A, D. 1457. Georgius Podebradius, summus tum Regni Boëmiæ præfectus, gubernatorem vocant, Nachodam oppidum obsidione cingit, acerrimeq; cum Iohanne Kolda, viro equestri & milite forti, dimicat: plurimi vtrinq; cadunt, interq; cæteros, strenuè depugnans, Czastolarus: suum in ea expeditione occubitum non multò antè tacitis indicijs subodoratus: Pragam, funere facto, deportatur, ibiq; conditur.

A. D. 1523. Hoc die iterum de nocte ortum Pragæ

A, D. 1098 Henricus III. Imperator missis in Boëmiam legatis, qui hoc die Pragam advenerunt, Bretislavum (quem quidam exteri Predislaum vocant) Ducem Boëmiæ ad se venire rogat. Is itaq; nil cunctatus, vnà cum Hermanno electo Pragensi episcopo eundo Ratisbonam ad Imperatorē iter arripuit, cui præfatus Imperator vnà cùm principibus suis ad tria ferè millia obviam processit, ipsumq; honorificè suscipiens, secum in dictam civitatem Ratisbonam transduxit. Hæc Pulkavva.

A D. 1201. Per Boëmiam multis locis est terribilis motus terræ excitatus, idq; circa tempus meridianum, concussa ædificia non pauca: quod, vt in ijs regionibus insolens, est prodigij loco habitum. Sub vesperam verò nive pluebat. Simile quid accidisse in Polonia quinto nonas Maij, sed anno Domini 1200 Cromerus annotat. Insequente anno exercitus Saxonum invaserunt fines Boëmiæ per saltus Hercinios, Egrano tractu magnis detrimentis per eos affecto.

A. D 1380. Morbus popularis grassabatur in Boëmia, duravitq; ab hisce diebus ad exitum usq; VIIIbris. Funerata per hoc tempus Pragæ tantùm ad D. Stephani maioris hominum tria millia & quinquaginta. Emersit eo quoq; anno maxima murum copia, qui enatas segetes propè omnes consumebant, ita, ut nihil superesset, quod meteretur absumtis frugibus, gramina ipsa devorando vastant. Eos mures, ut ait Hagecus, nonnulli opinati sunt ex aëre infecto esse prognatos. &c.

A. D. 1415. publica sessione 8. damnati à concilio Constantiensi fuerunt 45 articuli Viglefi, de quibus & Ioann. Hus infamatus erat &c. Eadem Synodus declarat, definit, & sentẽtiat eundẽ Viglefum esse hereticum, anathematizando pariter, ipsum, & suam memoriam condemnando: decernitq́;, corpus eius & ossa exhumari, & ab Ecclesiæ sepulturâ iactari debere. Ioan. Cochlæus Histor: Huss: libr. 2.

A. D. 1437. Virgines vestales (quæ tempore Ziscæ Pragâ defugerant) Pragâ in cœnobia vicißim inductæ: ei introductioni ipso Sigismundo Imperatore & Coss. Senatuq́; Rerr. pp. Pragensium præsentibus. Tum iussus est vertere solum, mandato imperatorio, M. Petrus Peine Clericus, Anglus: Presbytero Conrado inhibitæ conciones publicæ: M. Iohan. Rokyczanus, subodorato Imperatoris in se animo, Pragâ quoq; excedit, & Reginæ Hradecium sese confert, vbi usq; ad Georgij Podebradij gubernationem emansit. &c.

A. D. 1450. Curia, unum ex dotalibus Reginæ Boëmiæ oppidis, igne per incendarios aliquot in locus simul summisso, concrematur: illi pòst comprehensi, & rogo quoq; sunt impositi. Huius vrbis, vtpote patriæ suæ, singulare inter alios extat ornamentum, reverendus vir, virtute, eruditione, prudentiaq́; præstans M. Mathias Curius ab Hagek, Academiæ Pragensi primo professor publicus: pòst annos plurimos Rector: Procop. Lupacij ab ineunte pueritiâ præceptor.

A. D. 1476. Natus est illustris princeps, Ludovici regis

gis in Boëmia aliquot annis pòst vicarius, Carolus Munsterbergensis, hoc D. H. 18. M. 53.

A. D. 1547. (N. SSudus habet f. 5. antecedente f. 6. post Philipi & Iacobi, hoc est 5. Maij) fuit eclipsis Lunæ, pòst altera Lunæ quoq;: tertia Solis eodem anno. Qui eas obscurationes & deliquia luminum cœlestium; vtpote certa Dei oracula; consecuti sint effectus, notius esse putamus, quam vt hîc referatur.

A. D. 1198. Hermannus electus episcopus Pragensis, Ratisbonæ, quo se cum Bretislavo Duce contulit, per Cæsarem adprobatur, eidemq; ipse Cæsar tum mox anulum & pedum pastorale donavit. Ibidem & Brætislavus Dux à Cæsare obtinuit, ut Boriboius frater suus, sese demortuo, regni Boëmiæ regeret principatum. Quare ad eam petitionem est traditum Brætislavo & diploma, quo id confirmatur: eam in rem consentientibus omnibus, qui tum Duci præsentes erant, Boëmis. Pulk.

A. D. 1331 ☉. Henricus dux Carinthiæ, cuius filiam Margaretham habuit in matrimonio Ioannes filius Ioannis regis Boëmiæ, Karoli IV, frater germanus &c.

A. D. 1462. Redeunt Româ Pragam, Legati, qui à Georgio rege Boëmiæ ad Pontificem Romanum fuerant sub exordium huiusce anni missi de pacificatione, quæ vulgò vocant compactata, & de M. Rokyczano Pragensi archiepiscopo electo, confirmãdo: suntq; hij: Zdenco Kostka: Procopius Rabenstenius, regni Boëmiæ supremus Cancellarius: N. Malovecius: M. VVinceslavus VVrbensky: M. VVinceslavus Koranda. Re infecta redeunt. De quo fusiùs Hag. & m. s.

A. D. 1495. VVladislavus II. Vngariæ & Boëmiæ rex, magno & splendido comitatu ab regia sua in prætorium sese conferens, in vetere & Nova urbb. Pragg. creat Senatum.

A. D. 1507. Pluit grandine noxiâ, potissimùm ad Nymburgam oppidum & Podebradam: contusæ ea tempestate fruges: quin & pecora simul, atq; homines verberati.

A. D. 1288. Natus eſt Domino Regi VVenceſlao filius ſuus primogenitus Ottogarus nomine. anno ætatis regis 17.

A. D. 1331. Regia civitas Gorlicium in ſuperiore Luſatiâ ſita, hoc die, qui tum fuit feria 2. Rogationum, tota conflagravit: nimirum 200 annis pòſt, quàm eam Sobeſlavus (dux Boëmiæ) reædificaſſet. Manlius in Kalendario Sculteti.

A. D. 1357. ⊖. Dn. Hynco de (ſi non eſt error librarij) Krupnavv, ſepultus in cœnobio Altivadenſi. Inſcr.

A. D. 1395. ⊖ Henricus à Duba, ex ordine procerum Boëmiæ vir illuſtris, cognomento patrio SSkopek dictus: VVinceſlavi, Karoli IIII. filij: Romm: Boëmiæq; regis, [redacted]*er Curiæ.*

A. D. 1434 Ioannes Ziſca, Dux copiarum Thaboriticarum, Novam Pilſnam oppidū Regni Boëmiæ, obſidione, quæ decem menſes duravit, ſolvit. Id Hagecus ad præcedentis anni 13 Iulij refert, ſed contra inſcriptionem. &c.

A. : : : ⊖. Dn. Sdeſlaus dictus de Sterenberg: item Dn. Ditericus (Theodoricus) de Spicz. Thomæus.

A. D. 1434. Tumultus inteſtinus excitatus in Noua urbe Pragenſi, quidam Novæ Pragæ civium trucidati, pleriq; compræhenſi: curia expilata. &c. Cuthenus cauſam recenſet; Hagecus quoq; fusè ea de re ſcribit. Proximè lapſo anno Cometa per tres menſes apparuit: huc horrenda Solis obſcuratio quoq; acceſſit.

A. D. 1438. Albertus Auſtriacus deſignatur rex Boëmiæ. Intra ſex menſes declaratus quoq; ab Electoribus Romm. Imper. &c. Cochl:

A. D. 1464. Sophia &c. VVladiſlavi, Vngariæ & Boëmiæ regis ſoror, naſcitur.

A. D. 1521. Turris arcis Pragenſis &c. vulgò Daliborka &c. de cœlo tacta, pinnaculum eius, parsq; tecti latericij deiecta.

A. D. 1539 Flamma Cometæ per hos dies arſit. Duravit uſq; ad Iunium. Secuta æſtas ſicciſsima, adeò, ut sylvæ, à radijs ſolaribus accenſæ, conflagrârint. Incendia crebra. &c.

A. D. 1543. Sigiſmundus II. Poloniæ rex &c. Elizabetham, Ferdinandi, Romm. Hungariæ & Boëmiæ regis &c. filiam, uxorem duxit, Herbeſt: Moſcoviâ: quæ cum viro vix biennium exegit in matrimonio: è vitaq; ſine prole exceſsit.

A. D. 1578. Brixia ſive Brixa civitas Boiemiæ iterum incendio inſignem patitur cladem & in cineres penè collabitur:

ETEOSTICHON.

BrIXa rVIt VaLIDo VVLCanI eXVſta fVrore,
IgnItIs faCIbVs teCtaqVe rVpta CaDVnt.
B. Stur.

ALIVD.

Orta ubi ſexta fuit Lux Maio tunc vice ternâ
Tota ferè in cineres Bruxia pulchra ruit. I. R. Z.

VII. Maij.

A. D. 1380 Mortuus est illustris princeps Henricus, filius magni Ducis Lithvaniæ Kyrstud. (Keystutus in Dubravio atq; à Cromero appellatur, nisi ab hoc ille sit alius) Liberinniæ (ni subsit in vocabulo mendum librarij) ad Christum conversus Pragæ in choro D. Thomæ sepultus. Thomæus.

A. D. 1395. ☉. inclitus Baro, Dn. Nicolaus dictus Lepus, fundator in Insula monasterij: cuius anima requiescat in sancta pace. Thomæus.

A. D. 1420. hoc die hora vesperarum quidam leviores de communitate, nullo habito rectore in castrum Pragense irruerunt cum impetu, & usq; ad primas portas pervenerunt, cæperuntq; ostia cum cancellis confringere; quod considerans præfectus timore ductus, festinè cum paucis de castro per quandam portam recessit, quibusdam ex suis sequentibus per Pragenses interfectis, armisq; ipsorum ac equis ablatis. Quia verò in communi populo nullus ordo nec obedientia erga superiores servabatur, cum damnis & confusione, plurimis graviter vulneratis, & quibusdam interfectis, Pragenses ab impetu resilierunt. M. Laur. Chr.

A. D. 1458. Pio II. Pont. Romm. Friderico III. Archiduce Austriæ. Romm. Imperatore. Mathiâ Corvino Huniade, Vngariæ, Cazymiro Poloniæ regg: profesto D. Stanislavi hora diei 2$\frac{1}{2}$. Georgius Podebradius à Cunstato, Victorini Boceki à Cunstato & Podebrada F, in arcis Pragensis basilica D. Viti inauguratur rex Boëmiæ,

per

per episcopos Pannonios, à rege Mathia in Boëmiam ad eam sui soceri inaugurationem missos. Rex ex arce in suã regiam Antiquæ urbis Pragensis maximâ comitatûs frequentiâ deductus, sparsis in plebem missilibus. Quidam mm. ss. de die inaugurationis, aliqui & de anno variant: sed quidam rhytmicus versiculus, tametsi inconditus, maiorum nostrorum, hunc & diem & annum habent, qui talis est: Te luce sept: Maij sceptrat sol, clare Georgi. huc accedit Cuth. Hag. & mm. ss. aliquot.

Hic Georgius Podebradius à Cunstato est rex Boëmiæ numero 16. quanquam quibusdam 14; ijs nimirum, (nisi fallimur) qui Rudolfum Austriacum, regem octavum, Henricum Carinthiacum regem Boëmiæ nonum ad interreges (quòd forsitan diadema regni Boëmiæ de more non suscepissent) referunt. Sed hîc liberum sit cuiuis iudiciũ.

A. D. 869. VVlastislavus Zatecensis seu Lucensis, Neclano Duci Pragensi patrueli suo bellum indicens, indictumq; inferens, aciem suam in campum, Tursko vernaculâ linguâ nuncupatum, educit, sequente die cum Neclano prælium initurus, iuvenis audax, ferox, & ambitiosus, nimirum Neclani principatum affectans, cùm ipse satis amplam ditionem possedisset, videlicet Luczanam provinciam, quæ Sacensis sive Zatecensis vocatur, distincta quinq; locorum provincijs: Prima situm habuit circa rivum vocatum ex nomine Ryvina: Secunda ex utraq; parte uzka: Tertia per circuitum torrentis Brotinca: Quarta Sylvana dicta fuit, sita infra terminos fluminis Miza: Quinta in medio eorum Luca dicebatur, pulcherrima visu, & usu fertilis, nomen traxit à re, quia Luka, pratum Latinè dicitur: huius regionis homines, antequàm civitas Sacensis ædificata fuit, Luczani vocabantur: Pulkavva. Illis præfuit dux nomine VVlastislavus, vir bellicosus, de quo suprà dictum.

A. D. 1379. ☉. strenuus miles D. Alsso dictus SSlavvatczy: Item Dn. Alsso pater: miles quoq;: item Dn. Agnes mater, Dn. Alssonis uxor. Thomæus.

A. D. 1433. Legati, (quorum nomina alibi recensentur) à Concilio Basiliensi missi, Pragam advenientes honorificè, cumq; gratulatione accipiuntur: tentant ibi amicâ transactione pacificationem de articulis inter Boëmos & Concilium controversis, re tamẽ infectâ tum, & in aliud tempus reiecta, Pragâ 12 Iulij discedunt.

A. D. 1458. Iohanna Georgij regis Boëmiæ uxor secunda, Procerum ex familia Boëmiæ Rozmitalensium, in basilica arcis Pragen. ab ijsdem, à quibus rex, episcopis solenni ceremonia, inauguratur, inungitur, coronaq; regni cingitur &c.

A. D. 1491. Sol, quum antè & Cometes eo ipso anno Kal. Ianuarij conspiceretur, defecit. Secutæ per Boëmiam insolitæ aëris, ventorum, tonitruum, fulgurum, fulminum, imbrium potestates: grandines noxiæ: pecudum pecorumq; strages, &c.

* quidam habent diem 3. sequentem.

*A. D. 1546. * Oppidum Lythomyslium incendio totum perijt. Eadem calamitate miserabiliter afflictum secundò post annos 14.*

☙ geliorum codice, verbis conceptis, iusiurandū de asservandis tuendisq; ipsi immunitatibus regni Boëmiæ, præstat &c. factum id est à morte VVladislavi regis patris eius, anno sexto: ab inanguratione ipsius annis 13. neq; multò pòst Maria uxor eius coronâ regni Boëmiæ cingitur.

A. D. 1538. Austia, ad Albim civitas sita, unà cum templo funditus crematur, incendio ad horam noctis secundam, per incuriam cuiusdam fœminæ excitato, dum ea in stabulo vaccam, suffimento, nescio quo lustrasset. m. s. Talia sunt commoda profanæ Christianorum superstitionis. Idem.

A. D. 1571. Rakonæ, sex milliaribus à Praga dissito oppido, natæ duæ puellæ brachijs in unum concretis, eâ specie, ac si alteram altera amplexaretur. Breuì sunt extinctæ, matre tamen superstite.

A. D. 869. Zderus a Chaynovva (Sclercius apud AE. Sylvium perperàm ignorantiâ linguæ: Syderius apud Dubravium) miles strenuus, sub armis & personâ Neclani Ducis in VVlatislavum, Lucensem seu Zatecensem Ducem & eius copias irruens ferocißimè, in hostes sevit, & ijs omnibus interfectis, cum suis victor extitit, sed tamen in eodem conflictu, multis vulneribus sauciatus, mortuus est, & in colle campi Turſco (Thuſco habet Sylvius, minùs rectè) uti, dum viveret, optavit, sepelitur; qui locus hodiernâ quoq; die nominatur Bustum robusti militis. Pulk: Eum conflictum fusè describunt AE. Sylvius & Dubrav: Latino; Hagecus Boëmico sermone.

A. D. 996 Adelbertus * (Adalbertus: nos patriæ sermone Boytiechum appellamus) secundus in ordine Præsul Ecclesiæ Pragen: martyrio in Prußia coronatur, à paganis, quibus verbum Dei annunciabat crudeliter interfectus.

* de quo & supra: nam de die variatur.

Talia persolvis, munde, didactra pijs.

A. D. 1488. ⊖. Fridericus E. N. I. Alberti Marchionis Brandeburgen. (Achillis) nepos. Dux Legnicensis & Bregensis, in ducatus illos à rege Matthia collocatus, maritus Lidomillæ Georgij, Boëmiæ regis filiæ, ex qua tres filios Ioannem, Fridericum & Ioannem suscepit. vixit annos 40. Cur:

A. D. 1522. Ludovicus E. N. I. Rex Boëmiæ infra sacrũ in basilica D. Viti, ab antistite celebratum, pallâ panni auro intertexti indutus, tactoq; de more sacrorũ Evan-

A. D. 722. Ad hanc diem (quidam habent 13. Maij) Indicta Synodus publica à Lybussa (sive malimus Lybyßa) Iudice (ut ait Pulkavva) Boëmiæ plebis, loco Croci, cuius erat filia, Tetcæ & Cassæ soror; celebratur in curia Lybussæ ante castrum Libin, pòst Psary dictum (quod nunc VVyssegradum Pragense supra VVltavvam fl. situm quidam Chronologorum esse censent): ubi legati lecti sunt, ut in pagum Stadicium proficiscantur, equo ductore, & Lybussæ maritum, Boëmiæ Ducem secum adducat.

A. D. 1371. Slana civitas ad IIII Lap: à Praga distans (à sale & salinis, quæ ibi olim habebantur, ducens nomen) incendio correpta funditùs vastatur & concrematur: Ex officina, ubi liquor cerevisiæ decoquebatur, prima ignis flamma erupisse fertur. Cumq; is esset fori publici dies, & magna multitudo agrestium in oppidum confluxisset, adductis secum iumentis & plaustris, repente in plateis & portis maxima pressura hominum, eam calamitatem suffugientium, coorta est, ità, ut præter magnos pecudum pecorumq; greges, ad ducenta quoq; hominum millia tum perisse ferrentur: Legitur, per id tempus inusitatam fuisse siccitatem, flantibus eo die & aquilonibus, civitatisq; luctuosam calamitatem quasi flabro augentibus. Hagecus eam vastitatem sacrorum dierũ profanationi adscribere videtur. &c.

A. D. 423. *Academia Bononiensis inchoata & confirmata est à Theodosio Orientis, Honorio Occidentis Impp: Bonifacio 40 Romm. Pontifice.*

A. D. 722. *Legati (vt ait Pulkavva) à Lybussa ex eius præscripto recedentes de VVyssegrado, secuti sunt equū, qui iuit per campos & montes, et venerunt propè villam Stadycz, (quod interpretatur locus gregum) distantem à VVyssegrado quasi decem milliaria, ibi invenerunt hominem nomine* **Přemysl**, *quod interpretatur Præmeditans (Promethea Græcis dici censet Dubrauius) arantem in agro: Is postquam soluisset ab aratro boues, qui statim evanuerunt, quasi intrarent in quandam rupem integram absq; omni scissura: Et fixisset in terram virgam, qua stimulabat boues, quæ subitò floruit, & tres ramos de se emisit portantes fructum maturū Avellanarum nucum &c:) his actis postquam comedisset &c: ad postulata Legatorum, ascendit equum Præmyslus, & ivit cum eis. Tulerat etiam secum princeps calceos & coturnum de subere factos, eâ de caussâ, ut principes posteri eius videant, quòd sint de paupertate in principatûs solio locati; ne superbiant: quia superbi propter demerita humiliantur: & humiles propter virtutem exaltantur. Hæc verbotim ex Pulkavva, quæ fusiùs persequuntur AE. Syluius, Dubravius, Hagecus.*

A. D. 1348. *Schola seu Universitas Pragensis, planè regia munificentia Karoli IV. Imperatoris & Boëmiæ regis, Patr: Patr: Meritis: erigitur ac instituitur Praga*

metropoli

metropoli Boëmiæ, ad modum & formam cum Bononiensis tum Parisiensis Academiarum: ab huius fundatione 518. ab illius, 925. annis elapsis. De quo vberiùs alibi.

A. D. 1464. M. VVinceslavus de Drachovva presbyter, Theologus, & Ecclesiastes Pragensis, placidè ex hac vita emigravit: humilis, patiens, non irritabilis, sed mitissimus. &c.

A. D. 1516. mortuo sub exitum Quadragesimæ VVladislavo rege, Legati Caroli V. Imperatoris, degnitate ac nobilitate conspicui, Pragam adveniunt, Hradeczanæq; diversantur: sequenti die in Comitijs omnium Boëmiæ ordinum, quæ in arce Pragensi frequentia habebantur, demandatam sibi legationem, Germvnicâ lingua usi, exequuntur.

A. D. 1258 fuit is dies Dominicus, & occurrebat festum Pentecostes, Iohannes consecratus est in episcopum Viennæ in Austria. m s.

A. D. 1523. Hora XI. Nascitur Vlricus Præfatus, ciuis & patricius Pragensis : Mathematicarum disciplinarum non ignarus. Slechtæ m. s.

A. D. 1554. Sutecia, (Karolo IV. & Sicca æppellata) regni Boëmiæ oppidum, conflagravit, igne tectis subiecto: quod incendium tam detrimentosum, quorundam improborum maleficio excitatum fuisse fertur.

A. D. 1579. Glatovia non incelebris urbs inclyti regni Boëmiæ, tribus à Tusta: à Praga vero 13 milliaribus distans: incendio inter 18 & 19 horas, subitò coorto, propè vniversa comburitur.

ETEOSTICHON.

Tota ferè vt rapido Glatovia sternitur igne
In Maio Titan ter quater egit iter. I. R. Z.

Aliud monostichon:

Penè absumpta ruit Glatovia funditus igne.

Eiusdem.

Aliud.

In celeres abijt Glatovia pænè favillas
Per geminos currens Sol ubi fecit iter.

Caspar Cropacius.

A. D. 722. Præmyslus (quod ad hanc diem quidam referunt , vide suprà XI Maij) Primus vt nonnulli cùm vetustiores, tum recentiores Chronographi volunt &c: Princeps seu Dux Boëmiæ, è pago Stadicio, ab aratro ad principatûs dignitatem, à Boëmis singulari ad eum legatione institutâ , vocatur : atq; statim ab eo die, ductâ in vxorem Lybussa &c: in Boëmos capeßit imperium, cui præfuit ann: 13. Leges quasdam, ritum & iudicia paganorum, vt vocant , redolentes , tulit , quæ usq; ad Karoli IV. Imperatoris & regis Boëmiæ tempora in usu fuerunt &c. Plura de his Hagecus & Dubravius.

A. D. 1116. VVladislavus Dux Boëmiæ 33. cum Stephano Vngariæ rege ad Olsnam (Orsonam habet Bonfin: apud Dubrav:) flumen congreditur, & certamine Martio per tumultum cuiusdam Soci insperatum excitato, prælioq; facto, Vngarorum , copiæ fusæ cæsæq; , maxima eorum parte in amne demersâ. Sic , quòd à temporibus illis præteritis nunquam audita aut visa fuit tanta strages in partibus hominum bellatorum. Pulka : Dubrav : Bonfin. Cingitur ibi, suæ virtutis , quæ in eo conflictu enituit, ergô , militari cingulo Georgius molitor à Daupova, stirps vetustæ familiæ Daupoviæ in Boëmia.

G. à Daupovva.

A. D. 1421. Thaboritæ venientes ad civitatem Iaromirium, ab hostibus bene tutam armorum gentibus. Sigism: Imp. bene provisam, eam circumvallant, & eodem die fossas usq; ad muros obtinent, non tamen sine suorum notabili damno , considerantesq; incolæ civitatis , quòd

sub-

ſubſiſtere non valerent, humiliter ſupplicant, ut, ſaluis ſolum corporib. vivi recedere quieti permittanrur, quod & factum eſt, civitate Thaborita potiti &c. M. Laurent.

A. D. 1456. Cometa ad ſeptentriones apparuit. Sunt, qui 15, alij 25. Maij, primò conſpectum eſſe, perq; totam noctem luxiſſe ſcribunt: duravit ad 22. Iulij.

A. D. 1552. In urbib. Pragenſibus pluit ſulphur, idq; iam anno ex ordine, tertio, hocipſo menſe. m. ſ. Collini.

*tus, pòſt appellatus Karolus IIII, Romm. Imp. Boëmiæq; rex, numero XI, Iohannis Boëmiæ Regis, Filius primogenitus, Henrici VII. Imp. nepos: ex coniuge Elizabetha, (Boëmicorũ Ducum atq; regum pervetuſta ſtirpe oriundâ) naſcitur iu urbe Praga, regum regiâ, civitatumq; Boëmiæ metropoli.

A. D. 1333. Hora veſperarum eclipſis ſolis eſt facta: quam ſiccitas maxima, & æſtiualium ſegetum ſterilitas, necnon & vini defectus ſunt ſubſecuta. Franc: Lat:

A. D. 1402. Mortua eſt Dn. Agnes de VValſſe (Valdſee) relicta (vidua) Dn. Iodoci de Roſemberg. Mſ.

A. D. 1528. Natus eſt generoſus dominus, Caſpar ab Haſenburg, Baro Boëmiæ. &c. ms.

A. D. 1551. Funebri pompa elatus filius Ioonnis Hodeiovini ab Hodeiovva & in Repicio, viri dignitate Equeſtri nobilis &c: virtute & doctrinâ præclari; literarum & poëtices, in Boëmia patroni incomparabilis.

Dignum laude virum Muſa vetat mori.

Et: Qui Muſas coluêre, colantur.

A.D. 743. VVlasta quæ cum suis socijs puellis Amazonibus Boëmicis (vt ait Virgilius,) Bellatrix, sæpe ausa viris concurrere virgo, commisso cum Præmysli exercitu prælio, ibidem audacter (ut ait Pulkavva) in viros irruens in prima acie interfecta est, sociæ eius puellæ viragines ad internecionem deletæ. Et sic fatua (idem Pulkavva) guerra (bellum) fæminarum defecit, quæ septem annis in Boëmia regnaverunt. Hagecus. Dubrav: de VVlasta puella scripsit Rodericus Dubravius narrationem à nostro Th. Mite editam, publiciq; factam iuris.

A. D. 1106. Svvatoplucus filius Otonis, quondam fratris regis VVratislavi, Marchio Moraviæ, instinctu VVersoviciorum, pulso in Poloniam Boriboio patruele suo, regni Boëmiæ, hoc die sumit gubernacula.

* Quidam 1106 anni;

*A. D. 1107. * Boriboius Dux Boëmiæ, iterum exul in Poloniam proficiscitur vnà cum fratre suo Sobeslavo vltimògenito, & multis Baronibus ex Boëmia, in Vngaria pòst diem vitæ extremum clausit. Pulk: de his & Cromer: & Bonf.*

A. D. 1316. Post Clementis V. Romm. Pont. obitum, pontificiâ sede tum vacante: Ludovico Bavaro Romm. Imper: Ludovico Galliæ & Navarræ; Carolo, Vngariæ; VVladislavvo Loketco, Poloniæ regibus Christianis, Othomanno, Turkorum tyranno: hoc die horâ primâ (ut ipse Karolus IV. in vita seu Diæta à se scripta annotatū reliquit, & cōsentiunt. Chr. A: R. Cuthenus, Hag. & complurimi mm. ß) VVinceslavus, Ioannis regis primogeni-

* retrò

tus,

A D. 902. S: Cyrillus, patria Alexandrinus, vt habet Legenda, quam vocant, Moraviæ & Boëmiæ episcopus atq; apostolus, Methodij frater, seu, vt quidam volunt, in ministerio Ecclesiastico synergus, Pragæ in sacello Beatæ Virginis Mariæ (ante Lætam Curiam vocato) aliquot iuvenibus initiandis sacros confert ordines &c.

A. D. 1323. Die Spiritûs Sancti seu Pentecostes Christianâ, Maria, soror Iohannis Lucemburgij, regis Boëmiæ, uxor Caroli Pulchri regis Galliæ, coronatur Parisijs. Franc: Lat:

A. D. 1418. Martino III Pont: Sigism: Imp. Romm. VVinceslavo E.N. IIII. Boëm: rege XII. hoc die, in quam incidit Solennitas Pentecostes, generale Concilium Constantiense (quod 1414. anno inchoatum est) certis decretis factis & determinatis: M. Ioh. Hußio & M. Hieronymo Pragensi condemnatis & combustis, tum utriusq; speciei communione laycis inhibitâ &c. dispergitur. Mag: Laurentius.

Et interfuerunt Papa: Sigism: Imp. multoq; maxima cum Ecclesiasticorum, tùm secularium multitudo. &c.

A. D. 1421. In oppido Iaromirio, vulgus latronum sacerdotes 21, qui noluerunt articulis Boëmorum consentire, combusserunt, trib. in vita saluis, qui ad prædictos articulos assensum præbuerunt. M. L.

A. D. 1462. Georgius Podebradius, rex Boëmiæ ingreditur Glogoviam &c. Cureus.

A. D. 1496. Dominus Lepus, N. horâ noctis tertiâ

mortuus est &c. Is, vt & sequens annus, fuerunt pestilentes propter influentias cœlestes. m. f. Eph.

A. D. 1519. Gitczinum, Dominorum Trczkonum oppidum, quo die ibi Mercatus habebatur, mediâ sui parte deflagravit, igne per incendarios summisso.

A. D. 1513. In tractu Ripensi aëris conturbatione orta, pluit grandinibus, ac grandibus guttis in glaciem concretis, quæ suis ictibus ad tres homines peremisse, magnamq; satis, & pecorib. vastitatem stragemq; intulisse ferebantur. Eodem anno 19 Aprilis fuit quoq; imber horribili cum tonitru & fulgetra &c. pòst in Iunio & Iulio fuerunt crebræ tempestates, pluviæ, imbres, Effectus, ut ferebant Mathematici, eclipsis Lunæ, quæ in Martio eodem anno præcessit.

A. D. 1531. Maria Ferd: Imperat: tertia filia &c. nascitur in arce Pragensi. Sacro baptismate tingitur à N. Pimpinella sedis Apostolicæ Legato. Susceptor N. Regis Poloniæ orator: susceptrices Dn. Anna Illustris de Prag: & N. coniunx Domini Ioannis de Lamberg.

A. D. 1556. piè emigravit ex hac vita venerabilis ac fidelis Ecclesiæ CHRISTI pastor & presbyter, VVenceslaus Subula, parochus Lætæ Curiæ. ms.

A. D. 1270. Egra nobile, in finibusq́ Boëmiæ versus Franciam situm oppidum, funditus conflagravit, cùm sese hoc anno, Præmyslo aliâs Ottocaro regi Boëmiæ, potentialiter (utimur verbo cuiusdam autoris m. s. anonymi) subdidisset. At Chron: opatov: Egra, inquit, cum omnibus ad eam pertinentibus (ut habet Cuthenus) tradita est regi, plurima castra Duci Bavariæ ademta &c. Quocirca id, temere ne sit ortum? an ab aliquibus summissum? incendium, aliјs; maximè domesticis, quos ea Respublica habet eruditione excellentes viros; perquirendum, & investigandum relinquimus.

Egra iacet, miserè tristes absorpta per ignes,
Insignesq́ iacent nobilis vrbis opes. B. S.

A. D. 1409 (ut habet Hagecus) per hosce dies Teutonici Magistri, doctores, Baccalaurei, Studiosi, aliјq́ Collegæ, vt vocant, Pragâ egrediuntur maximo numero, frequentissimisq́ gregibus & turmis, ac scribũtur vno die vltra 200000. discessise pars ad Rhenũ, pars in Saxoniã, pars in Bavariã, inq́ alias terras ac provincias sese conferentes. Nam paulò ante sese invicẽ iureiurando obstrinxerant, pariter omnes exteri in Academia tum Pragensi studiosi, ut, si de pluralitate vocum, quâ de re corâm rege VVenceslavo inter se contendebant, causâ caderent, extemplò Pragensem Academiam desererent: qui secus fecerint, dextræ manus digito, uti periuri, mutilentur &c. Clari tum & celebres inter Germanos magistros, autoritate quoq́ pellentes, fuerunt M. Hannussius Rei- (quo tempore non multò pòst Lipsensis Academia suum sumsit initium.

nerus, & M. Rudbertus Saltzpurgensis, quibus autoribus (ut ait Hagecus) ea discessûs obligatio, & pleraq; alia, Boëmis indigenis minùs grata, fiebant. &c.

A D. 1448. Iaromiriū funditùs perijt incēdio. M. L.

A. 1487. Θ. M. VVenceslavus Trzebsky Pragensis, professor publicus. P. Tel:

A. 1490. Bohuslavus Hasisteinius agit Venetijs, peragraturus Palæstinam, tum Asiam & Africam &c. Qua de re ipse fusiùs in Elegia quadam suâ cuius suprà commeminimus.

A. D. 1538. duo quidam Pragenses cives, per tempestatem hoc die exortam, fulmine tacti sunt, & exanimati: tertius, igne quidem cœlesti afflatus, supervixit tamen.

A. D. 1540. Civis quædam Novæ urbis Pragensis, uxor N: Zumri mangonis è vico Equini fori; sepelitur. Vulgò ferebatur à viro suo priùs demortuo, de nocte per quietem præfocata. ms.

XVII. Maij.

A. D. 1125. Honorio II. Pontifice Roman: Iohanne XXV. Orientis: Henrico V, Occidentis Imp. Ludovico Crasso, Galliæ: Stephano II. Vngar. Boleslavo Kryvousto Poloniæ, regibus; Sobeslavus E. N. II. Boëmiæ Dux, numero XXV. omnibus Boiemis simul faventibus, iure hæreditario in principatûs solio elevatus est avito, fit pax, tranquillaq; eo anno Boëmia non sine admiratione hominum &c. Cosmas. nam Hagecus sequentem diem annotat. Hic Sobeslavus fuit filius quartus Svvatavæ reginæ Boëmiæ, frater VVladislavi, filij VVratislavi regis.

A. D. 1363. Elissabetha Karoli IV. coniunx, numero quarta, diademate regio in D. Viti basilica arcis Pragensis ab Ernesto archiepiscopo Pragēse &c. coronatur Hag.

A. D. 1296. Θ. illustris fœmina D. Agnes, soror VVinceslavi E. N. II. regis Boëmiæ, Ducissa Austriæ, vidua relicta Ducis Rudolfi Regis Boëmiæ. Corpus eius conditur in Ecclesia (cœnobio) sororum S. Claræ, ordinis fratrum Minorum apud S. Franciscum in urbe Praga: cor verò eius in monasterio Aulæ Regiæ est sepultum. m. f. femina multæ benignitatis erga pauperes, & quæ specialiter largitatem suorum progenitorum hæreditavit. ms.

A. D. 1395. Maria, filia Ludovici Pannoniæ regis & Elizabethæ: Sigismundi, Romm. Imper. Vngariæq; regis, uxor, repentinâ quadam graviq; ægritudine correpta, diem, obijt. Defuncta sine liberis. Sepulta in Ecclesia Varadiensi.

A. D. 1396. Θ. Dn. Agnes, filia Dn. Vilhelmi de Hazmburg. Thomaus.

A. D. 1482. Defecit Sol. Secuta altero pòst anno in Bohemia deiectio Consulum Antiquæ & Novæ Pragæ, quorum nonnulli truncantur capite. Nec multò pòst Mathias rex Austriam capit. Cypr: Leovitius.

A. D. 1490. Albertus Marchio Brandeburgensis, Friderici V. & Sophiæ sororis VVladislavi II. Vngariæ & Boëmiæ regis, item Sigismundi Poloniæ regum; filius; nascitur Onolspachij.

A. D. 1509. (is fuit dies, quo Ecclesia Dei Filij triumphum redeuntis ad æternum patrem in cœlum &c. commemorat, (Ecclesia Ascensionis Domini appellat:) quum in Minori urbe Pragensi cœnobitæ ad D. Thomam statuã Salvatoris ligneam de more sursum trahunt, magnâ populi frequentiâ eam pompam non sine cachinno, ut quidam scribunt, aspectante, en tibi, tabulatum ligneum, cryptam vulgò vocant, derepente rumpitur atq; corruit: pleriq; spectatorum eâ ruinâ graviter læsi & oppressi, sex ferebantur ab eo pressu pòst extincti. Hunc tristem casum, vix lapso quatriduo, consequitur tristior, Vngarorum videlicet cedes. &c.

A. D. 1046. Dedicata est ecclesia S. VVenceslai in Boleslavia vetere per Severum, sextum episcopum Pragensem: (Hagecus habet 20 diem Martij) præsente ei dedicationi Brætislavo Duce Boëmiæ unà cum suis Baronibus & Nobilibus.

A. D. 1337. Beatrix regina Boëmiæ, Iohannis regis secunda coniunx, in Ecclesia Pragensi à Dn. Iohanne episcopo eiusdem Ecclesiæ inauguratur &c. Franc. Hoc ipso anno ante suam coronationem regina edidit in lucem filiũ primogenitum, nomine VVenceslavum. idem.

A. D. 1403. Frequente convocatione Magistrorum Vniversitatis studij Pragensis coacta in domum Karoli IIII. aliâs Collegium Magnum, 45. articuli ex libris M. Ioannis Viglefi leguntur, hæreticiq; condemnantur: ac Rectoris eiusdem autoritate mãdatoq; inhibetur, ne quis eosdem articulos teneat, doceat, defendat ullo modo, sub pœna sacramenti dicendi. &c. m s.

A. D. 1421. Domazlicenses, sive Tustenses, ut annotatum reliquit M. Laurentius in suo Chronico, infra octavas Pentecostes, expugnatâ quadam munitione, sedecim clientes veritatum Christi adversarios, in ea captos combusserunt, soli Bohuslavo N. parcentes, eò, quòd antea erat Pragensis Reipublicæ captivus.

A. D. 1427. Boëmi Thaboritæ ceperunt & cremârunt Goldpergam. &c. Cur:

A. D. 1432. * Sigismundus, Vngariæ Boëmiæq; rex, & Romanorum electus Imperator, Romæ diademate cingitur. &c.

* A. D. 1433. 31. Maij, die sacro Pentecostes Christiana. SSind;

A. D. 1462. Cazymirus & Georgius reges, hic Boëmiæ, ille Poloniæ, conveniunt Glogoviæ, fœdereq́ꝫ, compositis finium seu limitum, amicâ transactione, controversijs, uniuntur. &c. Inde rex Georgius M. Iulio Pragam reversus, & actis ordinum Regni frequentibus Comitijs, publicè, omnibus audientibus, suam religionem profitetur &c. De his copiosè Cochlæus.

☉ Nova Domo: Dn. Henrici Czenkonis: Dn. Beneßij à Kolovvrat, Dn. Georgij à Sude, Dn. Busconis ab Hodkovva, Dn. Iaroßij à Svvoykovva: D. Marsykonis ab Habrzinka: D. Zdenconis à Lomnicz: Dn. Smilonis à Daubravicia: Dn. Beneßij à Nanvestia: Dn. Zyfrydi Brzezovvsky à Givvina: D. Busconis Stazkovvsky à VViczkovva: D. VVilhelmi VVaneczky à Gemniczka: Dn. Iohannis VValeczky à VValczie.

A. D. 1427. Thaboritæ & Orphani invadunt Silesiã, capiuntq́ꝫ Lubenam, Bræham seu [] (Boëmica enũciatione) aliaq́ꝫ complura castella multis ibi illatis damnis. Scribit Hagecus tum Thaboritas tantam copiam armentorum, pecudum atqꝫ pecorum abegisse ex Silesia, ut 15. numero vaccæ vel & boves quatuor großis Ioachimicis (ut nunc computamus) venirent &c.

[] Brzeh.

XX Maij.

 hac-

A. D. 1157. ut Pulkavva: (nam Hagecus 1156. ann. & 17. e. m. habet) Fridericus E. N. I. Barbarossa sive Ahenobarbus, Imperator, generalem curiam suam celebrauit in Herbipoli, quod vulgariter VVirczpurg dicitur, ibidem Beatricem filiam Ducis Burgundiæ (isthuc ut Hag: 18 Maij adductam) * duxit uxorem: eisdem nuptijs Dux VVladislavus (quem Cuspinianus & exteri Labezlaum corrupto flexu pronunciant) cū magno Nobilium & Procerum apparatu interfuit. Pulk: Scribit idem Cuspinianus, Polonis, qui regem suum è regno depulerant, interveniente VVladislavo Boëm: Duce, à Cæsare eius facti veniam fuisse datam &c.

Herbipolis

* De qua & supra.

A. D. 1261. ⁂ ut Cosm. (nam Opat: habet an. 1260. sed de die cum Cos. consentit, nisi subsit mendum librarij, ut facile innumeris erratur) sol defectum passus. Secuta est altero pòst anno per Boëmiam vini, olei, alimoniæ, totiusq; annonæ caritas, item ex contagione strages ovium. &c.

⁂ quidam 1258.

A. D. 1355. § Carolus IIII, reversus ex urbe Româ à coronatione & Pisis aliquandiu ex itinere quiescens: evadit, Dei misericordis providentiâ incendium tumultuosum, quod instinctu quorundam improborum noctu ibidem fuit excitatum opprimendi Imperatoris causâ, & ut quidem ferebatur, arte Gambacurtarum &c. Præclara tum in tuendo capite atq; salute sui Imperatoris ac regis reginæq;, tum præ cæteris enituit virtus atq; fides virorum illustrium & nobilium: Domini Henrici à

§ Quidam notant diem sequentem.

☉ retrò Nova

A. D. 1315, horâ primâ, nata eſt Domino Ioanni regi Boëmiæ, Comiti Lucemburgenſi, Guta (quam Iuditham Boëmi nuncuparûnt) filia ſecundò genita, cuius nativitate populus conturbatur, quod naſciturus filius ſperabatur Chr. A. R.

A. D. 1341. Margareta Iohannis Boëmiæ regis filia, relicta &c. poſt obitum viri ſui Henrici ducis Bavariæ, ingreſſa eſt Pragam, exceptáq; honorificè eſt magnâ cum ſolennitate ab univerſo clero (ſtatu Eccleſiaſtico) & à Senatu populóq; Pragenſi. Franc: Deſponſatáq; paulò poſt fuit Regi Poloniæ. Sub Iulium tamen menſem ante nuptias concelebratas è vita exceſſit, ut ſuo loco dicetur.

A. D. 1420. Thaborienſes in multis millibus ſexûs utriuſq;, Pragenſem horâ veſperarum introëunt civitatem, quos Pragenſes, ipſis obviam cum proceſſionibus cleri exeundo, gratè excipiunt, de victualibusq; copioſis pro vident, quorum maxima abundantia in domibus profugo rum Romanenſium & præcipuè in potibus variis reperiebatur. Thaborenſium autem tunc Capitanei ſeculares fuerunt: Nicolaus de Hus, homo magni conſilij & providentiæ: Sbynco de Buchovv, Chvval de Rzepicz, & Ioannes Zizka monoculus, ſuprà modum audax & ſtrenuus. M. L.

A. D. 1509. is tum dies fuit Dominicus, hora 22. VVladiſlavvo II. Vngariæ Boëmiæq; rege, excitatâ per quendam levem hominem ob proſtibulum (ut ait Dubravius) inter quoſdam Minoris urbis Pragensis cives & Vngaros

garos contentione, complurimi horum, nonnulli nobiles, insignes illustresq; viri, eo in tumultu perimuntur: hospitia Ponnoniorum invaduntur: supellex preciosa bonaq; ipsorum diripiuntur.

In eius turbæ autores à rege grauißimis supplicijs, exempli causâ, animaduersum. Mart. Cuthenus scriptum reliquit, Vngarorum insolentiam, nimiamq; in hospites suos licentiam ei tumultui occasionẽ præbuisse. &c. Quod in medio relinquimus.

A D. 1516. Fuerunt grando & tonitrua. m. s. D. Viti.

✠ Ratiborium tam acrocem patrasse cædem, in gratiam regis VVenceslavi, scribit Dubravius.

A·D. 1420. Thaboriensium quidam in turbis per Pragam ambulantes, multis viris barbas forpicibus præcidebant quasi cum violentia, & præsertim barbas superiores ipsas Podſcbitě vocitantes, tricas insuper virginibus, & pepla mulierum violabant: de quo cum malè Pragenses, & præcipuè ipsorum stipendiarij contentarentur, Capitanei Thaboritarum omnibus suis districtè mandando præcipiunt, quatenus nullus talia peramplius exercere præsumat, M. L.

A. D. 1451. Legnicenses dant se in fidem Ladislavi, Vngariæ Boëmiæq; Regis; cui præstant hominium.

A. D. 1523. Sigismundus, cognomento à Facie, civis Pragensis, cum in vinetum sese conferret sanus, hora 10. in ipso itinere subitaneâ morte extinguitur.

Mors sua quenq; manet; mortis tamen exitus anceps.
Obvenit arbitrio cuilibet ille DEI.

A.D.1272. In nova Pilsna hoc die primum forum fuit, quæ hoc anno fuisse ædificata, à quibusdam scribitur. At Rzepæ* in f. A.D. 1272. Construxerunt, inquit, Pilznam, quam Novam nuncupârunt. Sed hîc liberum sit lectori iudicium.

*Francisci.

A. D. 1315. Ioh. rex Boëmiæ, de Praga exit, susceptâ expeditione exercitûs copiosi domesticorum simul, & peregrinorum, ad reprimendam violentiam Matthæi (Hagecus habet Mathiam) Comitis de Trenczin, quam terræ Moraviæ intulerat &c.

...... Victor in hoc prælio evasit Boëmus.

A. D 1355. Karoli IV. Romm Imperatoris Boëmiæq; regis mandato, capite plectuntur numero septem viri, qui autores fuerunt motûs & seditionis, in vrbe Pisana in Cæsarem concitatæ: trunci ipsorum, avulsis humero capitibus, eiusdem Karoli decreto per præconem enunciato, ad solis usq; occubitum relicti sunt pro spectaculo terroreq; prætereuntium publico in circo inhumati. Porta.

A. D. 1365. Carolus IIII. excipitur à Legato pontificio. Neplacho.

A. D 1396. Iohannes aliàs Hanussius Dux Ratiboriensis, qui tum egit Capitaneum arcis Karolosteinæ in Boëmia, invitatis quibusdam Proceribus ac Nobilibus regni Boëmiæ ad convivium, § eosdem ibidem à suis comprehensos atrociter necat, videlicet D. Stephanum de Martinicz, dictum Podussska: Dn. Mutinam, D Strnadam, D. Marquardum, Cruciferū Straconicensem. Hag.

§ (quæ fuit tum sacræ Pentecostes solennitas.)

* retrò Ratiborium

A. D. 833. Georgio IIII. Pontifice Romm. Theophilo, Orientis, Ludovico Pio, Car: Mag: F. Occidentis Impp. eodem quoq; Galliarum rege: Kræssomyslus, qui & VVinslavus Cutheno: alijs Vnyslavus, V. à Præmyslo Dux Boëmiæ, antè à Logothetis & patribus, populoq; ritè lectus, hoc die inauguratur; collocatus, de more eorum temporum vsitato, in Lybussæ Ducissæ solio seu throno, caputq; aureâ Præmysli Ducis mitrâ cinctus, duobus Boëmiæ primoribus eò, uti vocant, coronationis ministerio seu officio tum defungentibus, vtpote adhuc sub paganismo existente Boëmiâ.

A. D. 1154. In posteriore Geminorum parte Lunæ deliquium fuit max: aquarum inundatio. Appendix M. Scoti.

A. D. 1334. Nascitur * Karolo IIII. Margaretha. Franc. L. * Hag. ad diem 24. e. m.

A. D. 1420. Domino Iohanne seniore de Michlsperg, dicto Michalecz, cum alijs sibi iunctis ad castrum Pragense pro castri fortificatione cum gente multa equestrium, curribus, vestibus preciosis, ornatis, victualibus, ac securibus ad catenas platearum in Praga tempore suo præcidendum, præparatis, pergentibus, Thaborienses de proxima insula, in quam se antè receperunt, erumpentes, vndoso flumine, ipsos hostialiter invadunt, aliquot ex eis occidunt, Domino Michalczone cum paucis admodum, vix ad castrum confugiente, alijs hinc inde per campos dispersis, prædâ lautâ ablatâ &c. M. L.

A. D. 1516. Legati Oratoresq́ꝫ Caroli V. Imp. (de quibus suprà) ad prandium invitati ab Ampliß. Pragensium Senatu honorificè lauteq́ꝫ accipiuntur, instructo in domo Antiquæ Pragæ prætoriâ epulo opiparo: adhibita ad id convivium Musica, tubæ, tibiæ, cithara, pro exhilarandis convivantium animis. &c.

A. D. 1517. Piè deceßit ex hac vita Vitus antiquus **Porybný**, *Antiquæ urbis Pragen. civis honestus: is per occasionem referre, multis audientibus, solebat, se & meminisse, & suismet oculis vidisse, quam in Cathedrali Ecclesia arcis Pragensis, ministraretur vtriqꝫ sexui layco; vt vocant, Sacramentum Eucharistiæ sub vtraqꝫ specie. &c ms.*

A. D. 1539. Vita defuncta est Oeniponti Magdalena Ferdinandi I. Impera. filia.

XXIII. Maÿ.

A. D. 996. S. Adalbertus Episcopus non multò antè in Prußia trucidatus (ut suprà dictum) à quodam suo hospite in Prußia sepelitur. &c.

A. D. 996. Otho III. coronatur à Gregorio V. Papa: is instituit septem viros electores Romanorum Imperatoris, inter quos & rex Boëmiæ extat. Quanquam de Electorum primordio discrepantes sunt historicorum sententiæ, quas hîc non persequimur.

A. D. 1365. Carolus IV. ex Avenionensi urbe à summo Romanorum Pontifice sacris cum Reliquijs, in regnum suum sospes reversus, honorificè ab Ecclesiasticis simul, & secularibus excipitur Pragæ.

*A. D. 1411. * Albicus eligitur episcopus Pragensis: fuit natione Moravus, patriâ Vniczovius: Vniversitatis studij Pragensis Magister: Physicus & Medicus VVenceslavi (Caroli IV. filij) Romanorum, Boëmiæq; regis. Et extant apud nos quædam eius in medicinis manu scripta, quorum & Gesnerus in bibliotheca suâ commeminit.*

* manuscriptum habet A. 1412.

A. D. 1420. Exercitus aliquot millium de confinio Zacensi, Lunensi, & Slanensi, quorum capitanei erant, clientes quidam strenui, puta: Zavißius Barbatus, & Petrus Obrovvecz, seniorq; ex ipsorum sacerdotibus Magister Petrus, dictus SSpiczka) Pragam Pragensibus, pro legis Dei defensione in auxilium venerunt &c. & à Pragensibus cum gaudio, hymnis, ac canticis sunt excepti. M. L.

Eodem anno & die, vt idem Chronologus subiungit, Sigismundus rex Vngariæ, qui in prato propè Litoznicz tentoria fixit, audito, quòd Thaboritæ, Pragenses, cum Zacensibus, Lunensibus & Slanensibus in ipsum irruere proponerent, mox in crastino mane, relictis multis victualibus, de campis evasit, & cum Vngaris ad Antiquam Boleslaviam se contulit &c.

A. D. 1438. per hos dies visus in Boëmia cometes: subsecuta est pestis ab Augusto ad medium Octobris vigens, & in capita hominum sæviens: quâ eo anno sublati multi Baronum & Nobilium sunt viri illustres, item M. Christannus sive Christianus, patria Prachaticensis, natione Boëmus: vir in disciplinis mathematicis, inq; medicinis per ea tempora excellens decessit, pòst & Albertus rex Vngariæ & Boëmiæ &c.

A. D. 1496. Inundatio aquarum facta est memorabilis nocte præcedente imber validus; coruscatio, tonitru. &c.

A. D. 1537. Insolita VVltavæ ad Pragam amnis exundatio tantâ altitudine, vt cæsariem Barbati (insigne id est, seu effigies capitis humani ad Hospitale Pragense in pede pontis cis VVltavam, in testudineo pariete excisa) suâ eluvione attingeret: duravit per dies aliquot: & attulit ingens, maximâ summâ seu precio æstimandum, detrimentum.

A. D. 1293. VVenceslaus Iunior rex Boëmiæ à Marchione Brandeburgense regno restituitur: Pragæq; magnâ cum lætitia atq; publicâ omnium ordinum regni congratulatione, excipitur.

A. D. 1355. (erat pentecoste) Carolus IV. Pisis, dum ab vrbe Roma redit, sumptis Imperij coronâ atq; insignibus, Zenobium Florentinum, professionis poëticæ hominem, laureâ coronâ donat atq; exornat. Virtute enim eruditioneq; doctrinæ exscultos atq; præstantes viros libenter digno decore honestabat: habet manuscriptum Portæ.

A. D. 1513. postfesto Sanctæ, ut Ecclesia loquitur, Trinitatis; Insolens & horrenda fuit ad Tustam, seu Domazlicium, aëris commotio, grandinumq;, necnon imbrium tempestas violenta: quæ & Tynensis præurbij & inferiorum valvarum fossas, exundantium aquarum & increscentium pluviarum impetu convulserunt diripeeruntq;, Horzetini, Chrastavicijq; pagorum segetibus ingens detrimentum eæ intulêre grandines. m s. Pauli Benessonis, Notarij Tustensis.

A. D. 1537. fuit eclipsis Solis, ventosa. Kociani perfida nefariaq; proditio, & per eam nostri exercitus per Turcas strages &c. Georgius Dux Saxoniæ moritur. Arx Heidelberga antiqua de cœlo tacta, maximam toti civitati cladem intulit.

A. D. 1558. Ferdinandus E. N. I. Vngariæ & Boëmiæ, Electus Romm. Rex, Imperium à Carolo fratre le-

gitimè resignatum de consensu Sacri Romani Imperij Electorum accipit, quâ de re alibi vberiùs.

A. D. 1563. Impetuosa grando vnà cum imbre atq; nimbo decidens, magna segetibus, vixdum crescere incipientibus, circa Tustam inclyti regni Boëmiæ oppidum, & aliquot vicinis pagis calamitatem attulit, quam Ioh. Rosinus Zatecensis &c. ad posteritatem transmittens hoc eteosticho est complevus:

Imbre pluens grando Tustæ prosternit aristas.

A priore tempestate aëris, (quæ accidit a: 1315.) fluxerunt anni 50.

XXV. Maij.

 Vr-

A. D. 1085. Diem suum obijt Iuditha, sive Guta: Latinis Bona, VVratislavi, primi regis Boëmiæ, filia: VVladislavi Ducis Poloniæ coniunx: Boleslavi Kryvousti mater.

A. D. 1416. (is tum fuit dies sabbati ante festum Ascensionis Domini anni bisextilis, unde manat quorundam lapsus, qui 24 diem habent) M. Hieronymus Pragensis, habitâ publicâ Concilij audientiâ, in maiore Ecclesia Cathedrali, ad 107. articulos, sibi ab adversarijs obiectos, doctè, acutè, ingeniosè, neq; sine auditorum admiratione respondet: ad residuos, cùm dies fuisset protacta, eius responsio in d. 28. e. m. reijcitur.

A. D. 1420. Mulieres Thaboriensium (quas Beginas vocabant) claustrum monialium ad S. Katharinam in Nova civitate Pragensi destruunt & evertunt, primum tecta eijciendo: &c. Eodem die Dominus N. gente clientum & rusticorum congregatâ, montem supra Slanam oppidum obsedit, sparsâq; in vulgus famâ, quòd Praga se Imperatori dedidisset. Slanenses ibi quoq; deditionem civitatis faciunt, & expulsis presbyteris sub utraq;, choreas, taxillos, taxillorum ludos, cæteraq; publica admiserunt. M. L.

A. D. 1461. Quæ fuit feria 2. Christianæ Pentecostes, Catharina, Georgij Boëmiæ regis filia: Matthiæ Corvino elocata in matrimonium, hoc die egressa ex regiâ Pragensi, honorifico, splendidoq; & regio instructa comitatu, ducitur in Pannoniam.

A. D. 1498, quatuor fœminæ ob maleficia veneficiorum, unà cum Iudæa quadam muliere, quæ istius flagitiosi, & in Boëmia antè inauditi facinoris, autor extitit, rogo impositæ vivæ concremantur. Similem quondam Romanarum matronarum furorem, quæ 170. numero fuêre, Senatum Romanum eiusdem supplicij genere punivisse, narrat Valer: lib: 2.

A. D. 1510. ☉. Magnificus Baro Albertus de Kolowrat, supremus regni Boëmiæ Cancellarius: vir eximiæ virtutis, atq; prudentiæ: fautor Pragensis Reipublicæ.

A. D. 1520, Feria 6. ante sacram Novi Testamenti Pentecosten, in præurbijs Glatoviæ ultra 300 domus exustæ conflagrârunt: fortuitò, an per incendiarios summissâ flammâ, ignoratum.

A. D. 1542. feria 4. ante Pentecostes, Lyncium superioris Austriæ opp. igne, per incendarios summisso, conflagravit: ut non, nisi arx & ædes numero tantummodo quinq;, ab eo incendio illæsæ superfuissent: Eam perpessum cladem, quam ante annum unico tantùm die minùs, exactum, persensit nobilis illa arx Pragensis, regia Boëmicorum regum &c. de quo alibi.

A. 1574. Emigravit ex hac vita Cyprianus Leovitius a Leovitia, patriâ Reginæ Hradecensis ad Albim & Orliczam, natione Boëmus &c. Mathematicarum disciplinarum illustrator: quod eius monumenta literaria quæ typis expressa in publicum emisit, testantur.

ETEOSTICHON.

Vrbani splendente die (sic Parca ferebat)
Carpit iter lethi triste Leovitius. B. S. P.

A. D. 1303. Rixa, sive Reichsa, alio nomine Elizabetha, VVinceslavi E. N. II, coniunx secunda, Præmysli regis Poloniæ F: hoc die, sacrâ Pentecoste insigni, Pragæ in D. Viti Basilica, per Henricum episcopum VVratislaviensem, sed assensum præbente Moguntino archiepiscopo, inauguratur. &c.

A. D. 1387. Sigismundus, Marchio Brandeburgen: Karoli IV. F. Iohan: Regis N. inauguratur Regno Vngariæ, eoq; tandem à multis certaminibus potitur.

A. D. 1442. Presbyter Mathias prædicator in Sacello Bethlehem solum vertere iussus, Pragâ educitur, quòd apud quosdam venisset in suspitionem proditionis &c per eosdem dies Pragä eiecti quoq; sunt quatuor cives simili de causa.

A. D. 1521. Ferdinandus, tunc Archidux, pòst Boëmiæ & Vngariæ rex, Romanorumq; Imperator E. N. I. Caroli V. frater germanus a. æ. s: 19. Lyntij celebrat nuptias cum regina Anna, VVladislavi, Boëmiæ Vngariæq; regis filiä, Ludovici regis sorore, ante annos 6. ipsi, idq; Viennæ desponsâ &c. Habuit & Ludovicus Vngariæ, Boemiæq; rex, Budæ nuptias cum Maria Philippi filia: Caroli V. Imp: & Ferdinandi Archiducis sorore.

A. D. 1539. Subitâ morte extinctus, ex hac vita decedit N. N. Plancnar, Regni Boemiæ, quem ita vocant, Subcamerarius.

A. D. 1371. Mortuus est Dn. Henricus de Reydburgk: miles strenuus &c. sepultus in capella (sacello) D. Dorotheæ. Thomæus.

A. D. 1413. Iohannes Gerson, Decanus facultatis Theologicæ in Academia Parisiensi. pòst Galliarum regis Cancellarius &c. Conradum archiepiscopum Pragensem per literas commonefacit, ut ex agro Domini Zizania, dogma Hußij innuens, sparsa per Boemiam exstirpari curet: super eadem re & VVenceslaum Romm. Boëm. q; regem moneat, ac, si res ità poscat, brachium quoq; seculare invocet. Subiungit sub epistolæ suæ finem, se ipsi de ea re, Regis Franciæ patentes, quas vocant ac universitatis quoq; Parisien: mittere literas.

A. D. 1420. Rex Vngarorum Sigismund: de Boleslavia, quò secesserat (ut s.) in Mielnik cum sua, & sui germani olim regis VVenceslai Barbara & Sophiâ reginis pervenit, & ab hinc in Slanā tantùm, die sequēti. M. L.

A. D. 1471. VVladislavus (ut habet Cuthenus & quidam m. s. designatur rex Boëmiæ: (vide supra 25. Maij ex Cromero) an: æt: vix: 15. annorum. Abrah. Bakschay.

A. D. 1407. Hradecium. quod exteris Græcium appellatur, urbs ex dotalibus reginæ Boëmicæ urbibus princeps, funditùs unà cum arce simul, atq; templis & campanâ mirificæ molis, incendio evastatum perit: flammâ quinq; insuper homines concremati.

A. D. 1410. ☉. Rupertus Bavarus, contra VVenceslaum Romanorum regem, Cæsar designatus. Meyer, sunt, qui de die obitûs variant.

A, D. 1416. M. Hieronymus Pragensis in publica Concilij audientiâ, quæ in hanc diem fuit reiecta, ad residuos articulos sive accusationis suæ capita respondet, fusèq; differens, inter cætera Hußium ab innocentia & integritate vitæ, eiusq; doctrinâ commendat, revocationis suæ, lapso anno in gratiam quorundam suasorum factæ, palinodiam &c. canit: eâ re offensis Patrum concilij animis, in vincula reducitur. &c.

A. D. 1420. Pragen, cũ Thaborien, Zatecensibusq; ac Lunensibus campum, ad acquirendum Hradczan & castrum Pragensium, capiunt, Thaboriensibus & Pragensibus in Pohořelec; Zacensibus ac Lunensibus in Strahovv se locantibus, ut sic ex omni parte victualia ad castrum Pragense adduci impedirent. M. L.

A. D. 1422. Carolosteinum à Pragensibus, Thaboritis & Sigismundo duce Lithvano acerrimè oppugnatur: sed non expugnatur. ms.

A. D. 1503. Philippus Novavilla, Vicecomes Palatinus Sidoniensis & Mutinensis episcopus, Pragam est ingressus,

ſus, à Pragensibus honorificè, cumq́ꝫ lætitia acceptus. Hic ſub utraqꝫ ſpecie, ut vocant, Eccleſiæ Boëmicæ miniſtris ſacros ordines conferebat.

* A. D. 1522. ♄ vir ex Equeſtri ordine nobilis atqꝫ præſtans D. Burianus Trczka, frater Germanus D. Nicolai Terczæ, Subcamerarius (quod vocant) regni Boëmiæ, idq́ꝫ Pragæ ſuis in ædibus, ſequente die inſtitutâ funeris pompâ, corpus eius Pragâ, deductum deportatur Lipnicium, ubi in ſuorum maiorum conditorio depoſitum terræ mandatur. Chron: mſ. Lipnicij mortem ippſum obijſſe, ibidemq́ꝫ ad ſummam ſacræ ædis aram ſepultum eſſe teſtatur buſti inſcriptio.

XXX. Maij.

A. D. 1421. Pragenses cum suo exercitu se de civitate Litomierzicz intromiserunt, & D: Hynkonem de Colsstein eidem capitaneum præfecerunt. M. L.

A. D. 1443. Reginæ Hradecium motu terræ quatitur, ità, ut turris templi, & ædificia nonnulla quasi contremiscere, ac quodam modo nutare viderentur. Ea terræ motus species, pulsatio, seu pulsus, sive agitatio appellatur. De ijsdem in Hageco plura.

A. D. 1453. (ut in anno, ità & in die captæ à Turcis Constantinopoleos scriptores inter sese variant: Cuius rei & I. Camer: Vir Claris: in Chronologia Nicephori commeminit.) quo anno Ladislavus Alberti Imp. Vng. & Boëm. regis F. sed posthumus, designatus simul, & inauguratus est rex Boëmiæ, Constatinopolis &c. à Turcis capitur &c: eius urbis amissione maximo vulnere non tantùm Pannoniæ & Austriæ &c. sed toti reipublicæ Christianæ illato Prodigio, quæ eam Byzantij vastitatem sunt antegressa, varia Alexander ab Alexandro recenset: (eclipsim solis alij) quæ nos hîc enumerare, compendium libri non patitur: dum modò discamus, solere futuras calamitates multò antè, quàm nos adobruant, à misericorde Deo signis præmonstrari. Fuit sub potestate Christianorum annos 1130. m. s &c.

A. D. 1506. ☉. generosus Baro Regni Boëmiæ & DN. Dobrohost à Ronsperg, & in Tyn. ecclesiæ, castri, & civitatis Ronspergensis fundator, defensorq; Christianæ fidei, & adiutor. Inscr: 1.

* retrò A. D.

A D. 1125. ⊖. Henricus E. N. IV. Romm. Imp. Spiræ sepultus. Hic ille est Henricus, qui (ut ait Sylv:) VVratislavum XIX. Ducem Boiemiæ, creavit primum regem Boëmiæ: quo Henrico extincto, (ut habet Cosmas) eius Imperialis genealogia desijt, partim sterilitate fœminei sexus, partim ab ineunte ætate, omni virili stirpe regali, fato conclusâ exitiali.

A. D. 1328. Philippus Pulcher, aliâs Sextus, & Valesius, rex Galliæ coronatur. Meyer. De appellatione Valesiorum, unde, & qua occasione ea sit enata, exponit Pap: Massonus Annalium Gallicorum libro IIII. sub ipso initio.

A. D. 1348. Karolus IV. Imp. & rex Boëmiæ Pat: Patr: meritiss. Novam Pragam fundavit, quam Caroli urbem de suo nomine nuncupari voluit. &c. De die nostri inter sese variant.

A. D. 1421. Litomierzicij, 17, vel, ut alij habent, 24 personæ propter confeßionem veritatis Evangelicæ, in profundo Albis fl: mandato Sigism. Imp. (ut ait M L.) demerguntur miserabiliter &c. De ijs narratiuncula, Boëmicâ & Latinâ linguis scripta habetur.

*ita & m. s. Petri Codicilli, & alij aliquot.

*A. D. 1434. * Thaboritæ Orphani, forte Boëmicæ militiæ robur, à copijs plerorumq; procerum Boëmiæ in unum quasi corpus coactis, contra pacta, ad internecionem ceduntur & delentur; ad pagum Lipanum inter Brodam Boëmicam & Gurimam oppida situm &c.*

De eo sic AEneas Sylvius: Procopius, inquit, Rasus multis

tis cæsis, victoriam penè hostibus eripuit : sed circumventus multitudine equitum, non tam victus, quàm vincendo fossus, telo transfoditur. Confecto bello, specie pacis aliquot millia Thaboritarum & Orphanorum reliquiæ clausa in horreis, immisso igne exuruntur.

A. D. 1570. (quidam de die variant) Pilsna, X. Milli: à Praga remota, igne pet incendarios subiecto, gravi vastatur incendio &c:

A. D. 1513. Incendium Iglaviæ per incuriam excitatur, ignis primâ flammâ è cœnobio erumpente, à qua 60 ædes in vrbe, & in præurbio 30 domus concremantur. Ita de anno atq; die Chronicon Cutheni. B. verò Sturmius habet annum 1523, & VII Kalend. Iunij, cuius ea de re eteostichon tale est:

Fœmineo perit Igla leves collapsa furore
In cineres: furor hic ebrietatis erat.

Id nos discrimen lectori discutiendum relinquimus.

A. D. 1131. Bratislavus filius Conradi, senioris fratris VVratislavi regi, nepos filij Sobeslavi Ducis, ob coniurationem cum quibusdam adversus Sobeslavum initam privatur luminibus. ms. D. Petrucij.

A. D. 1140. Oto basilicæ Pragensis Præpositus consecratur à Moguntino archipræsule: is tum fuit Marcolphus sive Marcellus, Aschafenburgensis Canonicorum collegij præpositus: vir doctus.. C. Brusch:

A. D. 1316. in quem diem eo anno incidit solennitas sacrosanctæ Pentecostes Evangelicæ, VVinceslavus, qui pòst Karol. IV., Ioh: Reg. Boëm. primogenitus, sacro salutaris baptismi fonte per Petrum Abrciepiscopum Moguntinum &c. in arce Pragensi tingitur, præsentibus Balduino archiepiscopo Trevirensi: Hermanno archiepiscopo pragensi, & Iohanne episcopo Olomucensi. Nutricius tùm eius puelli regij atq; custos à patre constituitur Vilhelmus Lepus &c. vir nobilis præstansq; Baro Boëmiæ.

A. D. 1433. Sigismundus Imperator accepit coronam Romæ à summo Pontifice: fuit dies sacræ Pentecostes. Quidam annum 1432, & diem 18 Maij Men: assignant: sed nos vetus Petri Codicilli m. s. sequimur.

A.D. 1437. VVladislavus Iagello, Poloniæ rex, maritus Hedvigis, quæ in urbe Pragensi Collegium, quam Bursam vocant, Reginæ ab ipsa regina fundatrice hodieq; cognominatum, dotavit, ☉.&c.

A. D. 1528. Turbulenta, horrendaq;, & planè insolens

Melnicij erat tempestas ventorum ; fulminis, ità ut in templo quoruudam hominum vestes, citra tamen damnum, adusserit &c.

A. D. 1529. Natus est generosus Dn. Georgius ab Hasenburg, Baro Boëmicus &c.

A. D. 1536. ⊖. Carolus Henrici filius, Georgij regis Boëmiæ nepos, Dux Munsterbergensis præses, Comes Glacensis: gubernator per multos annos inclyti Regni Boëmiæ: Frankenstein in Silesia honorifico funere elatus, sepelitur. Vixit anno 60. Sunt (ut ait Cureus) etiamnum hodie ex ea (Munsterbergensium) stirpe principes: Quibus Deus sospitator longa vitæ spacia tribuat.

A.D. 1550. In vrbibus Pragensibus decidit pluvia commista sulphuri: similiter & nocte insequente. Per hos quoq; dies ferebatur in oppido regni Boëmiæ Piseca pluisse sanguine: alibi natum esse agniculum vno quidem capite: sed duobas ventribus, octo pedibus, duabus caudis: alibi item aiebant felem humana & intelligebili voce esse locutâ &c. m. s. Dessen:

Iunius.

Iunius habet dies XXX.

I. Junij. Kal. Junij.

A. D. 1296. Magister Gregorius, Decanus Pragensis, antea legitimè electus Episcopus Pragensis; hoc die per Episcopum Olomucensem in oppido Brunna, de mandato archiepiscopi Moguntinensis confirmatur. Cuth. Lat:

* Quidam habent 12 Junij.

A.D. 1334. * Karoli IV. prima coniunx, nomine Margaretha, (vt eam ipse Karolus in vita seu Actibus suis appellat (cognomine Blanca, (à niveo, vt putatur agnominata colore) soror Philippi Galliarum regis, ingressa est Pragam, magnâ ordinum Boëmiæ congratulatione, celebriq; pompâ excepta honorificè.

A. D. 1348. Karolus IV. Academiam in vrbe Pragensi instituit, ad modum, formamq; Bononiensis in Italia, & Parisiensis (ubi ipse literis operam dabat) in Gallia Academiarum. Eidem Gymnasio Pragensi extruxit Collegium sive habitaculum, publicorum professorum in Curia, quàm tum Lazari vulgò appellârunt.

A. D. 1416. (is fuit dies sabbati proximè sequens festum, uti vocant, Ascensionis Domini.) Magister Hieronymus patria Pragensis, vir eruditus simul, atq; dissertus, Hußij discipulus & sodalis coniunctiß: à Concilio Constãtiensi ignibus in illoipso, quo propè ante annum & Hussius loco crematur, eò præcipuè, quod M. Iohannem Hußium, ut

um, ut iniustè damnatum affirmaverit, eiusq́; dogma utpote verbo DEI consonum, propugnaverit; & eiusdem Concilij sententiam adversus Hußium iniustè latam approbare recusaverit &c. In quibusdam eius literis hanc legi sententiam.

Pericula contemnere, ignibus non cedere, vulneribus obviam ire, tela adversa læto apertoq́; pectore eripere, pulcherrima Christianæ fortitudinis pars existit. Item: Humanum equidem auxilium habeo nullum; verum tamen auxilium meum est à Domino. Extat impressum M. Hieronymi Martyrologium, sive Paßio & elog. Pogg. &c.

A. D. 1456. Cometa per totum Iunium mensem apparuit, pòst ingens vis ventorum mense Augusto sequuta &c. Item: Terræ motus. De quo P. Collenutius. Belegradum à Turcicis copijs obsidione cinctum, sed virtute Ioh. Huniadis defensum, qui non multò pòst & deceßit.

A. D. 1522. Maria Ludovici E. N. I. Boëmiæ Regis coniunx: Karoli. V. Romanorum Imperatoris, & Ferdinandi tum Archiducis Austriæ, soror germana, in arce Pragensi inter 14. & 15. horã ab Vngariæ & Olomucensi præsulibus, coronatur Regina Boëmiæ, ipso rege Ludovico (capiti impositâ regni coronâ) atq; vna manu sceptrum, altera pomum insignia regalia præferente: præsentibus ei inaugurationi Marchione Misnense, regis Poloniæ, Venetorum, Vngariæ, Prußiæ legatorum. Ornati à rege Ludovico in ea inaugurationis solennitate, equestri dignitate Iohannes à VVratho, vulgò Passek, quondam Cancellarius, pòst & primas Pragensis Reipublicæ: Io-

hannes Hlavsa à Liboslavia , & N. Marchio Senatûs Antiquæ Pragæ.

A. D. 1550. Mense Iunio (dies non annotatur) propè Mersburgum Saxoniæ sanguis erupit ex quadam aquæ scaturigine. &c. Quod licet peregrinum; tamen portentosum hîc annotare placuit.

II. Iunij.

*A. D. 1293. (Vt habet Pulkavva, Cuth. Hag. & ms. Opatov. 1299. Sifrid. Misnen. 1296. neuter rectè, librariorum, vt opinor,, incuriâ.) VVenceslaus E. N. II. cognomento Pius, vnà cum Cutha, quam nostri Iuditham appellant, coniuge suâ, Rudolfi Rom. Imp. filia, in Basilica arcis Pragensis per Magdeburgensem archiepiscopum * protunc archiepiscopi Moguntini, qui tum excommunicatus erat, vices gerentem, regno Boëmiæ, consecratur & inauguratur. Chronicon Aulæ regiæ habet, tum solis hospitibus & advenis de curia regis pabulum pro equis datum fuisse, qui numero fuerunt ad centum nonagintaq; millia.*

* vt annotat Pulkavva.

A. D. 1386. ☉. frater VVenceslaus aliâs VVaczeko de Tusta, conventûs D. Thomæ in Minore vrbe Pragensi prædicator. Thomæus.

A. D. 1421. Conventus omnium Ordinum Boëmiæ simul, & Moraviæ indicitur, idq; Pragæ, ab iis suscepta et compromissa est quatuor, vti vocant, articulorum Boëmicæ Ecclesiæ defensio: De quibus alibi.

A. D. 1436, Barones, nobiles, Pragenses, cum Magistro Rokyczano egreßi Pragâ, suscipiunt iter Iglaviam, quod est nobile in Boemiæ atq; Moraviæ finibus, vetustumq; nec minus, & copiosum oppidum. Ibi fœdera ab Ordinibus Regni Boëmiæ & incliti Marchionatûs Moraviæ cum Sigismundo Imperatore Augusto Concilioq; Basiliensi facta. Sigismundus pro Rege Boëmiæ agnitus, deq; Statuum vnanimi consensu susceptus. &c.

A. D. 1541. (is fuit dies Iovis ſacram Pentecoſten præcedens) horâ 19. ab ortu Solis, arx Pragensis unà cum æde ſacrâ & dimidio Minoris urbis, Hradczanoq; propè trium horarum ſpacio tota conflagrat, tribus in locis coorto incendio. Tam gravem atq; luctuoſam calamitatem, præceſſerunt eclipſes Solis & Lunæ, an: 1541. & anno 1540: inſuper apparuit & Cometes an. 1539 fuitq; æſtas sicciſſima, atq; calidiſſima.

Numerale anni.

Nobile Vulcanus custrum Pragenſe perurens
Corripit, & ſparsis ignibus acta vorat. M. Cuth.

Aliud anni & diei.

Conſpice: Praga minor flagravit ab igne voraci,
Lux Pentecoſtes ante ea quarta fuit. Vitus Traianus

Aliud.

Vulcano cadit arx Pragensis, regia ſedes,
Quâ non nobilius Czechia geſtat opus. B. S. P.

Iohannes Balbinus, longiuſculè recedens, quod mirum, in ſuo Eteoſticho habet 12 Maij, minùs rectè; & illud tamen in gratiam lectoris adſcribemus:

Inclita turrigeræ conflagrat regia Pragæ,
Quarta ubi ter Maio conſtitit orta polo.

Edidit Hagecus de eo incendio narratiunculam noſtro idiomate ſcriptam, quæ extat impreſſa, & inter alia numerum quoq; hominum utriuſq; ſexus eâ flammâ conſumptorum recenſet. Eſt eadem eiuſdem Arcis calamitas copiosè à M. Collino, alijsq; Poëtices ſtudiosis Boë-

mis

mis deſcripta: & extat in prima Farragine ſcriptorum Boëmicorum ad nobilem Dn. Ioannem ab Hodieiova &c. à noſtro Thoma Mite in publicum editorum &c.

A. D. 1552. Ferdinandus E. N. III. primogenitus Maximiliani II. Imperatoris hoc die Viennæ Pannoniæ moritur.

Vix infans Fernandus, ubi ſuperaverat annum,
Oppetit, inſanis ut roſa preſſa Notis. B. S. P.

A. D. 969: VVoytiechius, natione Boëmus, Slaviboris aliâs Slavniconis comitis filius, ab Othone Romanorum Imperatore, idq; Veronæ confirmatur Boëmiæ episcopus, numero secundus, Imperatoris mandato ab Alberto Magdeburgensi archiepiscopo consecratur, pro VVoytiecho Adalbertus nuncupatus. Chronicon Opatoviense sic habet: Ditmaro demortuo VVoytiech, filius Slaviboris successit. Electus autem ad Imperatorem Othonem secundũ Veronam pro approbatione transmittitur: Imperator autem Otto 3. Nonas Iunij dat ei annulum, & pastoralem baculum (pedum vocant Latini) mandans VVilligiso Moguntino Archiepiscopo (suo quondam sacellano & cõsiliario) intimo, ac primo; (ut ait Bruschius, inter Archiepiscopos Moguntinos Imperatoris electori) ut ipsum in episcopum Pragensem, nomine Adalbertum consecret, quod & factum est.

A. D. 1113. Per hos Iunij mensis dies extiterant æstus vehementissimi, ità quidem, ut ipsæ Syluæ nimio calore inflammarentur. 12 Centur:

A. D. 1297. Cœnobium Aulæ Regiæ à Rege VVenceslao II fundatur, ipso rege propriâ manu primum lapidem fossæ fundamenti imponente. Duravit stetitq; annos 123 ad annum videlicet 1420. qua sub interregno, à Thaboritis expilatum est & dirutum, De eo fusiùs AEneas Sylvius.

A. D. 1366. Pridie festi, vt vocant, Corporis CHRISTI, Pragæ & circumcirca, horâ psalmodiarũ invsitata &

& horribilia extiterunt aëris turbatio, fulgetra, tonitrua, coruscatio, fulmina, tellure ipsâ tremorem quendam insolitum & stupendum edente, ità, ut miseri mortales eâ cœli seu Dei potiùs, cœlum commoventis, facie conterriti, extremum iudicij diem iam adventare putaverint &c. alicubi & ædificia corruebant. Hagecus.

*A. D. 1392. Die sacro pentecostes Christianæ horâ vesperarum, positus est primus lapis fundamenti Sanctæ Pragensis Ecclesiæ, per serenißimos principes Dominos VVenceslaum primum, Romanorum & Boëmorum regem, & Dominum Iohannem Gorlicensem ducem, Marchionem Brandeburgensem, natos serenißimi principis, Domini Karoli Rom. Imperatoris, benefactoris præcipui Ecclesiæ Pragensis, ac simul per venerandos patres dominum Iohannem archiepiscopum Pragensem tertium, cum nonnullis alijs prælatis dominis, Episcopis & prælatis; ac vice & nomine serenißimi principis, Domini Sigismundi, Hungariæ & Dalmatiæ regis &c. nati Domini Imperatoris præfati, necnon vice & nomine Serenißimarum Principissarum & dominarum: Elizabethæ Romanorum Imperatricis Annæ * Reginæ Angliæ: Margarethæ, consortis Domini Ioannis Burgravij Noribergensis, filiarum Domini Imperatoris præfati Karoli, ⁂ in honorem visitationis S. Mariæ, & Sanctorum Venceslai, Viti, Adalberti, Sigismundi, & aliorum Boëmiæ patronorum, sub directore fabricæ Pragensis, VVenceslao de Hradecz, Canonico Pragensi, & Petro Gemund, præfatæ fabricæ magistro. Inscriptio. Hoc ipso anno & Bethlem sacellum Pragæ fundatur.*

* Elenæ Cuspinianus & Cario, minùs rectè habet.

⁂ non Venceslai, ut habet P. Vergerius in historia Anglica.

A. D. 1527. Ferdinandus rex Boëmiæ senatum creat in urbibus Pragensibus &c. In Maiore urbe Pragensi primas M. Iohannes Passek &c. m. s.

A. D. 1540. Karolus Archidux Austriæ &c. Ferdinandi &c. Hungariæ, Boëmiæq; Regis filius, nascitur Viennæ Austriæ.

ETEOSTICHON.

Facta die terno Iuno candente, superba est,
Carole, vagitu pulchra Vienna tuo. Ioh: Balbin:

IIII. Iunij. Pridie Non. Iun. *le-*

A. D. 1039. * ☉. *Conradus Romm. Imper. VVladislai Ducis Boëmiæ, affinis.* * Hageeus habet 1038.

A, D. 1102. VVladislaus, qui & Hermanus, Dux (Regem se appellari passus non est) Poloniæ, morbo & angore confectus obijt. Is habuit in matrimonio Gutham sive Iuditham VVratislai Boëmiæ Regis filiam ex Adelheida uxore: ex Gutha autem Boleslaum VVratislai nepotem suscepit. Cromer.

A. D. 1402. Sol deliquium passus. Consecuta eam eclipsim pestis in Boëmia, estq; multas regiones pervagata. Eo ipso anno VVenceslaus (Car. IV filius.) Rex Boëmiæ secundùm est captus &c. Anno sequente Tameranus moritur. Cruciferi Lithvaniam vastant. De principatu Ecclesiæ tristes controversiæ gliscunt. Effectus Cometæ, iudicio eruditorum &c.

A. D. 1418. ⁂ *Ferdinandus Rom. Pontificis ad Sigismundum Imperatorem legatus in Boëmia, cum Conrado archiepiscopo Pragensi Slanæ destruxit archam,* § *& picturâ exornatam, ibidemq; sub unâ specie, ut appellant, communionem introduxit, insuper & presbyterum quondam unà cum laico quopiam incinerare (cremare) præcepit. M. Laurent:* ⁂ Quidā habet 1419. § ita vocabant tabulam supremæ templi aræ impositam.

A. D. 1442. Hoc die obijt Alesius VVrzesstiovvsky, cum hoc ipso anno 1. Iunij Gitczinensis cepisset, stravisset & concidisset. Amans Verbi Dei: Gubernatorq; Boëmiæ in interregno; & in negotio religionis, quod per id tempus Boëmia cum Concilio Basiliensi suscipiebat agendum,

primarius:

primarius: cuius rei diplomata sunt argumento m. s.

A. D. 1508. (is fuit dies Dominicus) Ludovicus VVladislai Vngariæ & Boëmiæ Regis filius, non ad plenum bimulus, Regiâ Vngariæ insignitur coronâ. &c. Bonfin:

A. D. 1566. Magister Matthæus Collinus à Choterina, patriâ Gurimæus, (Gurima [Kaurzim] vetustißimũ est in Boëmia oppidum: quibusdam eruditorum censetur esse Kasurgis apud Ptolomæum) Græcæ, Latinæq́ linguarum in Academiæ Pragensi publicus 18. annis professor, multoq́ maximæ partis in Boëmia literatorum, (in primis eorum, qui Poëticen colunt) suo tempore parens &c: præceptor noster sautorq́ incomparabilis, locoq́ patris amandus & colendus: Pragæ in domo suâ (Hortum Angelicum appellant) percussus apoplexiâ, & horâ 12 ab ortu Solis ad 22 horam cum morbo conflictatus, quâ catarrho subinde in pectus delabente, suffocatus, piè placidèq́ obdormivit in Domino. Sequente die multò maximâ hominum frequentiâ elatus, in Antiquæ Pragæ templo seu sacello Bethleem sepelitur. Sepulchrum eius contiguum est sepulchris Magistri, Ioannis Hortensij, Oratoris & Mathematici, item, Magistri Sebastiani AErichalci, Præsticeni, Philosophi atq́ Poëtæ, virorum excellentiß: natione Boëmorum, Academiæq́ Pragensis Professorum &c. Vixit annos 50. Plurima tam Theologica, quàm Philosophica, atq́ varia partim equestri, partim pedestri oratione scripsit, quorum pars, sed exigua, in publicũ edita extat; Cætera, maiore sui parte; cognitu tamẽ atq́ lectu dignißima, intra privatos parietes, inq́ tenebris abdita latẽt. Res indigna tã nobili atq́ præstãte ingenio.

A. D. 998. (Quidam annales ut de anno, ita & de die inter se variant) Thegdagus præsul Pragensis consecratur. Cosmas. Quidam hunc Theodagum & Theadagum, alij Theodatum: Ditmarus Merspurgius Thiedegum appellat.

A. D. 1256. * post meridiem plerisq; in locis Boëmiæ grando magna decidit, quæ multa damna segetibus autumnalibus & vernalibus intulit. Item, vineis & arboribus, multamq; stragem fecit porcorum atq; volucrum diversi generis: sylvestria etiam animalia plura peremit: In plerisq; regni Boëmiæ locis, & maximè circa Pragam, iumẽta quoq; multa submersa, ædificia & granaria plurima vi turbineq; ventorum diruta: quæ grando duravit ad septem dies insolubilis & miræ fuit magnitudinis trianguloq;, & quodam quasi musco permixta; quam nimia pluvia & aquarum secuta est inundatio. m. s.

* Quidã m. s habẽt. 1252. Nonas Iulij Hagecius, ex Opatoricense 10. Iulij.

A. D. 1415. M Ioh. Hussio à Concilio Constantiensi, intercedentibus quibusdam Boëmiæ & Poloniæ (ut habet m. s.) proceribus, publica conceditur audientia: Sigismundo quoq; Imperatore ibidem per certos denunciatores mandante, ne quid damnent (cùm eiusmodi quidpiam à nonnullis tentari, quorundam relatu accepisset) aut indictâ causâ, aut inaudito ipso Hussio, eumq;, quantum sit satis, patienter audiri præcepit, adijciens insuper, ut articulos, si qui ipsis minùs veri viderentur, scripto sibi exhibeant: se velle eosdem certis Doctoribus committere ruminandos & discutiendos. m. s.

A. D. 1443. Feriâ quartâ ante Pentecostes, hoc die hora ab ortu ferè quartâ; Hradecij Reginæ & ibidem circumcirca; in Moravia quoq; Olomucij & Brunnæ: Item, in Austria Viennæ per eos districtus, præterea in regionibus Vngariæ, erat magnus tremor terræ, ità, ut multa & magna ædificia eâ ipsâ concußione quaterentur: turres alicubi ad instar virgultorum, à vento agitarentur, (m. s. SSindel:) præter Vngariam & Boëmiam scribit Marc. Fritsch. & Poloniam motu terræ tum fuisse vastatam. cuius & Cromerus commeminit: fuit fortè, ait Cromerus, indicium concußionis Christiani exercitûs, Rege VVladislao victo à Turcis, anno proximè insequente.

A. D. 1457. Per hunc & sequentes dies apparet de nocte conspectus Cometes, & ultra duos menses usq; ad 23. Augusti duravit, ut annotavit Hagecus. Nam Ioach: Camer: & Funccius 1456. annum habent. * Huius Cometæ motu viso, M. Nicolaus mathematicus Academiæ Pragensis, M. Christanni &c. Prachaticeni, quondam discipulus, eum quiddam grave potißimum Boëmiæ, portendere prædixit; interq; cætera addidit, verendum esse, ne Ladislaus Boëmiæ rex inopinatâ simul, atq; insolenti quapiam morte è medio tolleretur. Fuitq; perquam verus vates &c. Nam rex adolescens, dum ipsi Gallicæ adornantur nuptiæ, peste subitaneâ correptus est, intra 24 horas extinctus, primo ætatis flore, & in summo honorum fastigio.

* utroq; hoc anno stella crinita apparuit: Ebero & Peucero: item Cypr: Leovitio testibus.

Nullus Cometa est, qui malum haud portenderit.
Ex Ioach: Camer.

A. D.

A. D. 1554. Elizabetha, quam exteri Iſabellam appellant, Maximil. II. Imp. filia naſcitur Viennæ Auſtriæ Elocata pòſt Carolo nono regi Galliæ.

A. D. 1555. Pragæ, quâ arx D. VVenceſlai eſt sita, viſæ ſunt quadrante horæ ante exortum Solis tres orbitæ, alioq; in loco iterum tres circuli sibi invicem proximi, Eratq; tum omni nubilo carens cœlum. mſ.

A. D. 1025. Cùm Imperator Conradus in parua Ecclesia secus vrbem coronaretur, tam grandia tonitrua et fulgura facta sunt, vt aliqui mente exciderent, aliqui spiritum exhalarent. Siffridus. Id, ut stupendum, propèq; inauditum & invisum, hîc annotamus.

A. D. 1198. Przemyslaus inauguratur rex Boëmiæ, regio, eoq; aureo, diademate decoratus hoc ipso die, quo & Philippus Romanorum Imperator Augustus fuit coronatus. m. s. De his & suprà. Nam de die dissentiunt scriptores. Hic Philippus immunitatem scribitur Boëmis contulisse, eamq; diplomate Imperatorio corroborasse, ut ipsi eligendi sibimet regis haberent potestatem. Cosmograph. Boëmica.

A. D. 1523. Per hos dies in Boëmiâ tanta, Dei benigni largitate, extitit annonæ vilitas, ut unus modius siliginis 10. grossis, tritici, 15 etiam 14. pisorum 12 grossis, Misnensibus, ut vulgò loquuntur, publicè vænirent. Eo ipso anno circa Divorum Viti & Iohannis Baptistæ ferias, in tantum dies erant algidi (supra omnem patrum memoriam) ut homines vim frigoris hypocaustorum seu vaporariorum calefactione arcere cogerentur.

A D. 1528. Sabbato ante festum Sanctæ Trinitatis contigit Thaborij permißione divinâ, tempestas magna, ità, ut ad oppidum grandines, ovi gallinæ & globi lusorij quantitate grandes reperirentur: fruges & sylvas longè latèq; contuderunt; visebantur enim excussa, non aliter, atq; virgulta.

A. D. 1142. Conradus Imperator visitaturus VVladislaum Ducem Boëmiæ suum sororium, cui adversus Conradum Moraviensem tulit auxilium, ingressus hoc die Pragam in Regiã VVyssegradam: excipitur honorificentißimè, vbi sacrosanctæ Pentecostes Novi testamenti & sequentibus aliquot diebus à VVladislavvo Duce, antè lautè splendideq; tractatur.

*A. D. 1415, Hoc die, * vt habet M. Laurentius (quæ erat f. 6. post Bonifacij: Funccius habet f. 6. post Corporis Christi.) mane, hora in gradu 24. Geminorum sol defecit, tantis obductus tenebris, ut aves in terram delaberentur, & siderum fulgor emicaret, non aliter, quàm noctu. Camerarius, Funccius, Leovitius. Horâ ab hac Ecclipsi elapsâ, Hußius in refectorium fratrum Minorum adducitur, ibiq; iterum auditur præsentibus Imperat. Rom. Cardinall. archiepiscopis, episcopis, frequentißimoq; populi conventu, interq; eos D. VVencesl. de Lesstna, Dn. Ioannes de Chlum altero Baronum, viris nobilitate clarißimis, quos ipsi pro tutela comites VVenceslaus Romanorum Boëmiæq; Rex, Sigismundi Imperatoris frater, addiderat: Petro item notario, qui post M. Petrus de Mladonovvicz est dictus. Non poterant (ait M. Laurentius) Constantiæ in Concilio mißæ sine luminibus celebrari in signum, quòd Sol iustitiæ Christus in cordibus prælatorum multorum, ad mortem M. Iohannis Hus, de proximo per concilium mortificandi, anhelantium, fuit obscuratus. Hæc ille. Mortem Hußij*

* sunt mſ. qui 6. Iun:, hanc eclipsim fuisse tradunt.

insecuta sunt grauißima bella atq; vastitates, quibus miserè per aliquot annos vexata atq; afflicta fuit patria nostra Boëmia, & maxima pars Germaniæ: & in Græcia instituta pòst est tyrannis Turcica &c.

A. D. 1413. Interdictum Papale per hos dies Pragæ promulgatur. Eo vetabaur, ne quis sacrificorum rem divinam perageret, néve morte defunctos sepulturâ afficeret, eatenus quatenus M. Ioh. Hußius Pragæ subsisteret. Itaq; secedit in districtum Prachensem, quo tempore plerosq; libros ingenij sui fœtus in peregrinatione elucubrat, perq; pagos nihilominus sacras ad populum conciones instituit.

A. D. 1477. VVladislaus Vngariæ Boëmiæq; rex, cùm Pragâ Kal. Maij fuisset egressus, hoc die Viennæ Austriæ à Friderico Imperatore vexilla regni provinciarumq; ad regnum pertinentium, tanquam Elector Imperij sumit. Dubrav. Ibidem Rerumpub. Pragensium Legati honorificè ab Imperate habiti.

* Hag habet 92. ut & Cromerus.

*A. D. 1491. * ☉. Cazymirus Rex Poloniæ Pater VVladislai, Vngariæ & Boëmiæ regis. In locum demortui succedit Ioh. Albertus Dux filius, ipsius VVladislai frater, quamvis autem VVladislaus fuisset filius primogenitus, eam tamen dignitatem suapte sponte fratri minori natu concessit. Habuit uxorem Elizabetham Alberti Imperatoris filiam, Ladislai Vngariæ Boëmiæq; Regis sororem, ex qua multos liberos suscepit. De quibus Cromerus.*

A. D. 1530. Placidè ex hac vita emigrauit pestilenti

lue

lue extinctus, M. Laurentius Træbonius, Professor tum, & Rector Universitatis Pragensis, deniq; Consistorij Pragensis, sub utraq; communicantium, in spiritualibus Administrator.

A. D. 1562. Secundâ Pentecostes Evangelicæ feriâ, quædam Glatoviæ ædificia incendio absumpta. m. s.

A. D. 556. Emigravit ex hac vita Medardus præsul Noviomensis & Tornacensis in Gallijs. Ei fuit frater nomine Gildardus Episcopus Ecclesiæ Rotomagensis, quæ est Metropolis Normanniæ: scribuntur vnâ die nati, eâdem die Episcopi ordinati: eâdem insuper die ab hac luce revocati. Viola. Quidam hunc diem volunt haberi pro critico, ita nimirum, si hoc ipso die pluvia fuerit, & 40 dies continentes fore pluvios. Id inde enatum putatur, quòd die mortis Medardi scribatur pluviam calidam descendisse. Quia verò dies Medardi apud nos extat memorabilis, eum & hîc annotare visum nobis est non inoportunum.

A D. 1070. Præsul Gebehardus, qui Boëmis appellatur Iaromirus, consecravit Ecclesiam (phanum) suam in nova Curte, quæ dicitur Serczinavez, Cosm. Curs curtis: (ut id hîc, ceu in transcursu subijciamus) peregrinum sive barbarum vocabulum: significat prædium: item pagum aliquando; non nunquam & sedem aulæ. Non est infrequens Cosmæ nostro, tum & Vitikyndo, eiusq; farinæ & ætatis hominibus.

A.D. 1421. Castro D. VVenceslai, vbi nunc est regum Boëmiæ sedes regia, dedito Pragensibus, aguntur Deo gratiæ, canunturq; epinicia & hymnus Ambros Augustinianus (Te Deum laudamus) impulsis per templa campanis, testificandæ publicè læticiæ causâ.

A. D. 1424. Zizka advenit Gutenbergam, & reliquum eius urbis ob defectionem ad Cæsarem (ait Dubrava)

va(funditus in tantum cremavit & vastavit,"ut per quadrantem anni à nullo planè mortalium incoleretur. Anno 1422. die Epiphaniæ Sigismundus Imperator montes Cuthnas igne succendi, ne Ziscæ cum exercitu receptū præberet, mandavit. Guteberga sive Cuthnæ mons, est vetustum inclyti regni Boëmiæ, & secundùm Pragam metropolim pri nceps ordine: octo à Praga milliaribus dissitum, oppidum: argenti quondam, exceptâ valle Ioachimicâ, omnium fructuosissimum, ut quidem scripsit G. Agricola, resq; id ipsa approbavit, de quarum argenti venarum vbertate aliquot retroactis seculis, nimirum ante annos 800. Lybussa Dux Boëmiæ verissimè fuit vaticinata, eundem locum montem tricuspidem sive trilaterem appellavit, ut est apud Hagecum hac de re scriptum vberiùs.

A. D. 1481. Hoc die & sequentibus maxima apud Vrbem Pragam VVltavvæ amnis fluvij inundatio, per crebros tempore verno imbres & pluvias, fuit. Effigies ad hospitalem in pede pontis tota(quod neq; patrum, neq; avorum memoriâ acciderat)aquis demersâ: ad D. Annæ aram summam ea eluvies pertingebat. Et in D. Crucis cœmiterio navigijs vehebantur. Ingens molis aquarijs & ædificijs, Vultaviæ vicinis, detrimentum attulit. Præcessit eclipsis Solis eo anno, quo & Mahometus sive Mahometes Turcorum Imp. decessit: anno deinceps insequente, Maria coniunx Maximil. I. Cæs. similiter ☉.

" Nunquam frustra effusæ intumuêre aquæ.

A. D. 988. Per hos & sequentes dies, & eâ æstate fervor in Boëmia immanis penè cunctos fructus consumpsit, & mox grandis mortalitas hominum subsecuta est. Sequente anno Cometæ apparuerunt, quas pestilentia subsecuta grandis hominum & iumentorum, maximè boum. Cosmas.

A. D, 1259. Petrus de ponte Curvo Legatus Papæ, cum 3, Idùs Maij Pragam venisset, hoc die posuit civitatem sub interdicto (vt loquitur Cosmas) Pragensem, consentientibus episcopo Pragensi & aliјs prælatis, pro quodam monacho, de claustro Portæ Apostolorum insimulato furti, per quendam Pragensem civem (quod Hagecus fusè narrat) hoc suis adijciens mandatis, quòd diuinum officium submissa voce ageretur, exclusis interdictis & excommunitatis: præcipiens etiam, quòd horâ vespertinâ singulis diebus ter pulsarentur omnes campanæ per singulas Ecclesias cum extinctione candelarum super omnes detentores & spoliatores clericorum. Quod interdictum duravit usq; ad 9. Kalend. Iulij. Relaxatum est eodem die propter iuramentum & satisfactionem promissam ciuium Pragensium. m. s.

A. D. 1343. ☉ Dominus Hostislaus de Petrovvicz. man. scr.

§ quidam habent 7 Iunij.

A. D. 1461. § Dimidia pars oppidi Altæmythæ incendio perit, id factum feriâ tertia pòst primam Dominicam Trinitatis.

A. D. 1474. Magnus ventus, ingruentibus quoq; tenebris,

nebris, in Boëmiâ, ita ut in Montibus Cuthnis propè 30. domus eius impetu violento corruerint tecta templorum, & aliarum ædium deiecta fuerint, damnum ingens illatum.

Non frustra venti magno increpuêre tumultu.

A. D. 1558. Decessit, ætate iam proclinatâ, ex hac vitâ, apoplexiâ percussus, vir nobilis atq; strenuus Eq. D. Georgius â Gersdorf. &c. in Cholticz, inclyti Regni Boëmiæ multos per annos Subcamerarius: pietate, virtute & iustitiâ præstans.

A. D, 1017. Thioddegus sive Theodatus, Pragensis antistes, ac martyris Christi successor Ethelberti (Adelberti) viam universæ carnis fideliter adijt. Ditmarus. Sed Cosmas annotavit 3. Idus Iunij; sepultus in D. Viti. Fuit hic præsul severus deliquentũ reprehensor. Sedit annos 19. Bona sua bipertitè divisit; unam eorum partem Basilicæ D. Viti legavit: alteram in pauperes Christianos, & egentes opifices erogari præcepit. Suffectus ei est Helicardus, natione Teuto.

A. D. 1112. Vt quidem annotat Cosmas, Pulkava, Hagecus. VVladislaus nepos Ducis VVladislavi, Bratizlai filius, ei æquivocus (homonymus) cum suis transiens Bavariæ Alpes, Veronæ, ubi regem Henricum invenit, celebrat cum eo Pentecosten, comitatus videlicet nutu Henrici iussuq; Ducis Boëmiæ, Henricum Romanorum Imperatorem cum 300 electis militibus [Pulkavva] Romam usq; ibidem inaugurandum. Qui post multos actus strenuos unà cum suis reversus est ad propria, multis reliquijs sanctorum abinde Pragam allatis; De quibus in Breviario Pragensi fusiùs.

A. D. 1234. VVenceslaus eius nominis primus, Rex Boëmiæ quartus, vocatus à Friderico secundo Imperatore ad nuptias, quas cum Agnete tertijs nuptijs, filiâ Othonis Ducis Meraniæ (Hagecus habet regis Angliæ) & Marchionis Istriæ celebraturus erat, venit Vormaciam, trecentis lectissimis Boëmorum equitibus comitatus.

A. D. 1249. [Pulk. & Hagecus habet 1250. 15. Aug.]

Inter regem VVinceslavum & Præmyslum filium ipsius facta est concordia; nam filius [ait Pulk.] patris gratiæ, cui quorundam instinctu rebellârat, reformatur; castrũ Pragen. & alia castra necnon civitates patri restituit, & suæ se subdidit per omnia voluntati, cui pater Marchiam Moraviæ cum omnibus pertinentijs aßignavit; autores verò eiuscemodi rebellionis in vincula & carceres misit, eosdem tamen postea gratiosiùs relaxari præcepit, & à vinculis solutos dimisit. Cùm autem à turbis inquieto ingenio homines non conquiescerent, rei læsæ maiestatis, capite pœnas luerunt, asſere (ut tum moris fuit) fractis eorum cervicibus. Pulk. De hac Tragædia copiosiùs Hagecus & Dubravius, historiæ Boëm. libro 16.

A. D. 1262. In vigilia sacrosanctæ Trinitatis obijt Dominus VVoko de Rosumberch, Marsalcus regni Boëmiæ, Capitaneus Styriæ, regnante gloriosißimo Ottagaro eius nominis II. super Austriam, Styriam & Carinthiam, obijtq; in Græcia civitate Styriæ: deportatus in Boëmiam atq; sepultus in cœnobio Altivadensi, quod ipse construere ceperat. man. scr.

A. D. 1302. Venceslaus E. N. III. Boëmiæ & Hungariæ rex, cognomento Iuvenis, ut eum appellat Neplacho, vel Iunior: anno ætatis 18. duxit Violam, filiam Ducis Teßinensis, quidam m. s. habet Calisiensis: Sifridus Misnensis: Poloniæ Ducis.

A D. 1386. Sigismundus Marchio Brandeburgen: Karoli IV. filius, Henrici VII. nepos, VVinceslavi Romanorum & Boëmiæ regis, frater: pòst & Cæsar Romanorum

rum

rum, & Rex quoq; Bohemorum numero XIII, in Alba Regali inauguratur rex Hungariæ anno ætatis suæ 20. Ioannes Thurocien.

A. D. 1525. Gorlicium conflagravit. Christoph: Manl. Ab hoc ad incendium illud, quod accidit 1331. 6 Maij, fluxerant anni 200 minus 6. annis. Idem.

XI. Iunij

 ba-

*A. D. 1189. * Fridericus Barbarossa, eius nominis I. Imperator, in amne Serram: quem inconsideratè lavandi caussa per æstum fuit ingressus, submergitur in Armenia. Car: Sigonius. Hieronymus Mercurialis vir doctissimus hunc amnem esse Ciliciæ scribit, nomine Cydnum, & citato Galeno, Alexandrum magnum æstivo tempore, dum se in eodem flumine lavisset, convulsione ac tremore, torporéve captum fuisse tradit. De huius Imperatoris morte nonnulli aliter scripserunt. &c. Beutherus.*

* Quidã annotant annum 1190 & diem 10. Iunij.

A. D. 1234 Vormaciæ, quò ad nuptialem solennitatatem vocatus, venit VVenceslaus Rex Boëmorum; salutat Frider. II. Romanorum Imperatorem, & vicißim ab eo humanißimè excipitur tractaturq́; instructo admpali epulo &c: in reditu, cùm ibidem 45 dies exegisset, ab Imperatore amplißimo donis ornatur, honestaturq́.

A. D. 1348. Quæ fuit feria 3. Pentecostes, Karolus IV. in quodam edito monte arcem erexit & naturâ loci & arte probè munitam, quam de suo nomine Karolistænam appellavit: Sacello D. Nicolai ibidem ab eo erecto. Hagecus.

A. D. 1507. In frumentario urbium Pragensium foro mira annonæ frugumq́; vilitas, in tantùm, ut modius siliginis 6: avenæ 2 großis Misnensibus venderetur.

A. D. 1508. In oppido Mysa, (à fluvio Mysa, ipsum præterlabente, sic appellato, [patria M. Iacobelli, quem Misnensem fuisse quidam perperam scribunt) hora psalmodiarum ad 60. domus incendio absumtæ.

*A. D. 1086. VVratislavus, Dux Boëmiæ 19. post Rex primus; hac die Maguntiâ, ubi celebrem conventum principum Imperator celebravit, cum Engilberto [ut habet Diploma Henr. Imper.] * Trevirensi Archiepiscopo ingressus est Pragam, ab eodem consecrandus & inũgendus mandatu Imperatoris, acceptus magnâ cum lætitia & solenni pompâ &c.*

* Hunc alij Tudbertum, alij Gilbertum perperam vocant.

A. D. 1376. Vt habent annales Boëmici ※ hoc die VVenceslaus Karoli IV. filius Sigismundi Hungariæ Regis frater, annos natus 15. designatur Rex Romanorum in prato Rensee: Karolo patre, tanquam rege Boëmiæ Electore, præsente: sequenti die Francoforti in æde D. Bartholomæi, per VIIviros Electores publicè denunciatur Rex Romanus.

※ item Cuspinianus & Funccius ex Chronico Coloniensi: alij anno 1377. minùs rectè.

A. D. 1420. Hoc die ad vesperum venit Rex Vngarorum cum multis millibus equestrium & curribus, cibarijs, ac alijs necessarijs oneratis, castro Pragensi & alijs, qui eius partes sequuti, in Hradczianis erant, repræsentandis: quod intelligentes Thaboritæ cum Pragensibus, Zatecensibus, & Lunensibus, aciebus ordinatis, ac curribus dispositis regi occurrere festinant.

A. D. : : : : Martinus Pontifex Romanus datis ad Alexandrum Lithvaniæ Ducem literis, cohortatur ipsum, ut secessionem faciat à Bohemis hæreticis, quos ita appellabat: nevè ipsis præsidiario milite ferat suppetias &c. m. s.

A. D. 1499. Concremata est fortuito, ut ferebatur, incendio,

incendio, tota illa pars, quâ itur à Castro oppidano præurbij Domazlicensis seu Tustensis, usq; ad templum Omnium, quod ita vulgò vocant, Sanctorum.

A. D. 1506. * Legati Reipublicæ Gutenbergensis episcopum Philippum solenniter, Pragâ egressum, in suam urbem deducunt, & Ecclesiæ suæ gubernatorem constituunt. Hagecus, qui annum præcedentem annotat, causam eius è Praga (discessûs annotat fusiùs; eam ibi, qui volet, legat.

* manu scrip. habet 16. Iunij.

❧ A. D. 1456. * Apparuit Cometes ad septentriones, subq; integras noctes usq; ad orientem solem per totum Iunium conspiciebatur. Hag. Autumnus & hyems valde humida: pestilentia, annonæq; caritas in Boëmia sunt consecuta. Mense Augusto ingens vis ventorum &c. Terræ motus. Prænuncius obitûs Ladislai Hungariæ Boëmiæq; regis.

* Alij initium apparitionis huius stellæ crinitæ referunt ad 16. Iunij.

A. D. 1554. Solis facies pallida ac veluti lurida aspectabatur. &c.

A. D. 969. Adelbertus, recèns inauguratus præsul Pragensis, ad suum præsulatum reversus, Veronâ hoc die solvens, ingreditur &c. vide Hag.

A. D. 970. Templum Prosicense (na Prosyku) D. VVenceslavo dicatum, à Duce Boleslao Pio fundatur. Ipse dux primum lapidem fundamento imponit.

A. D. 1255. Profluxit sanguis de pede crucifixi in Ecclesia Sancti Georgij Pragæ, Pomneno, Iudice Regis Boëmiæ, adorante, & manu sangvinem de pede crucifixi detergente. Simultas pòst exorta inter Præmyslaum Regem & regni ordines &c. De quo pluribus Hagecus. Comani, ut eos appellat Cosmas (alij Cumanos, nonnulli & Camanos) Austriam & Moraviam vastant.

A. D. 1421. Iaromiria ab Imperatoris Sigismundi milite benè munita, capitur tamen ab Hußitis, plurimis utrinq; cæsis. Ea fuit feria tertia sacræ Pentecostes, fuêre tum hoc in commilitio aliquot Regni Boëmiæ Barones, videlicet, Krußina; Boczkones Hynko & Ioannes Miesteczky: & D. Czenko de VVesele &c, secum aliquot centena equitum simul atq; peditum ducens. &c. M. L.

A. D. 1438. Feriâ sextâ post Corporis Christi, Albertus Dux Austriæ, gener Sigism: Imperatoris, rex Hungariæ, pro assumenda regni Boëmiæ corona, Pragam frequenti comitatu, magnaq; pompâ ingressus est, à Philiberto episcopo, Academiâq; Pragensi & omnibus regni ordinibus honorificè exceptus.

A. D. 1197. Venit in Boëmiam cum præsule Henrico, à Cœlestino Pontifice Romano missus, legatus è Collegio Cardinalium Petrus, à Lata via cognominatus, vt decumas ab ijs, qui in sacris constituti sunt exigeret, in Asiaticum bellum convertendas. Hic, die consecrandis sacerdotibus Pragæ in æde D. Viti præstitutâ, à sacerdotum coniugatorum turba est propè interemtus, tumultu excitato, quòd prælatos, matrimonij iugo iam ante alligatos, dimittendis, quas priùs duxerant, vxoribus iurare cœlibatum cogeret. Hæc ex Dubravio, qui ista prolixiùs describit.

A. D. 1357. Θ. generosa Dn. Margaretha, soror magnifici Dn. Petri de Rosumberg; filia illustris Dn. Henrici à Rosis ex Elizabetha: vidua Dn. Bavari de Strakonicz. Sepulta est in conditorio suorum maiorum monasterij Altivadensis. &c. Man. scr.

A. D. 1402. Fuit eclipsis solis: non multò antè, videlicet in Quadragesima apparuit Cometes horribilis. (Garcæus, ingens, oblongâ caudâ, clades orbi eius vibratu denunciatæ sunt, quæ pòst ex ingentibus motibus passim extiterunt.) VVenceslaus Romm. Boëmiæq; rex capitur: Dux Misnen. populatur Boëmiam prædabundus Pragam usq; excurrens; Barones quoq; aliqui ad Iglaviam tumultuantur.

A. D. 1420. Pragenses cum Thabriensibus & cæteris circa Hradczana & castrum Pragense castra metando, eiusdem castri, solvunt obsidionem, monasteriumq; Sanctæ

Magdalenæ monasterium S. Thomæ (in minore urbe Pragensi) ac domum quondam Subcamerarij tum pluribus alijs domibus succendunt: Thaboritis se ad Novam civitatem Pragensem transferentibus. &c. M. L.

A. D. 1447. M. Ioh. Przibramæus hoc die, qui fuit Dominicus. Pragæ in Collegio Karoli IV. vulgò Magno, de Sancta Trinitate habuit in publico Theologorum auditorio disputationem, præsidente M. Henrico N. Sacræ scripturæ Licenciato. &c. publicata tum est confeßio de Sancta Trinitate adversus Florentinæ synodi assertiones, &c; inclusa sequentiæ seu prosæ, ut vocant, sive hymno, qui incipit: Profitentes Trinitatem &c.

A. D. 1458. Georgius Podebradius, recèns inauguratus rex Boëmiæ, collectis copijs, hoc die è regia sua egressus, suscipit expeditionem in Marchionatum Moraviæ, pugnaturus in Brunenses, Olomucenses, atq; Iglavienses, qui detrectabant regis Boëmiæ imperium. &c. pontificiæ religionis partes affectabantur. &c.

A. D. 1529. Hoc & proximis vno & altero diebus Borzvvodæ sive Kadburzi amnis, Tynam Horssoviam; ad vnum à Tusta lapidem dißitum, oppidum; præterfluentis tanta sese effundit usq; ad eiusdem civitatis portam aquarum eluvies, ut complura circumcirca extructa ædificia unà cum ipsis inhabitatoribus demerserit. M. S. F. Quæ istius fluminis exundatio insolens, hominum eius ætatis memoriam exceßit

A. D. 1571. Ad Goltpergam, Lembergum & Lubaviam

viam prodigioso miraculo de cœlo pluit, piso, rapis, siligine, tritico, quod miseri & famelici homines vbertim divinitùs demissum, colligebant, panibusq; inde confectis inediam pellebant. Rem certo certius factam & M. P. Codicillus, V. Cl. suis in Ephemeridibus commemorat. &c. Non in solo pane vivit homo. &c.

A. D. 1869. ⊖. Mag. ac gener: Baro, Ioan: max: natu à Lobkovvicz, Libochovvicij in arce suâ, & Pragæ ad D. Viti honorificè tumulatur, fer: 1. post fest: S. Trinitatis. AEt: 79.

Conditur hac Ianus, Nestorque Bohemicus urnâ,
Et Patriæ, & gentis gloria Lobcoviæ.
Huius & illius columen, regnique supremus
Iudex, Curiæ adhæc, ille Magister erat.
Vivus profuerat Cleroque, Foroque: fidelis
Consultor Regno, Cæsaribusque sacris.
His quoq; nunc prodest fratre, ac ✠ hærede superstes
Seno, & ad, ut constat, maxima quæq; sato.
Lætus id exspectans, at CHRISTO lætior hærens,
Ac moriens, animam tradidit, ossa rogo.
Sat dignè vixit, qui liquit pignora lecti,
Per quæ post obitum viveret ex abitu.

Th. M. Lym:

✠ Ioannes Nicolaus, Vladislaus, Georgius, Bohuslaus, Bartholomæus.

A. D. 1086. Victore III. Pontifice Romano; Alexio Constantinopolitano, Henrico IIII. (quidam, puto, III.) Romanorũ Imperatore Ladislao, fratre, Geisæ VII Vng: Rege, VVladislao Hermanno primo Poloniæ monarchâ; Philippo Henrici fil. Galliæ. Alphonso VI. Hispp. Guilhelmo Normanniæ Duce Britanniæ, regibus: Inclitum regnum Boëmiæ fundatur. VVratislaus Dux XIX in Basilica D. Viti ab Engelberto Trevirorum archiepiscopo, hoc die, hora 16. inauguratur rex Boëmiæ, clero & populis ter acclamantibus. VVratislao: Regi nostro salus, honor & victoria. Pulk.

A. D, 1198. (Hagecus assignat 14 Iunij, sed nos Pulkavvæ & Brevnoviense Chron. m. s. sequimur.) Henricus Brzetislaus, ex prosapia regum Boëmiæ, præsul iuxtà, atq; Dux Boëmiæ in ordine 32. in urbe Imperiali Oegra; sed tum regno Boëmiæ (ad cuius fines est sita) coniunctâ, ubi æger aliquandiu delituit, in eum secessum sese à motibus bellicis recipiens, in Domino moriens placidè expiravit. Inde honesto funere eius defuncti corpus elatum, in cœnobio Doxano, quod non procul à Lithomiericiâ distat; conditur, ubi ipse ante annos aliquot & matrem suam sepelivit. Præsulatum. pòst & regnum Boëmiæ ad annos 15. administravit. Vir pius, honestus, bonus, atq; beneficus, Tempore famis, quâ premebatur Boëmia, maximam pauperum famelicorum turbam, de suo ære emtâ alimoniâ, sustentavit &c.

* De die obitûs discrepant scriptores.

A. D. 1297. * ☉. Gutha, aliàs Iuditha, VVenceslai

eius

eius nominis secundi vxor, die septimo à sua coronatione: corpus defunctæ, in D. Viti Pragæ, contiguum Præmyslo Othocaro conditur.

A. D. 1305. Ad diem Divo Vito festum, Elizabetha (sic in coronatione dicta, quæ priùs Rixa sive Richissa nuncupabatur) secunda VVenceslai. E. N. II. coniunx, edidit in lucem filiam nomine Agnetem; sed citò patre orbatam, antè enim, quàm de puerperio mater surgeret, more parientium, Rex VVenceslaus ⊖. m.s.

A. D. 1363. (is dies D. Vito fuit sacer) in eâdem D. Viti Basilicâ, mandante Karolo IV. Imp: & Rege Boëm: VVenceslaus Rex Boëm: cingitur diademate, ætatis anno uno cum dimidio.

A. D. 1415. Constantiense Concilium Boëmos atq; Moravos, quòd sub utraq; specie sumerent Cœnam Domini, condemnat hæreseos &c. M. L.

A. D. 1420. Bytziowia igne fortuito succensa deflagravit funditùs; plurimi mortaliū partim venti repentino suborto flatu, partim flammæ vehementiâ increscente, concremati.

A. D. 1426. (Quidam diem sequentem annotant, Quod non existimo discrepare: utroq; enim die dimicatum fuisse, arbitrari quis poßet) Cæsa ad 9. millia: alij ad 50. millia Germanorum à Boëmis ad Vstam; oppidum exustum. m.s. Qua de re fusiùs Hag. Æneas Sylvius, Dubravius.

A. D. 1438. Albertus Austriæ Dux Ecclesiam Pragensem intravit, & horâ tertiâ ab ortu suscepit coronam regni. Petri Codicil. m.s.

A.D. 1483. Sub medium men: Iunÿ dira pestis per Boëmiam potißimùm verò Pragæ grassabatur. Cromerus ait pestem atrocem invasisse ex Vngaria Cracoviam; auctamq; minorem Poloniam pervasisse; anno sequenti Masoviam, Prußiam, Boëmiam.

A. D. 1553. Ernestus Maximiliani secundi Imperatoris filius nascitur Viennæ Austriæ.

ETEOSTICHON.

Dux Erneste, poli labentis conspicis auras,
Quinq; ubi sol triplicat Iunÿ in orbe dies. D. C.

ALIVD.

Dedita vbi Vito recoluntur sacra Velino,
Ernestus Princeps nascitur Austriacus, B. S. P.

* pub. videlicet Cztiborio de Czymburga & Tavvacziovva, & aliÿs. &c.

A. D. 1086. Svvatavva, quam quidam Latinè Beatricem appellant, VVratiſlavi I. regis Boëmiæ vxor ſecunda, in D. Viti æde ab eodem Trevirorum archiepiſcopo de more, ſolenni pompâ coronatur regina Boëmiæ.

A. D. 1256. Virgines flaminicæ ſeu Veſtales de S. Georgij cœnobio exiverunt, inq; Pragenſi civitate ſunt commoratæ: nam timor magnus Comanorum & aliorum extraneorum militum, ex Vngaria auxiliariorum regis Belæ in Moraviam procurrentium, irruit ſuper Boëmiam; eorum itaq; impetum veritus rex VVenceſlaus, commeatum & alimoniam in illo ipſo cœnobio recondidit. Coſ.

A. D. 1444. Circa ſolſtitium æſtivum Cometa viſus eſt. Hagecus habet feriâ quartâ in vigilia Nativitatis Domini eodem anno. Garcæus annotat annum ſequentem. Huc acceſſit coniunctio ſuperiorum planetarum. Tum Ludovicus Delphinus exercitum 30000. in Helvetias duxit: Ladiſlaus rex Poloniæ & Vngariæ &c. à Turcis cum exercitu eſt oppreſſus. Item; Turci ad 20000. Græcorum trucidârunt. C. Leovit. Extitit ſequente anno inſolita VVltavvæ fluminis ad Pragam inundatio.

A. D. 1448. Iaromirium regni Boëmiæ, ad fines Sileſiæ ſitum, oppidum, incendio domeſtico ſuccenſum funditùs perit. A priore incendio, quo ſimiliter in totum fuit devaſtatum, lapſi ſunt anni 25.

A.D. 1471. VVladiſlaus &c. electus 27. Maij: Cracoviæ promulgatur & renunciatur rex Boëmiæ à legatis ex Baronum & Equeſtrium ordine tum Pragen. Rerum-

A. D. 1086. Engilbertus Archiepiscopus Moguntinus, secundum regiam magnificentiam, à VVratislavo recèns inaugurato Boëmorum rege immenso pondere auri & argenti, tum cæteris xenijs ac muneribus donatus & ditatus, cum magno honore lætus ad propria remeat. Cosm. Hunc Archipræsulem C. Bruschius ut & Mersæus in catalogo episcoporum Moguntinensium nuncupat VVezilonem &c: Quod lectori perpendum & discutiendum relinquimus.

A. D. 1156. Horâ primâ, Luna eclipsim passa. Secuta æstas sicca cum pestilentia. Continuat: Sigeb:

A. D. 1315. Nascitur ex Elissabetha coniuge Ioanni Boëmiæ regi filia secundogenita, nomine Gutha sive Bona. &c.

A. D. 1433. * Facta est totalis eclipsis Solis, & stetit in tenebris quatuor minutis. SSindelius. Fuit in signo solsticiali in domo octava. Vires suas effudit in annum sequentem. Et in concilio Ecclesiastico, quod Basileæ habebatur, Pontifex Romanus, initâ cum Boëmis pacificatione, compactatis, uti vulgò vocant, comprehensâ, eisdem Sacramenti usum subutraq; permisit: verùm ipsi inter se deinceps discordes ad arma venerunt. Cyprianus Leovitius. Scribit Mart: Cromerus, Magistrum Christannum, natione Boënum, præstantem tum in Academiâ Pragensi Mathematicum, VVratislao regi Poloniæ, misso ad eum nuncio, mortem propè ipsi imminentem, ominatum ex astris fuisse: ac prædictionem eius eventus comprobavit:

* M. Fritschius ad 1434. notavit.

bavit:

bavit: altero enim anno VVladiſlaus è vivis exceßit.

A. D. 1483. Incipit morbus popularis vexare urbes Pragenſes; durat uſq; ad dimidium Octobrem: funerata per id tempus Pragæ ad triginta cuiuslibet ætatis hominum millia. Obijt tum & Nicolaus cognomento Camelus, pugil ſtrenuus & robuſtus Pilſnæ ſepultus &c.

A. D. 1501. Iohannes Albertus Rex Poloniæ, VVladiſlai Vngariæ Boëmiæq; regis, frater, Toruniæ in Prußia apoplexi vitam finit, cum præcedente anno Cometes, eius obitûs præcurſor, apparuiſſet. Cracoviæ honorificè ſepultus.

A. D 1519. XVII. Iunij, eligitur Carolus V. Romanorum Imperator ab Electoribus, qui omnes ad electionem convenerant, ſed Laſlai (Ladiſlaus) Dominus de Sternbergo Baro Boëmicus Ludovici regis Boëmiæ legatus fuerat ibidem, ait Carion.

A. D. 1155. Fridericus primus Romanorum Imperator Romæ coronatur. Profecturus in Italiam, Imperij simul atq; Germaniæ administrationem VVladislao, tum adhuc Duci Boëmiæ, demandat. m ſ.

* Chronicon Aulæ Regiæ 1282. habet.

A. D. 1284. Hagecus. * Legati Pragam mittuntur, qui Proceres & ordines regni Boëmiæ certiores redderet, Ducem VVenceslaum, pòst eius nominis secundum regem Boëmiæ, deducente ipsum Marchione Brandeburgense, Pragam adventare: Cuius felicem & exoptatum Boëmis, molestâ septennij ex custodia, reditum stellæ admodum lucidæ in Aprili eiusdem anni ominosus conspectus præsagiebat.

A. D. 1297. (Vt annotant Chr. Aulæ Regiæ Cuthenus, Hagecus. Quidam m. ſ. habent 1292. Alij 1291. utrumq; vitio exemplaris, aut librarij incuriâ corruptum esse censuerim) Gutha sive Iuditha &c. VVenceslai regis Boëmiæ uxor, filia Rodolphi Imperatoris, invalescente morbo, quem infantuli partu, tunc noviter præcedente, contraxit, obijt. Sepulta in castro Pragensi circa sepulchrum Othocari regis, quorum corpora in cœnobium Aulæ Regiæ, ubi opus illud perficeretur, mandantur transferri. Testamento condito mandat suorum bonorum partem distribui viduis, pupillis & egenis. A. R.

A. D. 1363. Elizabetha Karoli IV. uxor quarta, filia Bohuslai Ducis Stetinensium, Kazymiri Regis Poloniæ neptis ex sorore, Pragæ in Basilica D. Viti solenni ritu coronatur atq; inauguratur regina Boëmiæ.

A. D.

A. D. 1415. Lecti sunt articuli contra doctrinam & personam Iohannis Hus, die Martis, XVIII. mense Iunij, in congregatione (synodo) publicâ, & exhibiti notario; Et ego Iohannes Hus (ità in quodam m. s. legi vetusto) semper in spe servus Christi, scripsi responsiones ad articulos in eorum copiâ sicut in ista notula (apparet) iuxta meam conscientiam, de qua Domino Omnipotenti debeo reddere rationem.

A. D. 1552. Rudolfus Maximiliani II. Imperatoris filius, pòst & ipse, Vngariæ Boëmiæq; rex, atq; Romanorum Imperator P. F. Augustus, nascitur Viennæ Austriæ.

ETEOSTICHON.

Iure, Rodolphe, sibi laudes te Iulius orto, &
Poscit in Austriacis pulchra Vienna iugis. D. C.

Aliud.

Qui dubij caput est pelagi, terræque, Rodolphus
Cæsaribus Cæsar nascitur ortus avis. B. S. P.

O: Anno 1612. Pragæ.
Etheostich.
Dux et Lux Fabiani seu Luce Rudolphus
Cæsareo genitus Sanguine Cæsar obit.

XIX Iunij.

A. D. 1329. Iohannes eius nominis quartus episcopus Pragensis, in ordine 27, Româ Pragam revertitur causæ victor, quæ illi cum præposito Lithomiericensi ibidem intercessit, & XI. annis agitabatur: supplex in limine templi agit Deo gratias, sequenti die emit arcem cum attinentijs nomine Herstenam, * & alteram arcem Karelspergam &c. vide Hagecum.

* non procul à Domazlicio disiitā.

A. D. 1438. Circa festum D. Viti, initia pestis contagiosæ vigebant, qua pòst multi nobiles clariq; viri sunt extincti &c.

A. D. 1484. Sabbato post festum Corporis Christi, sub horam noctis quartam: Reginæ Hradecium, oppidum ad Albim & Orlicen amnes situm, unà cùm præurbio, funditus, incendio vastatum, perijt: elapsis à priore eiusdem urbis conflagratione annis 77.

A. D. 1545. Sol est deliquium passus: Quo anno excessit ex hac vitâ Elizabetha, regina Sarmatiæ: Ferdinandi Pannoniæ, Boëmiæq; regis filia, & quæ præterea res gestæ sunt consecutæ, quarum hæc eclipsis veluti anteambulo extitit, non est ignotum

⌘ stianum proiecto in eum lapide Kalend. Maij interfecisset) capitale luit supplicium, nimirum palo affixus: pavore tum maximo fuêre correpti commorantes Pragæ Iudæi, motum aliquem plebis metuentes: ad quem res magnopere propendebat: Sed eius initium interventu quorundam Senatorum Pragensium fuit repressum.

A. D. 1253. Agnes, regis VVenceslai Monoculi soror virgo vestalis, (ordinis divæ Claræ) unà cum fratre suo, fundat cœnobium Stelliferorum in pede pontis veteris Pragæ &c. Extat & fundationis atq; donationis eiusdem cœnobij exemplum &c.

A. D. 1255. Bernhartus Neapolitanus, Pontificis Romani legatus, Pragam advenit, atq; à Clero 200 libras argenti pro suis procurationibus exigit, & largas indulgentias, ubi diversabatur, dilargitur: tùm & Præmyslaum Boëmiæ regem ad bellum sacrum, Borußis paganis inferendum, excitat: cuius & expeditionem deinceps ipse rex suscepit.

*A. D. 1439. Cum Pragæ lues contagiosa per hos dies grassaretur, duraretq; à dimidio Iunij ad initium usq; Novembris M, Zderazij in regiâ VVenceslai, Karoli IV. filij, Obijt Philibertus * Præsul Constantiensis, non equidem Germaniæ sed (ut ait in historia Hußitarum Cochlæus) Galliæ provincia. Fuit hic & Pragensis antistes, qui sacros ordines sub utraq;, uti vocant, in arce Pragensi conferebat, & Barbaram Sigismundi Imperatoris coniugem, in Basilica arcis Pragensis inauguravit reginam Boëmiæ; in eadem D. Viti Basilica & ipse sepultus. Eius obitûs quasi fenestram, sicuti dicitur, aperuit morbo populari, qui per hæc tempora magnâ sævitiâ Pragæ, inq; alijs Boëmiæ locis vehementer grassabatur.*

* Quasi dicas Græcè Euphemius.

A. D. 1514. Vir quidam Iudæus, quòd puerum Chri-

A. D. 1090. Gebhardus præsul Pragensis, ad regem Vngariæ in Pannoniam præfectus primâ, qua regem, adijt, die in immanem corporis incidit molestiam (morbum) septimâ pòst luce & mortuus Strigonij oppido Hungariæ, quam eruditi Istripolim appellant. Pulk. Lat.

A. D. 1130. Sobieslaus, Dux Boëmorum, insidiatores vitæ suæ Skochum & Iarosšium (servos Miroslai comitis, filij Iohannis) ipsum quoq; Miroslaum unà cum fratre Strezymiro & Gratiano medico, qui duci venenum debebat propinare, capitali supplicio mandat affici, quosdam in foro Pragensi publicè decollari, alios pedibus, manibus, lingua truncari & visu privari: Bratislaum verò Bratislai Ducis filium luminibus orbari (De quo infrà) Cosmas & Hagecus, qui fusè hæc describit.

A. D. 1305. (Dubrav. & Cromerus, habet 24. Iunij minùs rectè: nisi fortaßis de die sepulturæ eius intelligatur. Nam hunc diem atq; annum aliquot m. s. referunt, quibus & inscriptio sepulchralis attestatur.) Rex Venceslaus E. N. II. cognomento Pius, aliâs Monoculus, Boëmiæ rex in serie V. cum infirmitate gravi correptus, &, ut Przybyslaus Pulkavva refert, ex intoxicatione, in lecto ad sex menses decubuisset, vitam suã feliciter finivit, extinctus Pragæ, hora quasi diei prima anno ætatis 36. In cœnobio Aulæ regiæ, familiæ Cistereiensis, quod ipse erexit, sepultus. Præfuit regno Boëmiæ annos sex ab inauguratione. Multa eius mortem portendebat. Anno superiore pòst Calendas Ianuarias cœlum intonuit.

Danubius

*Danubius insolenter post obitum eius excrevit, multos pagos & accolas urbes inundavit. &c. Bonfin: Ferunt (quod idem annotat abbas Vopatovicensis) eodem die, quo iste rex est mortuus, ad Pisecam * oppidum Boëmiæ, à dimidia nocte usq; ad tertiam diei horam flumen stetisse, cursumq; suum retrò flexisse, id ipsum plurimis hominum aspectantibus. Rex pius, religiosus, aliquot linguarum callens, humanitate, comitate, benignitate, & alijs virtutibus regijs præstans. In primis humaniorum literarum, literatorumq; amans. Quam ob rem erigere in urbe Pragensi, publicam scholam in animo habuit: sed quorundam sinistrorum, minusq; proborum perversa consilia, tam sanctissimum optimi regis conatum interverterunt. Qua de re Chronicon Aulæ Regis, ubi hæc fusiùs describuntur. Somnium obitûs huius regis præsagum extat, in Epitoma Siffridi, Misnensis ex editione Fabriciana. Suffectus ei in regno est Venceslaus filius, cognomento Iunior. Eodem anno sub exitum Quadragesimæ, apparuit Cometes, quem pestis per universum orbem secuta est. Chron: Saxon.*

* Pjsek Boemicæ est Latinis arena. (quòd ibidem ramenta auri reperirentur) Itaq; eandem civitatem Iohannes SSlechta voce Græcanicâ Hāmoniam quodā suo in carmine appellavit.

A. D. 1509. VVladislaus rex, cum magno frequente, splendidoq; aulæ comitatu in Curiâm descendens, Novæ Pragensis Reipublicæ, designat Senatum, personas numero 18. de concessa ei urbi per suum diploma immunitate, quum antea intra duodenarium numerum is Magistratus constitisset. Primas tum creatus Stephanus Huncelederus, cui rex ipse sigillum consulare in manus exhibuit. Vtq; illius facti extaret memoria celebrior, eiusdem

deni regis benigno mandatu, hoc ipso die dimißi ex carceribus publicis liberatiq; sunt, quotquot ibidem vincti detinebantur. ms.

A. D. 1528. (Quidam aßignant XI. Iunij, quod fortasse incuria typographorum mendum accidit.) Maria, D. Karoli V. Rommanorum Imperatoris P. F. A. filia, Maximiliani II. coniunx Augusta &c. nascitur Madrilij urbe Castiliæ.

ETEOSTICHON.

Phœbus ubi æstivi tetigisset brachia Cancri,
Castilijs infans est Maria orta plagis. D. C.

ALIVD.

Sol ferventis ubi torrens per brachia Cancri
Labitur, invicto nata Maria patre est. B. S. P.

A. D. 1550. Sabbato ante D. Ioannis Baptistæ, tectū superius, seu testudo chori in templo Glatoviensi ad summam aram, suapte sponte corruit: sed non cuiquam hominum, Dei misericordis beneficio,. damnum eâ ruinâ est illatum.

ETEOSTICHON.

Celsa Glatovini pereunt fastigia templi,
Huc ubi veloci Iunius ibat equo. Sim: Ennius.

A. D. 1067. Per hos dies in Boëmia, morbus popularis, qui usq; ad Nouembrem menſem duravit, tanta luis contagioſæ vehementiâ graſſari cœpit, vt tertia pars mortalium ferretur fuiſſe extincta. Emerſerant ſub tempus vernum denſiſſimæ per Boëmiam, fœtore graviſſimo, nebulæ, illarum coortu atq; hauſtu eam ipſam peſtem progeneratam eſſe aiebant Phyſici & Medici &c.

A. D. 1085. Per hos quoq; dies maximè in vrbibus Pragenſibus invaluit vis peſtilitatis, in tantum, ut uno die ibidem ad ad 50 & ampliùs mortalium capita funerarentur. Tum quoq; temporis crebra per pagos, ſylvas & oppida comparuerunt hominibus ſpectra oſtenta, atq; terriculamenta: pleriq; hominum, conſpectu talium phantaſmatum exanimati fuiſſe ſcribuntur.

Inſtitutæ igitur à Iaromiro Pragenſi Epiſcopo pro avertenda ea plagâ, ſunt publicæ in Eccleſia ſupplicationes atq; ieiunia & preces: nec mora, intra octo dierum ſpacium ea mortalitas (ut quidam Eccleſiaſtici loquuntur) conqvievit: referentibus noſtris Chronologis.

Molle DEO, fuſisq; cor eſt penetrabile votis;
Cumq; ſit invictus, vincitur ipſe fide.

A. D. 1022. Quaſi duo Soles viſi. Iohan. Thurocien.

A. D. 1191. Sol, furente peſtilentiâ, per aliquot horas mirificè eſt obſcuratus, quam rem, inſignem aliquam principibus plerumq; portendere calamitatem vulgari hominum obſervatione compertum eſt. C. Sigonius

A. D. 1196. VVladiſlavus, filius Regis VVladiſlai ſe-

cundi, eius nominis II. declaratur Dux Boëmiæ numero 32 is rebus Boëmicis tantûm ad 6. Decemb: diem præfuit: regnum enim gubernandum fratri suo Præmyslao cocessit, ipseq; Marchionatûs Moraviæ gubernacula assumpsit. Rarâ sanè optimeq; commendabili fratris in fratrem gratiâ atq; præclara in tam illustris honoris concessione, animi propensio &c.

A. D. 1284. VVenceslaus eius nominis II. & Boëmiæ rex numero VI. cum Othone Marchione Brandeburgense, vt, annum ætatis agens duodecimum, Regni Boëmiæ gubernacula capesseret, Pragæ regiam suam adijt desideratissimus, ab Ordinibus regni publicè institutâ gratulatione honorificè exceptus.

A. D. 1305. (ut est scriptum in Chronico Aulæ Regiæ) principes & Barones Regni Boëmiæ feretrum cum demortui Regis VVenceslai reverendo corpore portabant de Ecclesia ad Ecclesiam, immolantes hostiam: instituto solenni & frequenti funere, maximo omnium hominum coorto planctu.

*A. D. 1323, * Iohannis Boëmiæ regis filius sacri baptismatis undâ lavatur: Inditum ei nomen Iohannes Henricus, ex patris & avi ipsius nominibus conflatum. Franc.*

* Hagec. habet 1321. ni sit in alterutro viti um exemplaris.

A. D. 1371. Iohannes Dux Lucemburgensis & Comes S Pauli, archiepiscopus Moguntinensis, numero 46. vulgò Gallus cognominatus, filius VVenceslai Ducis Brabrantiæ & Lucemburgi (eius nimirùm, qui frater germanus fuit Karoli IV. Rom. Cæsaris Augusti) feudum Pra-

gæ à

ge à Karolo quarto accipit &c. man. scr.

A. D. 1373. Elizabetha Karoli IV. uxor quarta, horâ quasi psalmodiarum filium edit in lucem, cui Iohannes avi paterni nomen inditum. Hic Iohannes fuit deinceps Marchio Lusatiæ & Dux Gorlicensis, ut alibi ista fusiùs annotantur.

A. D. 1445. Ex assiduis imbribus in Boëmia fluvij, amnes, flumina, extra alveos effusa, inusitata exundatione excreverunt; piscinæ plurimæ disruptæ: detrimenta ea eluvies multa intulit; alicubi mortales miseros demersit, suffocavitq; : In quasdam etiam Antiquæ Pragæ cellas subterraneas penetrarit; unde quædam ædes subruebantur. Prædixit multos ante annos (tempore videlicet Karoli IV) Magister Gallus, insignis Mathematicus, Pragensis Academiæ professor publicus, ex corporum cœlestium positu prævisas, eiuscemodi inundationes &c.

Boëmia quando fidem Christianam primo professa et quo sub duce.

A. D. 894. Formoso Pontifice Romanorum 46. Leone Constantinopolis, Arnulpho Rom. Imp. Odone, Roberti filio Franciæ, Ordonio Secundo Hispaniæ; Donaldo Scotiæ, regibus: Boriboius, Hostiviti filius, à Præmyslavo numero VIII, Dux Boëmiæ, unà cum Lidomilla uxore suâ, totaq; natione Boëmicâ, fidem Christianam professus, à Cyrillo (ut habet P. Pulkavva) Moraviæ archipræsule, qui quondam & Svvatoplucum Moraviæ regem & totum regnum illud Christo initiavit, & Methodium arhiepiscopum post se reliquerat, sacro baptismatis fonte tingitur: Svvatopluco (quem quidam Svvantepaldum mendosè appellant) rege Moraviæ pro ipso in baptismo fideiubente.

A. D. 1066. Legati à VVratislavo duce Boëmiæ destinati, hoc die Moguntiam (urbs est ad ipsam Rheni ripam, ubi Mœnus, vetustioribus Moganus, Rheno miscetur, sita: VIIviri Electoris imperij Romani & archiepiscopi Moguntini sedes.) ubi tum Imperator conventus Imperij agebat, ingressi, præsentatoq; ipsi Iaromiro, VVratislai fratre, electo Pragense episcopo, Ducis nomine petunt eundem à Cæsare, de more confirmari: At is Iaromiro anulum & pastorale baculum (pedum) assignans, eum archiepiscopo Moguntinensi Sigefrido, Baroni ab Eppenstein (Bruschius) Pragensem Episcopum consecrandum præcipit.

Solis obscuratio et quid subsequutum

A. D. 1191. Fuit magna & generalis in his terris obscuratio Solis, subsecuta fames in terrâ, & agrorum vinearumq;

nearumq; non parva sterilitas, Tritemius. Christiani ceperunt Acam, (quæ Ptolomæo & Acon, alijs Acte, Straboni Ace) urbem Palestinæ.

A. D. 1295. Anna, Præmysli Otthogari, E. N. I. Boëmiæ regis, filia, Henrici Ducis VVratislaviensis &c. coniunx, diem suum obijt: Tumulata VVratislaviæ in cœnobio D. Claræ: quod ipsa proprijs sumptibus extructum erexerat. Filios ex ea procreavit Henricum III. VVratislaviensem: Boleslaum Caluū, vel Sævum, Legnicensem: Conradum Glocoviensem, Saganensem, & Crosnensem, duces: VVladislaum archiepiscopum Salczpurgensem, pòst & gubernatorem VVratislaviensem. Curæus.

A. D. 1305. Hoc die (quo in quibusdam m. s. obitus, sed depravatè aßignatur) Regis VVenceslai, 21. Iunij, demortui corpus, navi impositum: VVltavæ fluminis Pragensis, secundâ navigatione in cœnobiū Aulæ regiæ, quod ipse à fundamentis erexit, de eiusdem mandato, funebri pompâ deportatur, atq; ibidem maximâ totius populi comploratione conditur, Huius regis obitum Cometes, proximo anno visus, antecesßit. Hoc ipsô anno 1305. Moguntinensis, Coloniensis, Archiepiscopi, item Argentinensis (ut annotavit Sifridus) ex hac vita decesserunt.

A. D. 1389. Diem obijt vir illustris, Baroq; Boëmiæ D. N. N. Lepus (Hasenburgius) cognomento Cæruleus: filius Domini Vlrici Leporis Hasenbergij de Zbyroh. Thomæus.

A. D. 1503. Anna de Candala, ex Vasconibus regiæ stirpis, VVladislavi Vngariæ & Boëmiæ regis, coniunx

in nobilißima Vngariæ civitate Budâ edidit in lucem Annam, quæ postea Ferdinando Archiduci Austriæ, necnon & regi Boëmiæ Vngariæq; &c: nupsit.

A. D. 1520. Per hos dies, subq; exitum Iunij mensi cœpit morbus popularis grassari in vrbibus Pragensibus tum & per Boëmiam, duravit propè ad exitum Decembris. Extincti ea lue contagiosa plurimi sunt viri pietate, virtute, eruditaq; doctrinâ præstantes: De quibus alibi oportuniùs.

A. D. 1503. Profesto D. Iohannis Baptistæ, Iudæorum Pragæ vicus igne corripitur, domus ibidem ad 70 concrematæ, præter eas, quæ scindulis sunt undatæ, damnum multis Iudæorum grave illatum. Id incendium usq; ad diem insequentem duravit.

XXIIII. Iunij.

Anno à Christo nato 81. Olympiadum 214. Mundi 4043. ☉. Flav. Vespasianus Imperator Augustus, anno ætatis 69: quo principe, ætate Cornelij Taciti, ut ex eodem illius ipsius verbis refert, B. Rhenanus, mansit Boëmi nomen: & significat loci veterem memoriam, quamvis mutatis cultoribus. &c. Vespesianus quando mortuus.

A. D. 1187. Sol deliquium passus. Consecuta id vehementissima pestilentia est, non tantum per Boëmiam grassando, sed totum propè terrarum orbem pervagata. Iudaica tum gens potissimum verò ditiorum, Pragâ emigrat, multi ex ea in itinere deprædati &c. Hierosolyma à Soldano AEgyptio capta &c. Solis deliq[uium] quid consecutum

A. D. 1435. Synodus ordinum regni Boëmiæ atq; Marchionatûs Moraviæ, in arce Pragensi ad hanc diem indicta: ibi inter cætera publicè decretum, ut Sigismundum Imperatorem, Vngariæq; regem, regem quoq; Boëmiæ, vnanimiter agnoscant: nam is ante 15. annos in arce Pragensi à quibusdam ex ordine Baronum & nobilium, diademate regni Boëmiæ incinctus quidem, sed non ab omnibus fuerat etiam receptus. &c. Boëmi consultat pro agnoscendo et recipiendo Sigismundo Cæsare.

A. D. 1477. ☧ *reipublicæ Novæ urbis Pragensis, à Friderico Imperatore facta accessio insignium. &c.* ☧ hunc diem quidam nocant: alij alium.

A. D. 1506. Regina Anna, VVladislavi regis vxor, quum ageret Budæ in Vngaria, enixa est filium, nomine Ludovicum, quod ei, ut est apud I. Sambucum, mater dedit. Nam pater Iulium appellari voluit. Non multò pòst eum enixum illa ipsa Anna, nimirùm die Annæ, ut Ludovicus Rex quando natus et cuius filius.

quibusdam placet, est morte defuncta. Annum nativitatis Ludovici hoc hemistichio. M. Cuthenus inclusit.

Ante diem natus.

Intempestivo enim partu à matre effusus, cute quam ἐπιδερμίδα vocant, carni obvestita, ut habent Cureus Sambucus. Hoc anno, ut quidem habent Cuthenus, Hagecus, Cureus, & nonulli annales nostri manu scripti: Stephanus verò Broderithus: A.D. 1505. Dubravius autem recusus, & Sambucus. A.D. 1503. habent: quem annum natalem Annæ filiæ primogenitæ nostri Chronologi adscribunt. &c.

A. D. 1527. Natus est Dominus Iohannes ab Hasnburg, Baro Boëmicus. m. s. Dess:

A. D: 1531. Sub hosce dies in urbe Zatecio; quod decem milliaribus passuum distat à Praga, pestilentia gravis sævire cœpit.

A. D. 1555. Diem clausit extremum in oppido Glatovia, ad 13. à Praga lapidem distante, venerabilis vir, Magister Martinus, Glatoviensis, Theologus & Presbyter, quondam & Administrator Consistorij Pragensis, sub utraq; specie comunicantium: ad hæc prædicator per multos annos in sacello Bethleem: Vixit annos 52. Natus enim fuisse scribitur. A. D. 1498. Sub extremos ætatis suæ annos adeò repuerascere mente est visus, vt ne dies quidem cuiuslibet hebdomadis discriminare potuerit. &c.

Insolita repuerascentia

A. D, 1575. Placidè obdormivit in Domino generosus

sus

ſus ac magnificus D. Petrus à Schvanberg &c. Baro Boëmiæ: patientiâ Chriſtianâ exercitatiſsimus, inq; adverſis conſtantiſsimus. Sepultus in Ronſpergo ſuæ ditionis oppido.

ETEOSTICHON.

Exutus curis Petrus Schvvanbergius aſtra
Cùm colit, Agnifero Lux ſacra vate viget. I. R. Z.

*A. D. 1140. Otho Pragensis Ecclesiæ Canonicus & Præpositus, iam antea declaratus præsul Pragensis, numero duodecimus, ab Alberto * Moguntinensi archiepiscopo consecratur, idq; hoc ipso die, ut habet manu scriptum. Nam Hagecus ultimum Maij notat, quo, ut ego censuerim, Pragâ egressus, Moguntiam contendit.*

* Adalberto II. Comite Sarburgensi, 28 (ut est apud Menzeum)

A. D. 1151. Mortua est Gertrudis, uxor VVladislavvi, regis Boëmiæ, soror Conradi Romanorum Cæsaris Augusti Sepulta in cœnobio montis Sion vulgò Strahovvia Friderici, Alberti, & Svvatopluci liberorum masculorum: item Helenæ, Agnetisq; filiarum mater. Matrona pia, proba, honesta, benefica. Hunc Reginæ obitum bis in suis Annalibus adnotavit Hagecus: Primò: A. D. 1151: (ut suprà) secundò: A. D. 1561. Quòd aut typographicæ est operæ librarijvé erratum, aut ἁμαρτημα, sive σφάλμα autoris μνημονικὸν. Neq; mirum: hominis enim, & verò non indiligentis, præsertim in tanta rerum amplitudine, varietateq;, errare est.

Tartari duce Bela rege Hungariæ in Moravia grassant.

A. D. 1256. Cumani, (Tartaros nuncupat Pr. Pulkavva) duce Bela, rege Vngariæ, multa millia Christianorum occiderunt in Moravia circa Olomucium: (Moraviæ non ignobile est oppidum: præsulis Moravici sedes. Quidam Latinis Iulium montem appellari autumant: Ptolemæo Eburum Ortelius ex Pyramio) infinitiq;, fugientes ab eorum facie, sunt submersi &c. Rex autem Bela, ut idem ait Cosmas, à Legato Papæ repressus, ad propria redire cogitur. Iaroslaus de Sterneberg, per idem

dem

dem tempus Capitaneus eiusdem civitatis, Cumanorum præfectum seu Imperatorem letaliter vulnerans interfecit: eius obitu Tartari dolentes, fugâ reversi sunt in Vngariam. Pulkavva. Dubravius. Vt de anno, ità & de die mirè inter se variant scriptores. Nam Pulkavva & Cuthenus hæc referunt ad annum 1254: Hagecus ad annum 1253. longiùs recedendo, notat 1241. annum.

A. D. 1442. Straconicium, oppidum ordinis Militū Hierosolymitanorum, concrematur, per incuriam puerorum, ignem parùm cautè tractantium, excitato incendio.

A. D. 1516. Aëris commotio fuit admodum insolens. In districtu Czaslavviensi ad VVylemovvium oppidum, fulmine, grandine, ventis, turbine, cæteráq; id genus tēpestate arbores, sylvæ; segetes, poma: ædes, casæ perculsa, afflicta, contusa: tegulæ in tectis minutæ: culmina in agris disiecta, dissipata: aves, lepores, aliaq; id genus animalia, pleraq; ad necem illapsa grandinum violentia deverberata.

A. D. 1531. Θ. vir illustris, Baroq; Boëmicus, Dominus Adamus, Novæ Domûs Dominus: supremus Regni Boëmiæ Cancellarius &c.

A. D. 1551. Excessit ex hac misera vita in beatam vitam Ferdinandus, filius Maximyliani, eius nominis II. Boëmiæ regis, pòst & Romanorum Imperatoris Augusti; primogenitus: unius anni puellulus.

XXVI. Iunij

A. D. 1295. Præmyslus, Præmysli primi Ducis Poloniæ, filius posthumus, rex creatus, diadema regium ab Iacobo Svincâ Archiepiscopo Gnesnensi, solenni ritu inunctus accipit, VVenceslao Secundo Boëmiæ Vngariæq; Rege, Crocoviensem & Sandominensem Ducatum tenente ex resignatione & legatione Kunegundis Ducissæ Poloniæ, matris suæ germanæ sororis: Poloniæ videlicet regno, ut ait Cromerus, in multos principatus discerpto.

A. D. 1321. In die beatorum Petri & Pauli apostolorum feriâ sextâ: Eclipsis Solis extitit, quæ ab hora prima usq; ad horam tertiam perduravit: Quâ factâ, statim postea omnium è terra nascentium grana & semina, quæ antea fuerant benè disposita, sunt quasi visibiliter diminuta &c. Franciscus Lat. Hoc solis deliquium ita describit quodam in diplomate Ioannes XXII Pontifex Romanus: Anno inquit, 1321, id est, feriâ sextâ Veneris post Nativitatem beati Ioannis Baptistæ, facta fuit horribilis solis Eclipsis in comitatu Damou vel Daynov, & decoramine (sic in manu scripto legi, mendumq; librarij subesse opinor) ità, quòd ferè per quatuor horarum spacium illius diei Sol esset inflammatus & rubens, tanquam sanguis. Item; In nocte illius diei Luna foret (fuit) deturpata & obscurata velut saccus, ità, quòd crederent habitatores illius terræ esse novißimum finem mundi. Necnon in ipso die audita fuerunt incogitabilia tonitrua, & ineffabiles corruscationes visæ, sic, quòd nonnulli crederent quàm plurimos ignium globos de

Horribile solis deliquium

cœlo

cœlo ſuper terram & ſuper domos cadere, & pellea (paleis, ſtipulis) cooperta in quibuſdam locis ſunt combuſta: & fuit viſus quidam draco terribilis in aëre, cuius flatu & anhelitu fœtido gentes non modicæ ſunt extinctæ, inſuper & terræ motus in quibuſdam locis & aliâs, quod tota terra tremeret, atq; tremore ipſius quam plurima hoſpitia ad mare Angliæ ſituata: corruerunt. Hæc ex literis eiuſdem papæ, quorum tamen ſcriptura, incuria librarij, puto, pleriſq; in locis eſt depravata.

A. D. 1322. feſto Sanctorum Ioannis & Pauli eclipſis ſolis fuit hora diei ſecunda, & duravit uſq; ad horam quartam; & Dominus Lepus de VValdek à Bavaris ſagittâ læſus perimitur. Victor eo in conflictu extitit Ludovicus Imperator, qui nobilium proceres ad ſe 60. nominatim advocat, baltheiſq; & alijs inſignioribus donis, virtutis ergô ſingulos exornat. Dubravius.

A. D. 1424. Feriâ ſecundâ poſt Iohannis Baptiſtæ, ad veſperam fuit Eclipſis Solis valde horrenda: huc acceſſit coniunctio, alterâ alterius vires exacerbante, vehementiſſima invaluit, quâ & Ioannes Zizka ſive Cocles, Boëmus, bellator ſtrenuus atq; felix, deceſſit. Poſtea principes quidam Germaniæ tripartito exercitu in Boëmiam ingreſſi, ab Huſſitis repulſi ſunt &c. Terræ fruges ac vinum intempeſtivo frigore perierunt. Hæc Cyprianus Leovitius: Sed SSindelius ait ſignificata huius eclipſis, ſecundum Ptolemeum, anno demum 1434 apparuiſſe, quo in Nova urbe Pragenſi tumultuatum, & orphani, reliquiæ Thaboritarum, deleti. &c.

Solis deliquium quid consecutum

A. D.

A. D. 1494. Θ. magnificus Dominus Cztiborius Thovaczovvsky &c. gubernator seu Capitaneus Marchionatûs Moraviæ. Floruit sub rege Georgio, cui dedicavit librum suopte Marte compositum, sermoneq; vernaculo scriptum, & nostro tempore in lucem editum titulo: Veritas & falsitas. Prawda a lež. *Sub nostrum tempus & prælo subiectum: Estq; lectu & cognitu non indignus propter & rerum, quæ ibi tractantur, varietatem, & lingvæ nostræ cultum, nitorem, orationisq; elegantiam, atq; copiam in sublimi, ut vocant Rhetores, genere dicendi &c.*

XXVII Iunij

A. D. 1381. VVenceslaus, Karoli IV. filius, Romanorum Boëmiaeq; Rex, VVratislaviam nobilem Elisiorum urbem est ingressus: cogniturus de causa, quae inter Clerum & Senatum Reipub. VVratislaviensis vertebatur. Vbi clerum, à quo minus reverenter proq; dignitate regia habebatur, castigavit &c. De eo pluribus I. Cureus.

A. D. 1458. * Victorinus & Henricus, aliâs Hineco, Georgij regis Boëmiae filij, & Duces (ann. 1464. creati. Hag) pro honore Academiae Pragensis, & amore studiorum humanitatis atq; liberalium disciplinarum, quibus liberaliter instituti erant atq; exculti, ornant suâ praesentiâ actum Vniversitatis Pragensis (hoc die institutum) quo deferebatur gradus magisterij Domino Benedicto, vulgò Benesio à VValdstena, viro illustri, Baroni Boëmiae. Tanti tum habebantur literae à proceribus Boëmicis &c.

* Quidam m. ss habet 25. Iunij.

A. D. 1496. * Nicolaus Princeps Opoliensis Nisae, sententiâ capitali per iudices urbanos pronunciatâ, in area fori, spectantibus principibus, capite truncatus est: Quòd in conventu ordinum Silesiae, stricto pugione Principem Cazimirum & Ioannem Rotum Episcopum VVratislaviensem adortus, utrumq; conaretur confodere. Scriptum est, in morte ipsius Deum edidisse irae suae exemplum: ait Cureus, qui de his fusiùs, ut & Cromerus.

* Hagecus habet 26. Iunij diem D. Buriani.

A. D. 1550. Nascitur Carolus Maximilianus, Henrici II. Galliae regis filius, appellatus Carolus nonus; cui collocata, pòst in matrimonium fuit puella virgo illustris atq; regia, Elizabetha Maximiliani II. Romanorum Imperatoris Augusti, filia &c.

XXVIII Iunij.

A. D. 1403. ☉. *frater Hermannus Lepus de Zaluzie, qui fuit multis annis Prior in cœnobio Insulano. Sepultus in Divi Thomæ. Thomæus.*

* de die plerique variant.

Plectuntur capite ob indulgentias Papae 3 iuvenes.

A. D. 1412. Martinus, Iohannes, & Staſſek * *[feria secunda ante Margarethæ habet Cuthenus] in Antiqua urbe Pragense à Teutonicis, qui tum (propè omnes tunc Teutonici in Senatum legebantur, ait Hagecus) eam Rempublicam administrabant; capite truncati sunt tres iuvenes propter indulgentias, quas Papa miserat in Boëmiam &c. Qua de re fusè Hagecus; Cuthenus, Dubravius & cæteri manu scripti. Horum trium & Hussius in suo de Ecclesia libro, capite 21. commeminit.*

A. D. 1432. Primâ noctis horâ tectum, silice constratum ad D. AEgidij, & opere eleganti fabricatum, fulmine tactum, intra duas horas unà cum campanis omnibus deflagravit.

A. D. 1454. Duces circumiacentium & vicinarum provinciarum Pragæ in area fori Maioris urbis Pragensis à rege Ladislao, diademate regio recèns cincto, feudum acceperunt: exhibita tum & varia spectacula, atque ludi equestres, quæ barbari hastiludia & torneamenta appellant.

ETEOSTICHON.

Ante Petro & Paulo sacra iubila, nate Philippo
Sortire Imperij, Karole, frena sacri. Ioan. Balbinus.

Huic renunciationi interfuit nomine regis Boëmiæ, ut potè Electoris Romanorum Imperatoris, vir illustris Ladislaus à Sternbergk. Baro Boëmiæ &c.

A. D. 1545. ⊕. Voytichius filius Domini Floriani Gryspegij à Gryspach: Sacræ Cæsareæ Maiestati consiliarij cameræ Regni Boëmiæ. Sepultus in Basilica D. Viti arcis Pragensis.

Ante diem est raptus, Grispegi filius infans,
VVotichius, lachrymis parcite uterq; parens.
Sic etenim expediit. Miseræ nam si mala vitæ
Quis reputet; nasci sic velit, atq; mori.

Inscript:

A. D. 891. Arnus Præsul Virceburgensis (Herbipolensis) bello Boëmico, ut ait Georgius Fabricius ex Dithmaro, interficitur. Eius mortem vindicantes Germani, prælio contra hostes fiunt superiores, quod hoc die commissum est. Idem. Qua de re in nostris annalibus est silentium.

Iridis apparitio Continua et insolita

A. D. 1034. Iris insolitæ magnitudinis lucidaq; apparuit supra VVyssegradam: duravitq; tribus continenter diebus citra ullam immutationem. Circa Bartholomæi non multo pòst imbres magni, unde exundatio fluviorum, amnium, fluminum usq; ad exitum Septemb. mens:

A D. 1312. Clemente V. Pontifice Romano: Andronico seniore Palæologo, Orientis Imperatore: Henricus VII, comes Lucenburgensis: Henrici filius: Ioannis, regis Boëmiæ, pater: Karoli IV. avus: Sigismundi proavus, Rhomæ in basilica Constantiniana à Legatis Papæ coronâ aureâ, de more, cingitur. Factum id Olympiadis 519. anno quarto; urbis conditæ anno 2060. &c.

A.D. 1411. Zbynco ab Hasenburg, vulgò Zagicz, filius Domini VVilhelmi de Hazmburg, fundatoris monasterij Insulani, archiepiscopus Pragensis in ordine tertius, apostolicæ sedis Legatus, ☉. Presburgi. Deportatum eius corpus Boëmiam, & sepultum in Basilica arcis Pragensis anno demum 1436. sub initium Iulij mensis fertur hic Zbynco sublatus esse veneno. Sedit annos 31: Successorem habuit Magistrum Albicum, Teutonem: Physicum

cum & Medicum VVenceslavvi E. N. IIII. regis Bohemiæ.

A. D. 1415. Magistro Hussio & Magistro Hieronymo Pragensi, Constantiæ in carcere detentis, combusti sunt duo homines Olomucij, qui per quosdam scholares erant accusati de hæresi. Ephem. SSind: Comburuntur duo hæreseos in simulati.

A. D. 1438. Rex Albertus die Petri & Pauli in arce Pragensi per Episcopum Philbertum Constantiensem & Olomucensem, coronatus est, præsentibus archiepiscopo Strigoniensi & multis ducibus, proceribus, nobilibus, exteris & domesticis: epulum datum Pragensi in arce: rege in regiam, sitam in Antiqua urbe Pragensi, profecto sub corona: sparsis & in vulgus promiscuum largâ manu missilibus.

A. D. 1522. Halo, id est circulus circa Solem visus, Hora 13 mane, duravit usq; ad 15 horam: Ephem. D. Viti.

A. D. 1523. ☉. Magister SSismanek, Theologus Pragensis, presbyter, & Decanus Divi Apollinaris in monte ventoso: prædicator & parochus in Læta Curia, Administrator sub utraq; specie: item, sub id tempus rector Vniversitatis Pragensis. In templo Lætæ Curiæ, ubi docuit, est sepultus.

A. D. 1578. Anus quædam in templo D. Nicolai Minoris urbis Pragensis, accedit ad sacram synaxim, sumptaq; Cœna Domini, et ex choro egressa, ibidem collapsa corruit præceps, sacramq; ore reddens Eucharistiam, subitò mente est emota, captaq; adeò, ut in homines ibidem præsentes irrueret, eosq; opprimere conaretur. m. s. Domini VVenceslavi à VVressovvicz. IB x

 XXX. Iunij.

A. D. 1305. Albertus rex Romanorum exequias regis Boëmiæ, noviter (id est 21. Iunij defuncti:) in maiore Ecclesia Spyrensi cum magna pompa, multis principibus, episcopis & Abbatibus astantibus, celebravit. Tum per nimiam fortè & vehementiorem impulsionem campana eius ædis maxima concussa est atq; disrupta. &c. Tritemius.

A. D. 1364. Horâ completorij obijt Ernestus primus Pragensis archiepiscopus, natione Boëmus, patriâ Chotunensis, pago non procul à Broda Boëmica dissito. Vir pius, honestus, probusq;. Sepultus Glatiæ (quod est comitatûs Glacensis oppidum) in æde Beatæ Mariæ virginis ad summam aram. Promulgavit statuta, quæ privilegia vocantur, linguâ latinâ scripta, digna sanè, quæ legantur. Ibi inter cætera contra usurarios & sacrilegos, quos sic vocant, incitat & extimulat prædicatores: inhibet gestari ligationes, seu amoleta & rapturas (characteres) superstitiosas, verbo eius utimur. Ac memorabilem subiungit ibidem sententiam. Licet, inquiens, aliquando huiusmodi remedia curare morbos videantur: tamen illud non fit virtute remedij, sed permissione divinâ, & potestate Diabolicâ, ut qui iam per infidelitatem huusmodi, factus est membrũ Diaboli, ad errores alios profundiùs & periculosiùs pertrahatur. &c.

A. D. 1503. Iohannes Fridericus Dux Saxoniæ nascitur die 30. Iunij, horâ sextâ, minut. 30. m: s. Dessen.

A. D.

A. D..1559. ☉.(lapsu ab equo fractis cervicibus) nobilis ac strenuus Eques D. ※ Mstidruh à Chlum: serenißimi principis ac Domini, Domini Ferdinandi Archiducis Austriæ ænophorus,(sive à poculis: pocillator.) Honorifica pompâ elatus. Sepelitur in Læta Curia. ※ Misti-druh, quale & illud est apud B. Rhenanum Tudruh: Tudruhus. & per contractionem Tudrus

Inscript:

Horrendum certè, sic cecidisse, fuit.

Martinus Cuthenus.

Iulius

Qui & QVINTILis antiquè.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX. Dies habet horas XV: Nox IX.

✠ Hoc die, ut quidem annotat Dubravius: nam quidam habent 7 Kal. Iulij.

I. Iulij. Kalend. Iulij.

A. D: 1151. ✠ *Henricus, qui & Zdinko, Episcopus Olomucensis, emigravit ex hac vita, & in cœnobio Montis Sion, alias Strahovva, ex voto suo, sepelitur: Vir bonus & prouidus. Sunt penes nos aliquot ab Eugenio III. Papa, ad hunc Henricum tùm alijs de negocijs, tùm & de coniugio sacerdotum scriptæ &c. literæ. Eodem anno valida fuit fames ac mortalitas (pestilentia) hominum. Quod Marianus Scotus annotavit.*

A. D. 1300. Per hos dies VVenceslaus, E. N. II. rex Boëmiæ, mandat cudi grossum Boëmicum. Eæ operæ in area, quam vocant, Italicâ, exercentur Gutebergæ, cuius tum fodinarum argenti proventus erant copiosissimi. Inscriptio grossi & hodie legitur talis: VVenceslaus secundus rex Boëmiæ. Hoc eodem anno VVenceslaus designatur rex & Poloniæ, adhæc inchoatur regnum & imperium Turcicum: quod Othomanus, subactâ magnâ parte Bythiniæ, & quibusdam ad Euxinum oppidis, init.

A. D. 1310. Ab Ordinibus regni Boëmiæ legatio ampla instituta ad Henricum Septimum Romanorum Imperato-

perato-

peratorem petitum Elizabethæ puellæ virgini regiæ maritum, hoc die metropoli Boëmiæ unà cum suis comitibus exeunt. Legati fuerunt hi: Henricus Sedlecius, Conradus Aulæ Regiæ, Ioannes Plassensis, abbates, familiæ Cistерciensis: Iohannes à VVartemberg: Bohuslaus à Bor: Otho, vir apprimè sapiens atq; providus, in loco VVilhelmi ab Hasenburg, sive à Leporibus: Barones; Reipublicæ verò Pragensis; Conradus Corupulus, Otho figulessius, Ebirstinus, filius Poplini, * Ebrlinus de Lapide, Reipublicæ Cuthnensis: Tilemanus filius Lucæ, Conradus frater parochi Cuthnensis. Hagecus 12: eadem enim die pervenerunt Francofordiam ad Mœnum. Plura de his Hagecus, & Dubravius, item Chronicon Aulæ Regiæ. * Ebrlinus.

A. D. 1315. Nata est Iohanni regi Boëmiæ ex Elizabetha coniuge, filia secundogenita, nomine Gutha. Francisc.

A. D. 1458. ☉. Alphonsus rex &c. in Meyero & in Colleuntio. Cui AEneas Sylvius inscripsit & dedicavit suam, quam de rebus Boëmiæ scripsit, historiam Huius Regis obitu, lætatur Calixtus PP. Sed id gaudium non fuit illi solidum atq; diuturnum: nam & ipse per obitum non tardo Alphonsum, pede consecutus, non multò pòst è vita tollitur. Meyerus & Colleuntius.

Vivimus ancipites, morimurq; fugacibus horis.

A. D. 1506, Iulio II. Pontifice Romano, Maximiliano I. Imperatore Romanorum, Ludovico III. Franciæ; Ferdinando Magno Hispaniæ, VVladislavo Vngariæ & Boëmiæ, Cazimiro Poloniæ, Henrico VII. Britanniæ, regibus: Ludovicus natus. Vide & suprà 24. Iunij.

Bayazethæ Turcorum Imperatore: ex Anna Gallica uxore, Budæ naſcitur Ludovicus VVladiſlai filius, Cazimiri nepos, inter 15. & 16. horas. Cuthenus annotat 24. Iunij, ſed de hoc die plures Chronologi conſentiunt.

Hemiſtichum numerale anni.

Ante diem natus. M. Cuth. Boh.

Aliud anni & diei.

Quintilisq́ recens Ludovicus & accipit ortus,
Hic ſatus in cunis cernitur, ille polo. B. S. P.

A. D. 1520. Lues contagioſa cœpit Pragæ inq́ Boëmia ſub hunc menſem graſſari: & multos pietate, virtute, eruditaq́ doctrina præſtantes viros, cum Eccleſiaſticos tum politicos, abſumſit. De quibus alibi.

II. Iulij.

A. D. 936. * *E vita excessit Henricus E. N. I. Romanorum Imperator, qui habuit cognomen Aucupis : ætatis suæ anno propè 60. regni verò 18. Is bellum gessit cum Boëmis, pòst tamen, quoad vixit, singulari benevolentia, propensoq; amore Duces Boëmiæ fuit complexus. Ante eius obitum sol sereno cœlo obscuratur, per fenestras ædium radios immittens sanguineos: & alia, eius mortem sunt antegressa prodigia. Marianus Scotus & Tritemius copiosè describunt. Sol tibi signa dabit &c.*

* Quidā notant 4. Iulij.

A. D. 1066. VVezilo (VVeczil, VVaczlavv nomine Boëmico) Archiepiscopus Moguntinus, numero 41. Iaromiro Brzetislavi filio, VVratislavvi, per id tempus adhuc Duci Boëmiæ, fratri munus consecrationis impendit, nomenq; suum (Iaromir) in Gebhardum transmutat.

A. D. 1087. ut Cosmas ☘ *Sirbi, sive Serbi, (Zribios nonnulli, conversione literæ, nuncupant) auspicijs Brzetislavi, filius VVratislai Regis, prælio victi, vicissimq; regno Boëmiæ incorporati atq; insiti, ut idipsum fuit actum olim ab Henrico N. Imperatore. Eo in conflictu Brzetislavus, ætate quidem iuuenis, verùmtamen manu promtus, atq; animosus, præclara ac laudabilia rei militaris edebat facinora, Hagecus & alij scriptores copiosiùs.*

☘ Hagecus habet 1088.

A. D. 1252. Grando insolita multis in locis per Boëmiam decidit, forma triangula & quodam musco permixta: insignem segetibus intulit calamitatem, arbores contudit, aves, pecora, & iumenta plurima, alicubi & homines, ruri repertos, ad mortem usq; enecavit. Resol-

vitur æstu per inundationem, quam annonæ caritas est consecuta. AEdificia quoq; & granaria plurima turbine diruta. Hagecus, hanc aëris intemperiē ad 10 Iulij refert: Sed nos Cosmam vetustissimum Boëmicarum rerum scriptorem sequimur.

A D. 1467. Georgij Boëmiæ regis 9. anno: Teutonici Cruciferi, immissi à Pontifice Romano in fines Regni Boëmiæ ad persequendos, infestandos, extirpandosq; Boëmos Hussitas, Per hos dies funduntur cæduntur q; à Boëmis: id factum est ad Niram: vernacula lingua Neyrsko appellamus.

A. D. 1536. Mathias Corambus, Academiæ Pragensis Magister & Professor publicus: pòst & presbyter ac Theologus: adhæc Consistorij sive Iudicij Ecclesiastici Pragensis sub utraq; Administrator, in æde Slovanica, sive Slavonica hoc die sepelitur. Extat typis expressa eius paraphrasis in Psalmum 50. Et confutatio articulorum Pikhardit arum, quos ità ille vocat.

III Iulij.

A. D. 1134. Menhardus, decimus Pragensis Episcopus, in pago Episcopali Moraviæ, naturæ concessit. Corpus demortui Pragæ in D. Viti fano Cathedrali, Henrico Episcopo Olomucense curante funus, conditur. Sedit annos 12. Grauibus exteri & peregrini fori litibus exercitus, quæ, ut alij eiusdem casus, alibi scribuntur. Ei successit Iohannes. Cosmas: Marign:

A. D. 1278. * Premyslus Ottacarus suscipit cum suis copijs expeditionẽ versùs Moraviam, hoc die solvens Pragâ, Rudolfo Imperatori bello indicto, nimirum ab eodem Austriam armis repetiturus: sed bis (ut ait Lazius) victor, in eo prælio victus cecidit: ut infrà 27. Augusti annotabimus. * alij 1279.

A. D. 1307. Rudolfus Austrius, filius Alberti Imperatoris, Rex Boëmiæ E. N. I. sed in serie VIII. hoc die (Quidam, ut Cosmas annotat, nonas Iulij, quod fortaßè de sepultura est accipiendum) moritur die Vlrici (Lazius, Franc.) in castris ad Horazdiovvicium oppidum primo anno regni sui sine hærede, ut Chronicon Aulæ Regiæ. Corpus defuncti illatum in templum arcis Pragensis Cathedrale, in conditorio regum Boëmiæ deponitur & inhumatur. Dyssenteriâ extinctus, ut patriæ nostræ annales testantur. Cuspinianus, &, qui eum sequuntur, scribunt subitò mortuum, occisum fraudulenter in lecto nocte. Alij non citra veneni suspitionem deceßisse scribũt: quod utrumq; cum annalium nostrorum fide pugnat &c.

A. D. 1318. Nicolaus, Przemysli Ottogari, quondam

regis Boëmiæ, filius S. P. sive naturalis, resignat Iohanni regi sub feudumq; concedit Ducatum Opaviæ, ea tamen conditione, ut, si absq; hæredibus iustis moreretur, is Ducatus Iohanni, Boëmiæ Regi, sese demortuo cederet.

A. D. 1415. Post meridiem fuerunt grandines, sicut ova, & impetus pluviæ magnus, Ephem. SSindel.

A. D. 1502. ☉. Iohannes de Blovvicz, Magister & Professor, pòst & Decanus facultatis Artium in Academia Pragensi. Sepultus ad S. Benedictum. Peritus in Mathematicis: cuius consilijs atq; opera in medicatione inter cæteros regni Boëmiæ Barones, & N. Holiczky à SSternberga fuerat usus.

A. D. 1528. Anna, coniunx Ferdinandi, regina Boëmiæ ac Vngariæ, Pragæ in arce, qui & mons D. VVenceslai dictus, edit in lucem filiam tertiam, Annam nomine. Baptissatur à Bernharto, Tridentino Episcopo. Susceptor Dux Opplensis. Susceptrices: Coniunx Domini Pernsthain, & Sybilla coniunx Gvilielmi N. Dapiferi Imperij. Pe: à Rotis.

IIII. Iulij.

A. D. 1205. Procopius, abbas sive archimandrita cœnobij Sazaviensis, curante Præmyslo rege Boëmiæ, ab Innocentio III. Papa in numerum Divorum refertur, ab eius obitu anno 152. Deceßit enim A. D. 1053. Extat legenda m. s. quam vocant, in qua & hæc, & eius vita fusiùs exponitur. Hoc anno æstas fuit sicca, hiems dura.

A. D. 1310. In castro Pragensi obijt Dominus Henricus de Rosebergk illustris, atq; in inclito Boëmiæ regno, Baronum procerumq; princeps: Purgravius Pragensis. m. s.

A. D. 1427. Dominus episcopus Trevirensis Iacobus Baro à Sirck, exivit de Nurenberg contra Hußitas, habens 1000 equites armatos: horâ post ortum Solis primâ. Ephem. SSindel:

A. D. 1443. Die Dominico, qui & D. Procopij festo est memorabilis, Guteberge, oppido metallis argenti fœcundo, habebatur Concilium sive Synodus Ecclesiastica Magistrorum sive Theologorum Pragensium simul, & Thaboritarum: ibiq; est instituta disputatio de Cœna Domini. Octavâ pòst ab hoc conventu elapsâ die; Thaboritæ suam scripto comprehensam exhibent Magistris Pragensibus de Cœna Domini sententiam. &c.

A. D. 1517. ☉. Magister Paulus, patria Zatecensis, filius Iohannis Petrzaxi, Administrator Archiepiscopatûs Pragensis. Scripsit, quæ quidem vidi, pro communione parvulorum, tum pro utraq; specie Eucharistiæ populo layco ministrandâ: item tractatum de compactatis,

quæ sunt Pragæ vernacula lingua impressa, anno 1513 feria tertia ante Matthæi. Inscript:

A. D. 1562. ☉. venerabilis presbyter Magister Iohannes Coloniensis, olim professor & Theologus Pragensis, pôst archidecanus Ecclesiæ Dei iu urbe Reginæ Hradecio (exteri Græcium corruptè & concisè vocant) Deinde & pastor ad ædem D. Nicolai in Maiore urbe Pragensi, Administrator Consistorij Pragensis sub utraq; Item Rector Academiæ Prag: Inscrip: Habentur manuscriptæ eius conciones, quas ità vocant, Dominicales, præterea & Tabulis brevibus compræhensæ &c. Vnde de eius viri ingenio atq; iudicio æstimare licet.

Gemma Sacerdotum Ioannes ille Colinus,
Gymnasij & Cleri, Praga, tui Alpha, cadit:
Vir gravitate pius, gravis & pietate magistrâ
In CHRISTO terris mortuus, astra subit.

Th. M. Lym.

VI. Inlij

A. D. 1157. VVratiſlaus VVirczpurgo, ubi tum conventus Imperij agebat Cæſar Auguſtus, redit Pragam in regiam ſuam reverſus à nuptijs, quas idem Fridericus Imperator unà cum coniuge ſua, frequentiſsimo Electorum, quorum in ordine & rex Boëmiæ extat, ſacriq́ꝫ Romani Imperij principum conventu concelebrabat.

A. D. 1286. Mortua Cunegunde, VVratiſlai II. regis Boëmiæ matre, Guta, filia Rudolphi Imperatoris, cōiunx eiuſdem VVenceſlai, dimiſſa à genitore in Boëmiam, hoc die Pragam ingreditur maximo cum comitatu, atqꝫ à Clero (Eccleſiaſticis) & Senatu populoq́ꝫ univerſo Reipublicæ Pragenſi ſummâ cum congratulatione & lætitia excipitur.

A. D. 1382. ☉. generoſus vir & Dominus Stephanus N. Regni Boëmiæ protonotarius, bonus pater, & optimus promotor relligionis, ſapiens conſiliarius omnium hominum. Sepultus in Capella Sanctorum Philippi & Iacobi in ambitu monæſterij Divi Thomæ, ubi omnes ſui prædeceſſores requieſcunt. Thomæus. M. S.

Eodem die, ſed anno 1391. ☉. Dominus Albertus ſenior de Kolovvrath, primus fundator in Kocziovv. &c. Idem.

A. D. 1431. Radij ſolis erant omnino crocei, ac ſi ſol fuiſſet obſcuratus, & apparuit ea ſpecie continuò quatuor diebus ſequentibus. Ephem. SSindel.

A. D. 1433. Ordines regni Boëmiæ legatis ſuis quatuor, quos promotores quatuor articulorum vocabant,

dant

dant potestatem, in concilio Basiliensi super quatuor articulis conferendi, differendi, disputandiq́ȝ: ea tamen adiecta conditione, ut illorum, quas Ecclesiæ Boëmiæ sub utraqȝ nomine propugnare suscepissent, disputationum constitueretur, constanterq́ȝ ab ijs retineretur, VERBVM DEI pro iudice, eas omnes decidente controversias: quomodo & in Egrano conventu antea, inter partes de eo colloquio fuisset pactum, conventum. &c: Fuerunt autem hi delegati: M. Procopius de Plzna. Magister Martinus Lupacz, tum temporis prædicator in Ecclesia (Chrudimium, sive Chrudima, est in Boëmia vnum ex dotalibus Reginæ Boëmicæ, oppidum. distans 13. à Praga M.P.) Chrudimensi: Mathias de Chlumczian, Capitaneus Reipublicæ Pisnensis.

A. D. 1550. Die quinta Iulij mortuus est Magister Ioan. Przesticenus à Iavvorzice: quondam secundò Decanus Academiæ Pragensis. In Minoris urbis Pragensis æde D. Laurentio sacra, sepultus. Vivit cum Christo.

VI. Iulij

A. D. 1102. ☉. VVladislaus, princeps Poloniæ, VVratislavi regis Boëmiæ primi gener: cuius filiam, Iuditham sive Gutam nomine, duxit in matrimonium. Herberst:

A. D. 1260. Præmyslus Ottogarus cum Bela rege Vngariæ, ad Moravam amnem prælio congressus, ipsum vnà cum ipsius copijs fundit, cædit, fugat: atq; in fuga, ut scribit Lichtenavius, Pannoniorum, supra quatuordecim millia in flumine submerguntur: Cuthenus autē ex Laziardo monacho citat, regē Vngarū tum in suo exercitu ultra bis centū mille equitum, totidem habuisse pedites: tantoq; ex numero vix quartam partem fuisse à conflictu residuam. Quod lectori iudicandum relinquimus.

*A. D. 1376. Dominus VVenceslaus Caroli 4. natus, electus Rex Romanorum coronatur Aquisgrani, * per Dominum Fridericum archiepiscopum Coloniensem, & cum eo Domina Ioanna nata Domini Alberti Comitis Holandiæ, Hanoniæ & Holandiæ, ac Ducis Bavariæ, præsentibus ei inagurationi D. Karolo Imperatore Romanorum. VVenceslao Duce Brabantiæ, Comite Holandiæ, Duce Ludovico de Misna N. Moguntinensi (Simoni) Trevirensi, Friderioo Coloniensi, Iohanne Pragensi, Archiepiscopis: Duce Ruberto Palatino Rheni: VVenceslao Duce Saxoniæ, & Sigismundo Marchione Brandeburgensi. Chr: Brevvnovv: M. Beuther: ex Annal: Huld: Augustæ, annotat 13 Iulij.*

* Aquisgranum est oppidum Germaniæ, priùs Vegerra dictum: nonnullis & Nuogerra: Ptolemæo Verera: quod syncerū & incorruptum esse censet A. Ortelius.

A. D. 1415. Hora quasi tertiarum combustus est M. Iohannes Hus, Baccalaureus Sacræ Theologiæ formatus.

Ita SSindelij m. script. qui eo tempore vixit. De toto eo negocio extant narrationes, lingua tum latina, tum populari scripta. Sunt, qui ad 8, Iulij, Sancti viri, M. Iohannis Hußij martyrium referunt, sed ea opinio, annalium Boëmicorum fide refellitur.

ETEOSTICHON.

Vitam constanti Constantia ut abstulit Husso,
Relliquijs usti Rhenus ubiq; viget. I. R.-Z.

A. D. 1415. Patres Concilij Constantiensis datis ad Boëmos atq; Moravos, & missis publico eius Synodi sigillo cōmunitis, literis, protestantur Ioannem Viglefum Anglum, & Ioannem Hußium natione Boëmum, illius discipulum, iustè, iureq; ab isto conventu fuisse condemnatos &c. Sed Boëmi cumq; ipsis & Moravi, innocentiam Hußij & voce & scripto, deinceps & armis propugnantes, acriter simul, animosè patribus, ad 2 VIIbris diem respondent. Vtraq; epistola in operibus Hußij extat, manuq; scripta, etiamnum habetur.

A. D. 1492. Pragæ & alibi magna aëris commotio, visq; flatuosorum ventorū vnà cum grandinibus valida vi coorta: atq; suo impetu non exigunm detrimentum cœnobijs, cæterisq; domicilijs attulit; in sylvis quoq; alicubi arbores radicitùs evulsit: molarum ad poutem Pragensem ædificia prostravit. Fuit ea tempestas 72 à martyrio Hußij lapsis annis.

A. D. 1523. Per hos dies Pragæ in diæcesi AEgidiana, fœmina quædam plebeiæ quidem sortis, verumtamen honesta, vno nixu edidit in lucem tergeminas filias puellas.

las. Alia item matrona ſub idem tempus gemellos liberos mares peperit.

A. D. 1572. Horzovvicij, quod eſt generoS: à Rziczan Baronum oppidum, puella infans in aluo materna claros edidit eiulatus. S. Val. SSub: Idem accidiſſe narrat in Miſnia ſua G. Fabricius. A. D. 1551. & 1558. — Infans in vtero eiulās.

ꝶ tuor adhæc pueri; ab ipſis illis militibus equeſtribus comprehenſi, inq; unum rogum pariter impoſiti, crudeliter concremantur: cauſam eius necis adnotat ſcriptor, quòd Sacramentum Cœnæ Domini ſub vtraq; ſpecie laici iſti ſumerent. &c. M. L.

A. D. 1421. Synodus ſtatum Regni Boëmiæ & Marchionatûs Moraviæ, ſub utraq; quos tū appellabāt Huſſitas, Pragæ celeberrima, ibi de unanimi conſenſu delecti & deſignati ſunt quatuor gubernatores, ſive directores uniuerſi cleri (ordinis Eccleſiaſtici) diœceſium, Pragenſis, Olomucenſis & Litomyßlenſis &c. Concepta item & in certam formam adeoq; articulos (capita) redacta explanatio fidei eorundem ſtatuum. Ea capita recenſet Cochlæus; ſuntq; numero viginti duo, quæ & manu ſcripta nos habemus.

A. D. 1525. Caupo quidam, cùm exactione nimia creditor illi eſſet grauis, eūq; vnà cum uxore eius & carceris moleſtiâ vexaret atq; premeret: is igitur tantis in anguſtijs, animiq; mœrore conſtitutus, ſeipſum aliquot vulneribus, cultro factis, confodit, unde non ita multò pòſt et extinguitur. Fatebatur autē, ſe ipſum ſibi manus nō intuliſſe, ſed aliunde à quopiā iſta vulnera facta ſibi fuiſſe. mſ.

A. D. 1588. ⊙ Ericus SSpanowsky X ij Teleij. VII. Iulij.

A. D. 998. Theadagus Episcopus Pragensis, (ut Cosmas) * electus ab imperatore in id munus, sumit Pontificatum Pragensem: atq; hoc die à clero & populo Pragensis Ecclesiæ recipitur, & cum magno gaudio ad cornu (chorum) S. Viti inthronizatur. Liberalibus studijs apprimè eruditus, genere de Saxonia, lingua perfectè imbutus Slavica; actibus probis, & moribus decoratus. Cos. Qui hunc Theadagum consecravit archiepiscopus Moguntinus, erat in ordine 34 nomine Villigisus: Ottonis II. Imperatoris sacellanus & consiliarius: Ottonis III. Aug. institutor & curator. Bruschius.

* Thegdagus, ut nonnulli: Thedgradus, ut alij: A Deo datus: ut AE. Sylvius, Cancellarius Ottonis III. Imperatoris.

A. D. 1307. Nonis Iulij ☉. Rudolphus rex Boëmiæ, ✠ quem obitum alij complures Chronologi ad tertium mensis diem Iulij referunt. Eam ob rem nos censuerimus hoc die Rudolphi corpus Pragam deportatũ, mandatũq; in arce Pragensi fuisse sepulturæ.

✠ Cuthen.

A. D. 1310. Francofurti Henrico VII. à Boëmicis oratoribus exponitur legatio, quam fusè describit Hagecus & alij.

A. D. 1339. Sol fuit obscuratus circa horam vesperarum (psalmodiarum) Fracis.m. s.

A. D. 1421. Arnostovicij (is pagus est non longè à Milicino, Domini a Rosis oppidulo, situs) in unum rogum impositi unà à militibus stipendia facientibus Alberto duci Austrio (qui tum in Boëmiam ad auxilia ferenda Sigismundo Imperarori adversus Hußitas mittebantur) sacerdos, eius pagi prædicator; tres item viri coloni, quatuor

✠ retrò

 chi-

A.D.1313. (ut Chronicon Aulæ Regiæ & Hagecus * Ioannes rex Boëmiæ, Henrici VII. Romanorum Imperatoris filius, ex Elizabetha uxore sua, regis VVenceslai II. filiâ, suscepit filiam primogenitam, quæ pòst collocata in matrimonium fuit Henrico Duci Bavariæ &c. Hagecus ait eam fuisse nuncupatam, nomine matri Ioh. regis homonymo,

* Pulkava habet 1314.

A. D. 1413. Academia Pragensis, rectore Universitatis M. Michaële de Malonicz, Theologiæ Baccalaureo exhibet literas ad Academiam Vienensem de dimittendo ex custodia M. Hyeronimo Pragensi. Nam is, quum ex Polonia à rege rediisset, & Viennam sese contulisset, ibidem quorundam criminatione captus, & veluti hæreticus, in carcerem fuit coniectus. In iis literis M. Hieronymus egregio ornatur encomio, nominatus membrum Pragensis Universitatis nobile, & vir scientificus, ut tum loquebantur.

A. D. 1438. Feria ante Margarethæ ☉. discretus vir Otta, Behm dictus, familiaris (aulicus) serenissimi Principis ac Domini, Domini Sigismundi Imperatoris & Boëmiæ regis &c. Sepultus in cœnobio Iacobitano Pragæ.

A. D. 1443. Thaboritæ aperiunt suam de Cœna Domini in Synodo Cuthnensi (vide s.) sententiam. Eam refutat M. Ioannes Rokyczanus. Thaboritarum tum fuit princeps & antesignanus Nicolaus Biskupecz, (quasi dixeris Episcopius) artium Baccalaureus; prædicator: homo non inerudita doctrinæ, acrisque iudicij.

A.D.1547. infelix Rerumpub. Pragensium casus &c.

A.D. 1086. (Cosmas habet XI Iulij. Inversis forte, oscitantia librarij, numerorum elementis.) Otto Dux Moraviæ, VVratislai regis Boëmiæ, & Iaromiri Pragensis episcopi, frater germanus; naturæ concessit, eius mortem magno acerboq; luctu prosequuntur Moravi. Quo anno dignitas regia ex Moravia (ubi antiquitùs extitit sedes regum Marcomannorum, sive, ut pòstrecentiore vocabulo nuncupabant, Moraviensium, in Bohemiam fuit translata.

A. D. 1358. Completo nono die mensis Iulij, completa etiam horâ pomeridiana 23. Minutis 45. fundatur pons Pragensis VVltavvæ (non Albi, ut quidam eruditorum scriptum reliquit) amni impositus. Primum autem eius fundamenti lapidem ipse Karolus IV. Romanorum Imperator Augustus, atq; rex Boëmiæ, propria manu iecit ea parte, quâ à D. Clementis itur. Id actum à ruina prioris pontis anno 16. de quo suprà. Eodem anno hisceq; mm. Carolus multa multis & varijs in locis de novo erigit & extruxit castra, eorumq; præfectos (purgravios peregrina voce appellant) constituit, ijs ius & facultatem grassatores è medio tollendi, pacem publicam tuendi, contribuit: ij per id tempus Iusticiarij appellabantur. &c, etiam Popravvczones **Poprawce**, Boëmico in latinum quomodocunq; conformato, vocabantur.

A. D. 1469. Fuit Eclipsis solis satis tetra. Huius effectus statim apparuit. Turci in Pannoniam ac Stiriam invadentes, multos captivos abduxerunt. Mathias Huniades,

niades, Boëmis bellum indixit instinctu Papæ &c. Cum Poloniæ quoq; rege bella gessit. &c. Cyprianus Leovitius

A. D. 1496. ※ Metallici ob argentarias Cuthnenses, parum, vt aiebant, dextrè administratas, incitantur, & ad montem Kankum secessionem faciunt. Sed post capti, feria sexta ante Laurentij, custodiæ traduntur Podebradij, ubi inauditi capite plectuntur. Imber illo ipso mox die secutus pluviosissimus, eorum necis, ut quidam censebant, vindex. De his fusè Hagecus & alij annales, nostræ patriæ: venæ metallicæ evanuerunt. Pictura eius rei extat etiam hodiè in ædicula quadam sacra, ad Poderaidum, quam & nos vidimus.

※ Quidam habent diem sequentem.

A.D. 1526. * Nascitur Lintzij ex Anna coniuge Ferdinando, Vngariæ Boëmiæq; regi, filia primogenita, nomine Elizabetha, quæ nupsit Sigismundo Augusto: decessitq; Vilnæ. A.D. 1545. ms.

* Petrus à Rotis natalis eius annotat diem Iulij septimum.

A. D. 1530. Generosus ac Magnificus Boëmiæ Baro, dignitate prælustri, atq; virtutibus Heroicis præstans, Dominus VVratislaus à Pernestein, Dominus Tovaczovij, Plumloviæ, ac Litomyslij, supremus regni Boëmiæ Cancellarius, Eques Aurei velleris &c. nascitur in arce Mezericensi.

ETEOSTICHON.

Clarescente die nona Quintilis: in auras
Inclita stirps gentis, Vratislaus adest. B. S. P.

※ Sunt qui notant VII. Iulij: alij mensem Februarium

A.D. 1148. ※ *Otto XII Episcopus Pragensis ☉. Sepultus in monasterio Zderazensi, nunc Novæ urbis Pragensis, quod extruxit & emendavit, multâ pecuniâ in id insumta, illatus tumulo, quod sibi viuens paravit & erexit. Ei surrogatur Daniel F. N. primus: 13. episcopus, ordinatus à Moguntino archipræsule. Cos.*

A.D. 1255. (Quidam historici habent diem sequentem & annum 1256. alij 1258.) Margaretha Austriacæ familiæ, Præmysli uxor ingreditur Pragam, & honorificè à Clero, populoq; Pragensi excipitur, edito magno plausu, iubilo cantu, fidibus, liris. &c. sequenti die ab Episcopo & Canonicis recepta in porta, in templum D. Viti deducitur, ad sedem usq; sui mariti Præmysli. m. s.

A. D. 1319. Iohannes rex Pragam obsidet, captaq; arce Pragensi, præurbium Zderaziense immisso igne cremat. Causa eius rei scribitur Pragensium à quopiam per calumniam delatio, ac si in regem conspirarent, & castrum Pragense suam in potestatem redigere vellent: sed de eiusmodi cavillatione, Pragenses se non multò pòst ad regem expurgârunt &c. paxq; inita.

A.D. 1341. (Quidam manu script. annotatum habent 1340. minùs rectè, fortè negligentia librarij, & diem D. Margarethæ, quo est sepulta.) Margaretha, Ioannis regis Boëmiæ primogenita, relicta vidua à morte mariti sui Henrici Ducis Bavariæ, iamq; desponsâ Kazimiro regi Poloniæ, in ipso nuptialis convivij apparatu immaturâ sublata morte ☉; flosq; ille regalis clarißimiq; generis

decidit, deceßit, evanuit. Et conversum est gaudium nuptiarum, in planctum exequiarum, risus in lachrymas. Franciscus manu scriptus. Habuit ætatis annos 28.

A. D. 1489. Feria 6. ante Margarethæ ☉. magnificus Hinco Baro de Schvvanbergk, sepultus in Ecclesia arcis Pragensis.

A. D. 1491. * Henricus aliâs Hynco de Podiebrad, sive minor natu, dux Munsterbergensis; Georgij Boëmiæ regis, ex Iohanna Roznitalia uxore susceptus, filius pòst quam diuturno morbo pressus, multo tempore decubuisset, moritur. Sepelitur Glâcij &c. (Vide 18. Iulij) princeps literatus, ingeniosus, prudens. Extant eius scripta nonnulla: ut somnium Maiale (Magowey Sen) & alia quædam. &c.

* De die obitus mm. ss. non consentiunt.

A. D. 1088. Benedæ, strenui fortißimiq; militis Boëmiæ, corpus tractum equis & sepultum ante ianuam templi Misnensis: (G. Fabricius Misnia) Hunc Benedam VVratislaus primus rex Boëmiæ per speciem amicitiæ ex Misnia, ubi delituerat (apud Vigbertum comitem Ostrolandiæ) ad sese evocatum, per insidias perimi, ob quasdam simultates, corpusq; interempti, per ludibrium & contumeliam equis raptari iubet &c. De eo prolixè Hagecus ex Cosm.

Tragicum, minusq; dignum rege facinus.

A. D. 1090. Zderadus (Desiderium nominat Olomucensis parùm rectè.) Baro Boëmiæ, & regis consiliarius inter primos non postremus; iussu Bratislai iunioris Ducis Boëmiæ, in quem Zderad liberiùs iocum quendam, patre audiente, aliquando torsit, miserabiliter à Zdimiro ipsius suo ministro interficitur, quodam in loco, non procul à Brunna distante. Cosmas, Hagecus, Dubravius. Tali morte, subijcit Cosmas, suæ de summitate rotæ fallax fortuna deiecit amicum suum Zderad.

A. D. 1362. ⊙. (post partum: Cario.) Anna Svidnicensis, tertia Caroli IIII uxor: VVenceslai, Caroli IIII filij, Romanorum, Boëmiæq; regis quarti, mater. Tumulatur in æde D. Viti, conditorioq; regum Boëmiæ. Cromerus habet annum 1363. Cario & Cureus 1361. utriq; contra consentientem nostrorum domesticorum annalium annotationem.

* De die scriptores variant.

A. D. 1429. * Ioannes Gerson, Cancellarius Academiæ Parisiensis, magni nominis Theologus, moritur

exul, & in æde ſacra D. Laurentij apud S. Paulum Lugduni &c. ſepelitur. Champerius, de uiris illuſtribus Galliæ.

ETEOSTICHON.

Lethalis ter quarta dies ubi ſplendet Iuli,
Gerſon iter properæ cogitur ire necis.

B. Sturmius, qui diem ſequentem in eo carmine expreßit. Extat eius Epiſtola manu ſcripta, qua extimulat quoſdam Pragenſes adverſus Boëmos, quos Hußitas vocabant. Sententiam definitivam nomine Patrum concilij Conſtantienſis, qua ad rogum damnatur M. Ioannes Hußius, Gerſon ſcripſiſſe fertur. Claruit vir ille, multæ autoritatis quondam, & floruit. Sed, diſſoluto Conſtantienſi concilio, tandem domo, patriâ, cognatis amicis, dignitatibus, rebusq; proprijs pro veritate tuenda privatus eſt: nec multo pòſt è vita etiam exceßit. Idem Symph. Champerius.

A. D. 1368. Mortuus eſt Bolko (Boleſlavus) Dux Sileſiæ, Svvidnicij Dominus, quo abs hæredibus decedente, Svvidnicium, ſecundum pacta conventa, etiam tabulis firmata, ceßit VVenceſlavvo, Caroli IV. filio, Boëmiæ regi.

A. D. 1451. ☙ Barbara, Sigiſmundi Romanorum Imperatoris Vngariæ & Boëmiæ regis uxor, ☉. Melnicij, quod oppidum dotale reginarum Boëmiæ, ad quartum à Praga lapidem diſtat. Sepulta Praga in D. Viti templo Cathedrali, cum graſſata fuiſſet per id tempus Pragæ peſtilentia & continuata circumcirca in regno ☙ De die ſcriptores variant.

Boëmiæ

Boëmiæ, item in Moravia, Polonia, Austria &c. Vixit à morte Sigismudi Cæsaris Augusti, mariti sui, annos 24. Fæmina incontinens, notum enim est, quod de eius vitâ prodidisset AEneas Syluius.

A. D. 1565. Cassoviæ in Vngaria ☉. Magnificus Boëmiæ Baro, Henricus de Rziczan, Dominus Horzovicij, ibidem & prognatus: Ferdinandi I. Romanorum Imperatoris Vngariæ, Boëmiæq; regis, dapifer: Eques auratus ordinis D. Ioannis Hierosolymitani, commendator Strigonij &c. ibidem sepultus. Inscriptio. Vir ut noblitate clarus, ita & eruditâ doctrinâ nobilis. Habentur ab eo scriptæ nonnullæ, neq; ineruditæ epistolæ.

A. D. 1100. (Hagecus 1110.) VVladislaus in Zaczka* (na Satsky) curiam celebrat, & Ottonem patruum suũ, Marchionem Moraviæ, eò invitat: invitatum capi mandat inductione (instinctu) VVaczek, & Bozey VVrssovvicensium Consiliariorum regis. Chr. Brzevvno: Pulk: & Cosmas. item ex hoc Hagecus.

* Eo tempore pagus fuit: deinde verò in eodem loco extructum est cœnobium &c. uno milliari remotum à Nymburga.

A. D. 1249. Inter regem VVenceslavum & Præmyslum filium eius facta est concordia. Præmyslus enim, quorundam minùs probo atq; salutari ductus consilio, patri suo refragari, frenaq; mordere, quod aiunt, cœpit. Sed in viam tamen pòst rediјt: consultoribus pro ipsorum merito punitis: Vt de his alibi & fusiùs & opportuniùs dicitur.

A. D. 1344. Rex Ioannes, ubi ad Cracoviam suis cum copijs pervenisset, totum præurbium succendi cremariq; iußit &c. Hage: & Vita Caroli IIII. qui tùm vixit &c.

A. D. 1349. Flagelliferi pervagantur Boëmiam, sed personati conciones lingua vernacula instituebant, adhibitis quoq; canticis eadem linguâ &c. Inventæ inter eos sunt fæminæ habitu virili. Quare à Carolo IV. &c: ex regno Boëmiæ eijciuntur, pœnâ rogi constituta in eum, qui sese ipsis coniunxisset. De ijs Hagecus fusè, item G. Fabricius, in Misnia.

A. D. 1386. Perfectus est Chorus D. Viti basilicæ Pragensi: VVenceslavvo E N. IIII. Boëmiæ rege: Zbynkone Hasenburgio aliâs à Leporibus, archipræsule Pragensis Ecclesiæ. Id templum denuo post incendium, extrui

cœpit

cœpit, mandatu Ioh. regis, anno Domini 1344. Cuth.

A. D. 1404. Nicolaus Zaul prædo, captus ob maleficia suspenditur, non laqueo, sed unco ferreo strangulatus: cadaver eius ad septennium in furca publica pensile cernebatur &c. Hag.

A. D. 1454. ☉. illustrißimus princeps Fridericus eius nominis Secundus, Comes de Cilia, Barbaræ, Sigismundi Imperatoris uxoris, frater &c. Lazius migratt. gentium.

A. D. 1479. Mathias & VVladislavus reges conveniunt inter Vniczoviam & Olomucium, tractaturi de pacificatione, quæ & constituta est interventu arbitrorum certis conditionibus, quas Cureus & alij exponunt. Fuerunt tum Olomucij & Beatrix regina Vngariæ, unà cum fratre suo Francisco, filio regis Neapolis, item Ernestus atq; Otho Marchiones Misnenses: & Silesiæ principes. Eâ pacificatione roboratâ, quieverunt motus bellici, quibus Boëmia, Moravia, Silesia, aliæq; confines provinciæ, ad aliquot annos divexabantur.

A. D. 1142. VVyerberg (Helbrik. Helcurta. Pulk. Herbpirg. Hagecus. In Cosma Herberk legitur: sed vitiosè, ut opinamur.) coniunx Borivogi, secundò geniti ex secunda uxore filij VVratislai Regis, mortua est. Cos. Dubravius, fortè ex P. Pulkayva, sine nomine, vocat sororem Leopoldi Austriæ principis, patruelis Gotdofridi.

A. D. 1341. Margaretha vidua, iamq; Polono desponsâ Iohannis regis filia, ante biduum ut est præmissum, mortua, sepelitur in cœnobio Aulæ regiæ iuxta sarcophagum matris suæ Elizabethæ. Ei funus utriusq; sexus multitudo deplanxit: quoniam cunctis erat affabilis atq; gratiosa, referta virtutibus, & decorata. Franc. Vixit annos 28: Henrico Bavaro suo marito unicum filiolum peperit, sed & is à morte patris decessit.

A. D. 1346. Carolus quartus eligitur Rex Romanorum, in Rense iuxta Rhenum, per Baldeninum Treverensem, & Gvilhelmum archiepiscopum, & Ducem Saxoniæ. At variat de die Nicolaus Vignierius: salutatus inquit, Cæsar Idus Iulij.

A. D. 1359. (Hunc annum habet M. Beutherus: ætatis verò 46.) Θ. Perusij Bartolus, Saxoferratensis Umber; princeps Iureconsultorum sui temporis; qui Karolo IV. Cæsare vixit, ab eoq; insigni argumento, donatus est leonis bicipiti caudâ salientis. P. Massonus. B. Sturmius notat obitus annum 1355. (Fortaßis ex Bapt. Seve. & Tritemio.

Eius eteostichon tale est:

Bartolus è viuis exit: Quid restat in orbe?
Vivit honor; docti scripta perita legunt.

*Znoyma. Znenia apud Nauclerum & AE. Sylvium, immutatum deprauatumq; est. Est non incelebre Marchionatûs Moraviæ oppidum.

*A. D. 1406. Dux Austriæ Znoymam, * quam propugnabant Hynco, agnomento patrio Suchy cziert & Sokol, obsedit, in qua obsidione Albertus Tertius Austrius, sagittâ ictus occubuit, atq; ita duce per mortem sublato, soluta obsessio, quæ ab eo tempore duravit usq; ad 10. Augusti Hag: & m. s.*

A. D. 1420. Zizka, obsesso antea colle, appellato Ziscæ mons (Zizkowa hora) *& hoc die cum copijs Sigismundi Imperatoris fortiter dimicans, diuinitùs hostibus profligatis, obtinet victoriam &c. Hagecus de his ex M. Laurentio copiosiùs.*

A. D. 1433. M. Ioannes Rokyczanus cum tribus collegis presbyteris, Praga hoc die egrediuntur, ad Conciliū Basiliense contendentes propugnandorum quatuor articulorum Boëmiæ Ecclesiæ, causâ. De his & Cochlæus.

A. D. 1433. Thaboritæ cum Pragensium Orphanorū (qui non multò antè redierunt ex militia Borussiaca) & aliarum quarundam urbium Boëmiæ auxiliaribus copijs, urbem Pilsenam, quam novam appellant, cingunt obsidione. SSindelius hunc diem assignat, alij alium. De hac obsidione Hagecus fusè.

A. D. 1436. Sigismundus Imperator, dato diplomate, electionem M. Rokyczani in Archiepiscopum Pragensem unà cum suffraganeis, quos vocant: M. Martino Lupacio, & Presbytero VVenceslao de Myta &c. confirmat.

Id

Id diploma & in Hageco extat, & habetur manu ſcriptum.

A. D. 1438. Albertus Auſtriacus Romanorum Cæſar, paulò antè declaratus & rex Boëmiæ, Pragam, metropolim Boëmiæq́ue, regum ſedem, ingreditur. Cochlæus ex manu ſcriptis Boëmicis annalibus. At Cuſpinianus in Ceſſ. Romm. III Kal. Iunij refert.

A. D. 1583. Nobilis Daniel à Lidlavv, vir excitatiſſimæ indolis, ingenio, pietate, virtute, cognitione lingg: œconomiâ, & re equeſtri conſpicuus, ☉. an: æt: & cœlib. 34: ſepultus inter conſanguineos pa: Dolanæ, medio milliari à Glatoviâ.

Eius tale eſt Epitaphium.

Inuida Parca tuis, Daniel Lidlave, relictis
*Fratribus, * Agnatis, Pierioqué gregi,*
Te necat ingenij prænobilis indole, linguis,
Virtute, & ſtudijs, conſilijsq́ue virum.
Vnde gemiſcenti patriæ tua meſſis in herbâ
Deperit: at CHRISTI flore renata, viret.
Immatura ſeges non eſt reputanda piorum
Ex morte: hac vitæ meſſis it æthereæ.

Th. M. Lym:

* DD. Paulo, & Marco S. Cæs: Maie: Cõſiliarijs: hoc Appellationum &c. illo, Cameræ in Regno Boh: &c.

A D.1067. Iudæi cum de concessione VVratislai Regis, ex Minore in Maiorem urbem Pragensem immigrassent, cuiusdam civis Pragensis filium, triennem, puellum formæ eleganti, clàm crudeliter mactandum subducunt &c. eoq; abrepto, ut furtum tegerent, coloris cerulei rotulam (quam de more gestabant) indumento puelli appendunt: re per indicium navicularij propalatâ: autor plagij vnà cum alijs quinq; eius facinoris conscijs, mãdato regis, culeo insutus, in profluente VVltavva demergitur. Hâg.

Iudæorum plagium, eiusq; supplicium.

A. D. 1223. Mortuus est Philippus Augustus rex Galliæ &c: Is habuit in matrimonio Mariam &c. Ducis Boëmiæ, Moraviæq; filiam. P. Massonus. Sed illius ducis nomen proprium ab eodem historico non exprimitur: ac ne à Tilio quidem, quod sciam. &c.

A. D. 1291. Rudolfus Habspurgius Romanorum Cæsar Imperator Augustus, hoc die, languidus valdeq; ex morbo ægrotans, deportatur Spiram. Scribunt ex nostris quidam, ità decumbenti Imperatori affuisse præsentes Gutham ipsius filiam, & VVenceslaum generum, qui tandem Gutham habuit in matrimonio.

A. D. 1461. Ianda balneator, liberiùs in Georgium regem, cum ipsi in Balneo lavanti, barbam novacula tonderet, quibusdam ambiguis verbis iocatus, regiam salutem atq; vitam suis in manibus iam esse sitam referens; ab exacerbato, perq; dicterium intempestivum in iram effervescente rege, colapho impacto, castigatur: Qua regis indignatione Ianda miser in tantum fuit perterrefactus

& exanimatus, ut octavo pòst die animã exhalaverit. Ira regis mors. Et cuidam liberiùs in principem (faceteq́; ut videbatur) iocanti, iocus est adactus per iugulum. De quo Erasmus in Chiliadibus.

A. D. 1501. Pluvia per imbres continuos: inundatio VVltavvæ inusitata. Ea eluvies sese usq; in limen templi D. AEgidij, item ad D. Nicolaum, & in plateam Maioris urbis Pragensis, (quam vernacula lingua Dlauhá Střjda, appellamus,) effudit &c. Eventus prænotionis Magistri Galli, excellentis Mathematici, qui tempore Caroli IIII in Academia Pragensi vixit, & hasce in urbem Pragam aquarum eluviones, in cœlestibus tabulis antè visas, prædixit.

A. D. 1535. De nocte ☉. Magnificus Boëmiæ Baro, Dominus Zdenco Leo à Rosentalo & Blatna, nobili claraq́; familiâ: trium Boëmiæ regum, videlicet VVladislai, Ludovici & Ferdinandi, supremus Purgrafius Pragensis, quem quidam eruditorum Latino sermone proregem dici volunt. In templo Pragensi, Choroq́; D. Viti honorificâ funeris pompa elatus, conditur. Homo sapiens, prudens, sagax, naturaliq́; facundia atq; iudicio acri pollens &c. Extare apud nonnullos eius acutè dicta, atq; apophtegmata feruntur: quæ tamen nos neq; vidimus, neq; assequi, quod magnopere exoptabamus, voluimus. Extat eius peregrinatio ad Compostellam &c. superioribus annis Olomucij edita cum Elogijs Cæsaris, & Regum & Dynastarum totius propemodum Europæ &c. extat insuper Epitaphium typis excusum à Mart: Cutheno, apud quem is pædagogum olim agebat.

 XV. Iulij.

* 644 ut Hagecus.

*A. D. 639. ut habet Cuthenus * anno mundi 4601. Bonifacio IIII. Pontifice Romano: Heraclio Orientis Imperator: Rothari, Longobardorum, Dagoberto, Galliæ, regibus: Czechus & Lechus fratres in Boëmiam (à Boijs gente sic appellatam) pervenerunt, ac primo sub Ripo sive Zrito, (Zritum à cernendo, seu spectando aut speculando est derivatum, Zrzÿp in Hageco depravatum esse dixerimus &c) non procul à Raudnicia oppido, dißito, consederunt. Hagecus, Dubravius De Czechi & Lechi annis discrepantes sunt nostrorum & Polonorum annalium sententiæ &c.*

A. D. : : : VVladomirus, qui & Basilius, primus Russorum Christianus. cuius illi festum hoc die celebrant, quod eò nos hîc annotamus, quia scribitur suscepisse ex uxore Boëmâ filium Saslaū: ex alia item Boëmâ Svatoslaum, Stanislaum. Vixit sub Basilio & Constantino Græcis. Herbersteinius in Moscovia.

Initium regni Boemic[i]

A.D. 1086. Gregorio VII, Hildebrando, Pontifice Romano, Iaromiro aliâs Gebharto episcopo Pragensis Ecclesiæ, Alexio, Græcorum siue Orientis: Henrico IIII. (nonnullis III) Romanorum sive Occidentis, Imperatt. Philippo Henrici F. FrancoGalliæ: Alphonso VI. Hispaniarum: Ladislavvo Pannoniæ: VVladislavvo Hermanno, Sarmatiæ, regibus Christianis: Regnum Moravorum (qui antiquitus & Marchenses & Marcomanni fuerunt appellati) ab Henrico Romanorum Cæsare Augusto translatum est in Bohemiam. Itaq; hoc die completa horâ quasi

19 mi-

19. minutis 17. post meridiem, Pragæ, solenni pompa, de more coronatur VVratislaus primus Rex Boëmiæ; dignitate Regail, illatâ in Boëmiam, quæ aliquot retrò sæculis, ut est dictum, duravit in Moravia &c. De quo prolixè Hugecus ex Cosma & Pulkavva. Estq; inter nostros scriptores mira de die coronationis variatio.

ETEOSTICHON.

Regis erat magno VVratslâus ornatus honore,
Vt ter quinta eos Iunij oborta fuit. D. C.

A. D. 1099. Reges & Duces Christiani, qui susceperunt expeditionem in Palæstinam: cuius etiam comilito fuit Bretislaus Dux Boëmiæ hoc die cœperunt Hierosolyma. Eam describunt Herveldius, Scotus, Vrspergensis, Tritemius: in primis verò Eucherius Carnotensis, cuius hanc historiam in Boëmicum sermonem conversam, Henrici sive Hynconis, filij Georgij Boëmiæ regis, iussu, manu scriptam vidimus atq; legimus: Latinum citat Gvilhelmus Genebrardus Gallus. Idem Eucherius scriptum reliquit, hoc die Solem retrocessisse aliquot gradibus. Quod non sine caussa ipsi Genebrardo admirationi est.

A. D. 1310. Legatis Boëmiæ Francofordiæ (Helenopolim olim dictam scribit Munsterus, citante A. Ortelio. Imperatorum Cæsarumq; electionibus, & duabus in anno nundinis, &c. urbs inter cætera nobilis.) ad Mœnum ab Henrico VII. Romanorum Imperatore, data publica audientiâ, in præsentia Petri Aichspaldij Moguntinensis: Henrici II. comitis de VVirnenburch archiepiscopi Tre-

virensis Electorum &c: Argentinensis, Leidinensis, Monasteriensis, Spirensis, Aichstetensis, Episcoporum & complurium Ducum, principum, comitum, secularium; ibi instituta fusa oratione, petunt Regno Boëmiæ gubernando dari Iohannem Imperatorem filium, quæ Hagecus copiosissimè narrat & exponit.

* Quidam die sequente.

A. D. 1330.* Hora diei octavâ Sol obscurabatur. Siligo tum in multis locis periit; de vino modicum creuit. Francisc: suborta inde est magna cibariorum totiusq; adeò annonæ difficultas & caritas. E vita quoq; excessit Elissabetha regina Boëmiæ, Caroli IIII mater. Ingens præterea extitit per æstatem solis ardor. &c.

A. D. 1515. Magnarum casus grandinum, quibus scribit Dessenensis maiores se non vidisse, unius ferè ovi gallinacei magnitudine, ut annotavit Nicolaus SSudus, vastaverunt vineta &c.

A. D. 1559. Hoc die ad 24 propè horam, ex ictu fulminis exortum est incendium, quo Novæ urbis Pragensis, turris vnà cum campana horariâ, cumq; hypocausto Senatorio magna ex parte conflagravit. Vstulatus ibidem vir quidam est, qui id restinguebat incendium, sed ab eo exitum, flamma vicina quæq; corripiente, non habuit.

XVI. Iulij.

A.D. 1291. Rudolfus Habespurgensis, stirps Archiducũ Austriæ, hoc die (Hagecus notat diem 14 eiusdem mensis, Panuinus pridiè Kal. Octobris, qui longius ab hac recensione abesse videtur) plurimis historicis in eo consentientibus, naturæ concedit, corpus eius conditum aromatibus &c. celebritate debita, ait P. Abbas, absente tamen Guta eiusdem filia, VVenceslai II. Regis Boëmiæ vxore, Spiræ * *in Mausolæum Romm. Imperatorum illatum regaliter, sepelitur. Anno Imperij Romann. 18. anno ætatis suæ 70. Atq; hic ille est Rudolphus, qui primus Imperatoriam dignitatem seu axioma, in inclytam domũ Austriacam intulit; ex cuius stirpe ab annis trecentis, decem Romanorum Cæsares Impp. Augusti prodierunt, videlicet hic ipse Rudolfus E. N. I. (stirps) Albertus I. huius Rudolfi filius: Fridericus II, Albertus II, qui & rex Boëmiæ, Fridericus III. Maximilianus I, Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. & Rudolfus II, qui nunc in Sacro Romanorum Imperio, in Pannoniæ quoq;, Boëmiæq; regnis inclytis rerum potitur: cuius DEVS Optimus Maximus sceptrum firmet, imperium proroget, vt sit faustum, tranquillum, salutare. &c.*

* Ciuitas episcopalis Rheno assita. Noviomagum Antonino.

A. D. 1313. Hoc die ut Hagecus (Verùm Chr: Aulæ Regiæ habet infra octavas Assumptionis Mariæ.) Ioannes rex Boëmiæ cum magno exercitu Boëmorum exit è Praga, subsidium laturus Henrico Imperatori, patri suo, qui obsidione cingebat Florentinos &c. Sed, quum in ipso itinere de immaturo & insperato patris sui obitu in Ita-

lia, relatione verace cognovisset, ab Vlma urbe Imperiali, quò iam erat progressus, suis cum copiis revertitur in Boëmiam.

A:D. 1400. ⊖. *Nicolaus (Sed quis Episcopus, aut cuiâs fuisset non additur.) Episcopus dictus Slatina, item frater Gymramus, Prior Conventus D. Thomæ. Thomæus.*

A. D. 1409. Antonius, Dux Brabantus, Bruxellæ duxit uxorem Elissabetham, sive Isabellam, filiam Ioannis Ducis Gorlicienſis &c. Iacobus Meyer. Is Iohannes fuit frater germanus Karoli IV. Imper: Boëmiæq; regis.

Bruxella.

A. D. 1410. (Quidam mm.ss. de die variant. Et hunc diem evolutioni librorum, sequentem concremationi adscribunt.) feriâ quarta post Divisionis Apostolorum combusti sunt libri Ioh. Viglefi Angl. & M. Iohannis Hussij in curiâ episcopali, Feruntur tum & plurimi esse concremati Iohannis Miliczij, Magistri Mathiæ, cognomine Parisiensis, Magistri Hieronymi Pragensis, & aliorum Bohemorum, eruditorum virorum, doctorumq; Ecclesiæ DEI, libri manu scripti. Vndè Pragæ exortum non tantùm aulicorum, verùm & vulgi plebisq; murmur, & nubecula quædam turbationis, quæ tamen tum transijt. &c. Extat de his libris exustis cantio.

A.D. 1456. Per hos dies est Cometa visus. Eodem anno Turca obsedit Albam Græcam, sed repulsus. Eodem anno vir illustris, Dominus Henricus à Rosis, Domini Vlrici de Rosenberg, filius, Baro Boëmiæ, quum à Ladislao rege Vngariæ rediret, Viennæ Austriæ, ex hac vita excessit.

XVII. Iulij.

A. D. 1259. (ut Hagecus 1257.) VVilhelmus Hollandiæ Comes, Archiepiscopus Coloniensis, Pragam venit. Hospitatus in monte Sion pluribus diebus, à principe decenter receptus, & in expensis procuratus est. Tandem pluribus ac varijs Xenijs ab eodem remuneratus copiosè; 4. Id. Augusti ad sua reversus est. Vt credimus (subiungit Cosmas) cum Principe de Imperio à se suscipiendo tractavit, quod est vero simile. Nam idem pòst anno 1271. missus legatus ab Electoribus Imperij ad Præmyslaum, Pragam secundò venit cum alijs legatis multis, significans regi consensum Electorum de ipso, ut sit Imperator Romanorum. Sed eam dignitatem rex modestus, quibusdam parum dextris consultoribus obsecutus, sibi oblatam renuit A. R. Quæ res deinceps regi impensè fuit perniciosa, adeoq; & exitiosa &c.

A. D. 1330. Solis deliquium. Hagecus continentes, inquit, fuerunt imbres: unde suborta exundatio, humorq; nimius plurimum satis incommodat, unde eæ provenerũt etiam parcißimè &c.

A. D. 1376. Eclipsis Solis facta hoc anno, ut Cypr. Leovitius & Ger. Mercator consentiunt: sed ille 7. Iulij: librarij fortaßis aut typographi mendo: habet. (Frithsius 1375. minùs, opinor, rectè.) Biennio pòst exacto, fit pugna ad Reuthlingam: Obierunt verò mortem: Karolus IIII. Imperator. Edvardus filius regis Angliæ: ipse etiam rex pater pòst vita est defunctus.

A. D. 1411. (Est apud quosdam & de anno & de die

Al-

variatio seu potiùs discrepantia) Conradus, *natione Vestphalus,* Decanus *VVyssegradensis, & in regno Boëmiæ subcamerarius (quem ita de appellatione Boëmica nuncupant) transactione facta cum Albico, qui Conrado sede episcopali cessit; cum assensione Capitolij Ecclesiæ Pragensis: acceptat & init Archiepiscopatū Pragensem. Notant in Albico scriptores nimium pecuniæ studium, adeoq; ipsas avaritiæ sordes.*

A. D. 1456. His diebus visus Cometa. Turca obsidet Albam Græcam: sed in cassum facta obsidione, repulsus inde est virtute Huniadis &c.

A. D. 1554. Goltperga, in Lusatia urbs Silesiæ, (nutrix studiorum pietatis, & liberalium disciplinarum, maximè communi in vita utilium, quas ibi Valentinus Trocedorfius, laudatæ vir memoriæ, aliquot annis plantabat) propè à fundamentis incendio est consumpta. Anno pòst, quàm à Ioanne, Caroli IIII patre, fuisset insita corpori regni Boëmiæ, 234. Extat illius Epit: in G. Fabr: Tristibus, titulo: MERITI CLARIS.

A. D 1418. Rege VVenceslao, Karoli IV. filio, VVratislaviense vulgus tumultuatur, movetq; in magistratum seditionem: sed pòst, in eius tumultûs faces atq; autores à Sigismundo Imperatore, VVenceslavvi fratre, animadvertitur. Quod & Cureus & nostri annales cōmemorāt.

A. D. 1460. Horrenda Solis eclipsis. Leovitius. Fuit item eodem anno sub initium Iulij eclipsis Lunæ. In Austria murmur ob monetam nigram &c. Fridericus III. obsidetur à fratre & Viennensibus. Papa Moguntinum deponit: idem promulgat Cruciatam, quam vocant, in Georgium regem Boëmiæ &c. ms. & Kranczius VVandalia.

*A. D. 1492. Henricus, aliâs Hynco, à Kunstato Dux Munsterbergensis, Georgij, Regis Boëmiæ, filius: (qui Podiebradæ in Boëmia gravi morbo per longum tempus decumbens, tandem 11 Iulij è vita excessit) hoc die Glacij * in cœnobio familiæ Franciscanorum sepelitur. Cureus notat annum eius mortis 1497. contra annalium Boëmicorum consensum, nisi accipiatur de morte Henrici eius nominis Primi, Ducis Munsterbergensis: clari propter prudentiam, & bonitatem, qui & in magna gratia apud VVladislavum regem fuit &c.*

* Glocij Germanicâ enunciatione, ut est in annalibus Curei.

A. D. 1552. (Quidam habent notatum 18 Iunij: si nō subest mendum: n, pro l, scripto) Rudolfus, Maximyliani II filius: Ferdinandi I. nepos: Philippi pronepos: Maximyliani I. Abnepos: Friderici Atnepos: Leopoldi soboles, Alberti propago: eiusdem nominis secundus Romano-

rum Imperator, tum & rex Vngariæ atq; Boëmiæ, cuius imperium Deus Optimus maximus auspicatum atq; diuturnũ, tranquillumq́; reddat: nascitur Viennæ Austriæ.

ETEOSTICHON

Iure, Rodolphe, sibi laudes, te, Iulius, orto, &
Poscit in Austriacis pulchra Vienna iugis. D. C.

Aliud.

Dux lucis peragrat Getuli terga Leonis
Cretus sub vitæ iura, Rodolphe, capis. B. S. P.

Fluxerunt autem à Rudolpho E. N. I. ex Austriaca Domo inclyta, Romanorum Cæsare Imperatore Augusto, ad Rudolphum E. N. II. Imperatorem, Dominum nostrũ clementissimum, anni 290. fueruntq́; ex eadem Ducum & Archiducum Austriæ prosapia numero decem Romanorum & Germaniæ Imperatores: quorum nomina hîc alio loco recensentur. Fuerunt & sex reges Boëmiæ, nempe: Rudolphus eius nominis primus: Albertus Sigismundi Imperatoris gener: qui & Roman Imperator; Ladislaus Alberti filius: Ferdinandus E. N. I: Maximylianus E. N. II. gloriosæ memoriæ: & Rudolphus II. &c. De quibus suo loco, magisq́; opportunè, dicetur.

A. D. 1303. Franciscus Petrarcha, Poëta & Philosophus excellens, & Carolo IIII. Rom. Imp. Boëmiaq; regi carus, nascitur Aretij non procul à Padua. (Alij Ancisæ vico agri florentini.) Et extant apud nos, aliquot Caroli IV ad hunc Franciscum scriptæ, epistolæ. Petrarchæ librum de remedio adversæ fortunæ ex Latino fecit Boëmicum Gregorius, cognomento Hruby à Gelenia: Sigismundi illius Gelenij Boëmi, pater. &c.

A. D. 1346. (Hagecus habet 13. Iulij: N. Vignierius idibus Iulij: Beutherus ex Avētino 4. Idus Iulij: O. Panuinius V. Idus Iulij:) Karolus filius primogenitus Ioannis regis Boëmiæ, Henr. VII. N. (Marchio Moraviæ anno ætatis 29) designatur Romanorum Imperator. Ab hoc tempore, imperij moderamen gessit annos 32. menses 7. dies 14.

A. D. 1420. Castra Sigismundi Imperatoris ad Letnam, *flante vento vehementiore, succensa: aliquot papiliones grandiores eo incendio absumpti &c. M. Laurentius.

*Letna, pagus est proximè ad Pragam situs.

A. D. 1431. Celebratur & inchoatur Basileæ concilium Ecclesiasticum, ad quod & Boëmi invitantur. Ibi pòst multas tractationes constituitur solennis illa inter concilium Boëmosq; ac Moravos pacificatio, quæ vulgò compactata vocantur. Scribitur à quibusdam, per absentiam Sigismundi Imperatoris, extitisse eiusdem Synodi defensor & executor Ludovicus Dux Bavariæ. Sed ità factū fuisse in concilio Constantiensi, annotavit S. Munsterus.

Compactata.

ſterus. Baſilea, (ut hoc obiter hîc adijciamus) egregium eſt Rauracorum oppidum: præter alia præclara urbium ornamenta, & Academiâ & typographiâ nobile: cui, ut ait B. Rhenanus, magnum decus, nec minùs commodi concilium attulit æcumenicum, hîc propemodum 18. annis celebratum. In ponte illius ſpectatur effigies Procopij Raſi Boh.

A. D. 1469. Vivente, & anathemate perculſo Georgio rege, quidam ex ſtatibus regem Boëmiæ eligunt VVladiſlaum maximum; natu Caziniri, Poloniæ regis, filiũ; alij Mathiam Corvinum Huniadem, tum temporis regem Pannoniæ &c. eo ipſos impellente Romm Pontifice &c. Cromerus. Platina. Sub huius menſis initio tetra fuit corporis ſolaris obſcuratio.

A. D. 1536. Reginæ Hradecium, (exteris Græcium per syllabarum contractionem enunciatur) ad Albim & Orlicen confluentes ſitum, oppidum, amænum, populoſum ac celebre, multorum eruditorum virorum patria: propè de integro conflagrat, tantummodo præurbio ab eius vaſtatione incendij remanente incolumi. Iam, niſi fallor, tertiùm iſta calamitate ea vaſtata civitas refloreſcit ſplendidè &c.

A. D. 1583. ☉. Nobiliſſ: & literatiſſ: Eq. Boh: Dn. Venceſlaus VVrzeſſovicius à VVrzeſſovvitz &c. exercitatiſſ: in lectione Bibliorum, SS. Patrum, & claſſicorum utriusq; literaturæ ſcriptorum, ac religionis puræ acerrimus voce ſtiloq; propugnator: idquod impreſſi ab i.. o domi ſuæ libelli, & mſ. quos habet Dn Sebaſtianus frater demor-

demortui, declarant. Legavit Senatui Minoris Pragæ, 1000. Ioachimicos, è quorum uſufructu in perpetuum, certam pecuniæ ſummā penderet in uſum Templi annuarum ſolennitatum, pro vino cōmunicantium ſubutraq; : pro Scholaſticis; pro hoſpitali, pro incarceratis & exulib. addixit teſtamento etiam ſuo Bibliothecam in omnib. propemodum facultatibus optimè & max: ſumtu inſtructiſs: ut habeat pat: nobilitas quod æmuletur ad comparandam ſibi gloriam immortalem, libertasq; concederetur omnib. legendi, ſed loco non movendi libros.

Vivet extento Proculæus ævo.

Illius hoc eſt Cenotaphion.

Gentis Ericeadûm flos fragrantiſsimus, & ros
  Concidit, heu: mortem Venceſilaus obit,
Quo vir nobilior, vitâ neq; dignior alter
  Linguarum ſtudijs, & pietate, fuit.
Exoſus Mundi fraudes, & gaudia cœli
  Aſpirans, zelo non ſine conſpicuo,
Expirat placidè, CHRISTI confiſus IESV
  Nomine, & hortatus, quos ſibi adeſſe videt:
Ingeminate preces, ait: hymnum pangite mecum,
  In pace, è terris ut ſuper aſtra migrem.
Pax tua CHRISTE tuos iuvat, & beat: expeto lætus
  Corpore diſſolvi, vivere mente tibi.
Tu mihi vera ſalus, mihi vita, redemptio, palma,
  Hoc abitu, obitu, tu mihi vera ſalus.

Aut:. Th. M. Lym.

XX Iulij.

A. D. 1350. ut m. s. Per hos dies, sub Carolo IV. fuit prima pestis in Boëmia: pervagata & Germaniam, adeoq́ magnam partem orbis, extinguebantur homines citra bubones quidem; verùm ventre solummodo, aut capite ægrotorum intumescente. Huc facit, quod Garcæus ex historijs decerptum scribit: Anno inquit, 1349. In Norico VIII. Kal. Febr. maximus terræ motus fuit, & quidem vespertinus, quo diebus quadraginta, varijs motibus terra concussa fuit, & mira edita sunt opera &c. Et subdit: Sævißima, inquiens, mox subsequuta est pestis in toto orbe terrarum, & subita lue correpti interierunt homines. Pleriq; mortalium extincti sunt, vix quarta pars superstes fuit. hæc ille. Iudæis imputata culpa scribitur, quasi veneno fontes atq; puteos Christianorum infecissent. Quam opinionem, ut minùs veritati consentaneam repræhendit Cureus: fuisseq́; in ea lue, quam Atticæ pesti populari comparat, non obscura horribilis putredinis, & corruptionis in aëre, signa, scribit. De quo & Aventinus, Petrus Massonus: Cureus.

A. D. 1368. Elizabetha, quarta, Caroli IIII. Imperatoris Boëmiæq́; regis, coniunx (in præsentia Caroli IV. mariti sui coronata Romæ Kalendis Novembris, elapso proximè anno) Româ redit Pragam, celebriter excepta: quo anno & natus est Karolo IV. filius Sigismundus nomine, pòst Romanorum Imperator.

A. D. 1322. VVenceslavus, regis VVenceslavi sexti filius naturalis Regni Boëmiæ Cācellarius, & VVyssegradensis Præpositus, iussu Iohannis regis capitur, custodiæq; traditur: causa eius rei ab Hageco, alijsq; scriptoribus exponitur &c. Hi addunt eum, posteaquam regi, nimis fortè credulo, in gratiam esset repositus, effectum eße episcopum Coloniensem &c.

A. D. 1504. Natus est hoc die Georgius Dessensky, cognomento Gednorožec *: hora 6. minuto 54. supputatione ad Pragense horologium, facta. Vir pius, innocens, humanus, & inter cætera historiarum patriæ, studiosus, quas sibi hinc inde dispersas colligi, & in volumen magnis sumptibus describi curabat.*

Vivit post funera virtus.

A.D. 1548. Incendium Petrense, sabbato ante Magdalenæ hora 13. in vico Pannificum excitatum: eo ad 50 ædes crematæ. Subsequutum est die Dominico proximè insequente, alterum: ibi tum domus 15. unà cum ludo literario & curiâ hospitalis, conflagrârunt: tertium Poricense mox post octo dies absumptæ domus quatuor.

A. D. 1515. Feriâ sexta ante Magdalenæ fuit maxima inūdatio ex nimia pluvia suborta, ante quatuor quidem septimanas exūdavit quoq; VVltavva, sed hic multò magis, & ita quidem, ut Barbatum (Bradáče pod mostem *) Hospitalensem attingeret: auxit eam eluuionem plurium piscinarum ruptura &c. magnâ tum difficultate et inopiâ panis laborabatur, quum molendina, amne Pra-*

gensi in ea redundante, fruges non possent frangere: messis quoq; ea cœli intemperie præpediebatur.

§ *festum Magdalenæ duos ibidem Domini VVilhelmi à Pernestein, Ioannem & Albertum filios militari cingulo cinxit.* D. VVrzesovv. m. s.

A. D. 1504. VVladislavus Vngariæ Boëmiæq; rex suscepit ex uxore sua Anna Candala Gallicâ, regiæ stirpis filiam (quæ in sacro baptismi est Elizabeth appellata: sed ab obitu matris, & ipsa maternum nomen obtinuit.) natam hoc die, hora 19. minut. 26. post meridiem, ut quidem nostri scriptores annotârunt: alij referunt an: 1503 diem 23 eiusdem mensis, quod in medio relinquimus. & nostrorum annotationes, qui per id tempus vixerunt, sequimur.

A. N. 1530. Natus est generosus Baro Boëmiæ, Dominus Chrlstophorus ab Hasenburg. die 22 hora 3. min. 33. Dessen. m. s.

XXII. Iulij.

A. D. 1302. Cunegundis soror germana VVenceslai II. regis Boëmiæ, religionem assumsit apud S. Georgium in castro Pragensi, & succedentibus temporibus effecta abbatissa, eidem D. Georgij monasterio multas obtinuit libertates, idq́; plurimum dotavit atq; auxit. m. s. Lat:

A. D. 1371. Ioannes Comes Lucemburgensis & Lyniæ; cognominatus Gallus; quod in Gallia esset educatus, Karoli IV. Imp. ex VVenceslavo fratre nepos, archiepiscopus Moguntinus, numero 69; & elector in medio urbis Pragensis foro, ipsi Carolo IV. Romann. Imperatori iuramentum fidelitatis præstitit, feudumq́; sumsit. &c. m. s.

A. D. 1461. Die Magdalenæ Carolus VII. Galliæ rex, mortem obijt. Huius Caroli erat filia, Magdalena nomine, desponsata Ladislavvo, Vngariæ Boëmiæq́; regi, qui sub ipsum tempus nuptiarum, immaturâ morte raptus ex hac vita emigravit &c. De his pluribus alibi.

A. D. 1479. Olomucij conueniunt Mathias Vngariæ & VVladislaus Boëmiæ, reges, amica transactione res inter eos, & lites exortæ componuntur. Victorinus dux, Regis Georgij filius, vnà cum alijs compluribus Boëmis ex custodia Huniadis, in qua propè ad duos annos detinebatur, dimittitur.

A. D. 1497. VVladislaus rex, cùm Budam sese reciperet (Pardubicium est regale oppidum, quondam possessum à proceribus de Pernestain, distat à Praga ad 13 milliaria.) Pardubicium diuertit: atq; die Domiuico pòst

A. D. 1093. Facta est Eclipsis Solis. Mercator. Sed Cosmas, Marignola, & Pulkavva habent XII. Kalend. Octobris: quidam m. s. 19: Kal. Februarij, Liechtenavius 9. Kal. Octobris; Quod in medio relinquimus, lectori discutiendum. Subiungunt scriptores subsecutam esse ingentem pestilentiam; quam illi appellant mortalitatem.

A. D. 1348. Feriâ quarta, hora vesperarum (Psalmodiarũ) fuit apertio portarũ, & ventus fortis cum maxima & vehementissima pluvia: & sunt plurima tunc nocumenta (detrimenta) insecuta, præcipuè in montibus (Guttenberga oppidum egregium: octo milliaribus à Praga dissitum: argenti quondam non infœcundum, quo nomine & à G. Agricola celebratur.) Cuthnæ, ita ut plurima hospitia (ædes hospitiorum) corruerent, & multitudo quoq; hominum (metallicorum) perierit, suffocataq; fuerit in fossis (fodinis) maximè per nimiam & vehementem aquam (subterraneam) m. s. Francisc.

A. D. 1382. Pontificatûs eius anno V; Vrbanus Pontifex Romanus, datis ad VVenceslaum Rom. Boëmiæq; regem literis, ipsum hortatur, ut ad coronam Imperialem suscipiendam veniat Romam, & inter cætera subiungit, VVenceslao cogitandum esse, ne hac sua veniendi mora det occasionem, ut tantus dignitatis Cæsareæ titulus, ab antiquo Germanicæ nationi attributus, in aliam gentem viliorem transferatur, & contingat transferri ad molliciem N. &c. hæc ex m. s.

⁂ De eo & alibi.

A. D. 1436. ⁂ Sigismundus Imperator, dato di-

A. D. 1139. Obscuritate aëris priùs orta, & sic per septimanam durante, hoc die nigredo solito densior circa meridiem, putridissimo, & velut ab inferis exeunte, odoratusq; hominum persufflante, fœtore aërem offuscavit: fuerunt etiam nonnulli, qui dicebant se quasi fissuram in sole vidisse.

A. D. 1424. Isto, & sequentibus diebus locustarum agmen invasit Bohemiam &c. P: Codicil. *Quid portenderint, edocent annales.*

A. D. 1545. Ante verspertinas seu nocturnas preces, ut vulgò vocant, magna vis aquarũ ad Pragam in VVltaviam fluvium derepente sese infudit &c.

Aquæ multæ populi multi. Exitus acta probat.

A. D. 1541. Vrsula Ferdinandi Romanorum Imperatoris numero 9. filia, hora 4. pomeridiana nascitur in Nova urbe: ⊙. Oenipponte, ultima April. anno 1543.

✠ *plomate suo, confirmat declarationem M. Iohannis Rokyczani Archiepiscopi Pragensis, ab ordinibus Boëmiæ non multò antè designati.*

* Hagecus & quidàm m. s. annotant àn: D. 1365.

A. D. 1363. * ⊖. *Mediolani &c. Rudolfus E. N. IIII. cognomento magnanimus: Primus Archidux Austriæ &c. (cui se adiunxit comitem Itineris Romani, sumendæ coronæ Cæsareæ gratia.) Karoli IIII. Romanorum Imperatoris gener. Eius enim filiam Catharinam habuit in matrimonio. Lazius.*

A. D. 1382. Ludovicus rex Vngariæ & Poloniæ, cùm liberis masculis caruisset, Mariam filiam suam Sigismundo (Marchioni) Karoli IIII. filio, qui tum 14. ætatis annum habebat, despondit.

A. D. 1383. Zbynco Hasenburgius, archiepiscopus Pragensis mandatu VVenceslai regis &c, expeditionem suscipit in Bavariam &c. Hagecus hæc prolixiùs prosequitur.

rex Poloniæ Silesiam suam repetit

A. D. 1404. VVladislaus Poloniæ, VVencesl Karoli 4. filius Rom. Boëmiæq; reges, conveniunt in urbe VVratislavia, metropoli Silesiæ: ubi Polonus sibi Silesiam restitui petit, sed nihil impetrat: pace tamen utrinq; inter reges constituta atq; firmatâ. Cureus.

A. D. 1427. Electores & principes imperij Mysam Boëmiæ oppidum oppugnant, sed non expugnant: nimirùm soluta obsidione, cùm acciperent de Thabioritarum Pragensiumq;, qui Mysensibus perquam opportunè auxilio succurrebant, adventantibus copijs. Hi illos fugientes insecuti, in transcursu Tachoviam (Tachovvia ad Gabretam sylvam in Boëmia est situm oppidum; sex à Tusta, tribus à Mysa, remotum milliaribus, capiunt &c. Hag.

A. D.

A. D. 1437. anno interregni Boëmiæ, post obitum VVenceslavi regis, 18. Sigismundus Imperator, ab omnibus regni Boëmiæ ordinibus, unanimi consensu, pro rege Boëmiæ agnitus recipitur, ita equidem, ut, secundum pacta conventa, regnum suum quocunq; placuerit tempore adeat, eiusq; administrationem capessat.

A. D. 1451. Ad secundam noctis horam, fuerunt magna tonitrua, fulgetra, fulmina, imbres validiss. ità, ut terra tremore concuteretur: miseri & pavore perculsi ex tam turbulenta cœli facie, mortales tabescerent, ac in templa, tanquam asyla quædam & receptûs, ad dicendas preces, Deumq; placandum, confugerent. m. s. Lat. & Hag.

A. D. 1452. Templi Bethleem domus sacerdotũ conflagravit. Priùs quoq; anno videlicet 1446. die D. VVenceslai, per imprudentiam passa simile incendium: à quo & ipsi quidem templo Bethlemitico imminebat periculum, nisi summo studio & industriâ restinguentium ignis fuisset sopitus.

*A. D. 1482. * Synodus, Nymburgi habita, eorum qui sunt sub utraq;, Regni Boëmiæ statuum. Res tractatæ Augustini episcopi, qui & ipse eidem conventui interfuit.* * Quidam 1483.

A. D. 1492. ✤ Grando quibusdam in locis Boëmiæ magnam segetibus calamitatem attulit: Giczinij, quod DNN. Trczkonum est oppidum, fulminum grandinisq; tempestas similiter detrimentosa. ✤ alij 1493.

A. D. 1518. Nicolaus Retasin N. ictu cuiusdam ligni

interemtus periit. m.s. Quis fuisset, à scriptore non exprimitur. Quod non rarò fit & in aliis.m.s.

A. D. 1525. Natus est generosus DN. Karolus ab Hazemburg: à Leporibus nuncupat Dubravius: Baro Boëmiæ. D. 25. Iulij. hora 5. minuto 1.

A. D. 1564. Qui fuit dies D. Iacobo Maiori Hispanorum Apostolo, atq; patrono sacer, Viennæ Austriæ ☉, Ferdinandus inclytæ piæq; memoriæ I. Romm Imperator: Vngariæ Boëmiæq; rex, hora 6. pomeridiana. Sambucus. Vixit annos 61. menses 4, dies 14, horas 20. Imperavit annos 6: regnavit in Boëmia 37. in Hungaria totidem annos.

ETEOSTICHON.

Illustris curis gravibus, Ferdinandus, & annis,
Functus, Iacobi lux ubi splendet, obit. B. S.

Defuncti, Imperatoris pientis corpus deinceps Pragam inhumandum deportatur &c. qua de re alibi fusiùs.

XXVI. Iulij.

A. D. 1449. interregni anno 2 generalis ordinum Regni Boëmiæ habita Czaslaviæ synodus, ad hunc præstituta diem: Duravit ad 17. VIIbr. Deliberatum de varijs regni negotijs: potissimum tamen de accersendo in regnum Ladislavo: (qui tum novem annos ætatis habuit) &c. Cochlæus.

A. D. 1458. (Et annum & diem huius rei, diversum habet Cochlæus) Georgius Podiebradius à Cunstato, ante duos menses inauguratus rex Boëmiæ, lustrata Moravia atq; Silesia, & iam compressa utrobiq; rebellione, constitutaq; pace; &c. in Bohemiam reversus, & hoc die Pragam urbium matrem, regumq; sedem, ingressus, excipitur honorificè &c. m. s. & Cochlæus.

A. D. 1506. Anna Candala, natione FrancoGallica, atq; regis Galliæ cognata, VVladislai, Boëmiæ, Pannoniæq; R. coniūx, N. die D. Annæ sacro (Bonf.) ex hac vita excedit à partu filij Ludovici: die 33. sepelitur. Vixit cum rege marito annos quatuor. Isq; ex ea suscepit liberos filium Ludovicum & Elissabetham, aliâs Annam, filiam &c.

A. D. 1515. Conventus hoc die Viennæ Austriæ, celebris trium insignium monarcharum, nempè: Maximyliani I. Roman. Imperat. Augusti: VVladislavvi Vngariæ & Boëmiæ: Sigismundi (VVladislai fratris) Poloniæ regum. Eius conventus pompam atq; acta descripsit Cuspinianus, in Cæss. Romm.

A. D. 1554. Per hos & insequentes dies morbus po-

pularis Pragæ grassando in dies magis ac magis gliscebat. Sublati eo tempore sunt multi & cives & consulares viri &c.

A. D. 1565. ⊙. Vdalricus præfectus à VVlkanovva, civis & patricius Reipublicæ Pragensis: ad D. Gallum sepultus. Vir pius ac probus. Ingeniosus Mathematicorum instrumentorum artifex, & Hierosolymitana ac Compostellana, tum & aliis longinquißimis terrâ mariq; peregrinationibus celebris atq; clarus. Hierosolymitanum sive Palæstinum iter, quod salvus atq; sospes peregit, ipse populari sermone descripsit, quod & typis Pragæ excusum extat.

Vivitur ingenio: cætera mortis erunt.

A. D. 1568. Terræ motus in Misnia ad Albim oppido. G. Fabricius.

XXVII. Iulij.

A. D. 1096. Domina Iuditha comitissa, filia VVratislai, Boiemici regis, Viperti Comitis coniunx: coronata, & auro textis induvijs regaliter adornata, processit, & coronam, auro, gemmisq; insignitam, & cycladem auro textam instar Dalmaticæ, & preciosissimi operis, quam sub mantello ferebat, etiam auro texto induta: hæc duo insignia super altare Deo, sanctoq; Iacobo dicavit. Chron. Monach. Pegaviensis.

A. D. 1124. Ad hos dies, sub festum D. Iacobi Maioris, moritur Vigbertus, Cosmæ: alijs Vipertus, Marchio Lusatiæ, Burgravius Magdeburgensis, Comes Groicensis, aliâs Ostrolandiæ: gener VVratislavi regis Boëmiæ. Sepultus in Pega monasterio, quod ipse fundavit. Georgius Fabricius.

A. D. 1400. Academia Cracoviensis, (Pragensis Gymnasij colonia) à VVladislao, Poloniæ rege fundatur, confirmaturq;.

A. D. 1410. Malinum oppidum, non procul à Guteberga remotum, à metallicis igne subiecto propè funditus crematur, causa eius excidij scribitur hæc: quòd homo quispiam rusticus metallicum quendam, pisa tum adhuc recentia, & lactentia carpentem, peremisset: quam cædem metallici vindicaturi, maximo numero Guteberga egressi, id concierunt, magnoperè calamitosum, detrimentosumq; simul, & luctuosum incendium: nam referuntur ad 400. homines utriusq; sexus partim flammis, partim fumo, partim cæde metallicorum, suis illatam iniuriam

ulciscentium

ulciscentium, fuisse absumptos, tribus ab ea clade exactis hebdomadibus, arsit & Colonia ad Albim oppidum, uno milliari à Cuthna distans. m. s. Hagecus, Cuthenus.

A. D. 1443. Nascitur Albertus Dux Saxoniæ: Friderici E. N. II. Electoris Saxoniæ filius, cui postea fuit connupta Zdena (sive Zedena, vel potius integrâ & genuinâ pronunctiatione Sidonia) Georgij Boëmiæ regis filia. Hic Albertus fuit progenitor Georgij & Henrici Ducum Saxoniæ: (Mauricij & Augusti avus) P. L.

A. D. 1458. Georgius rex eo, quo inauguratus fuit, anno ab expeditione Moravica reversus, in urbem Reginæ Hradecium ingressus, maximo applausu pompaq́ue, & iubilis suscipitur, uno quôque opificum collegio cum suis vexillis ipsi obviam procedente: sub umbella protensa, maxima cum Senatus populiq́ue Hradecensis veneratione & congratulatione in hospitium honorificè deductus, cantato hymno: Te Deum laudamus &c.

A. D. 1555. Maria Maximiliani, E. N. II. Romann. Imperatoris Augusti, Vngariæ pòst & Boëmiæ regis, filia nascitur ex Maria coniuge Augusta suscepta Viennæ Austriæ.

ETEOSTICHON.

Quæ genitricis habet celebris, virguncula nomen,
Est sata ter Iulij lux ubi nona nitet. B. S.

A. D. 1242. Nicolaus Episcopus Pragensis consecratus Romæ, redit Pragam &c. Cosm. Paralip.

A. D. 1353. Anna Iavarensis, filia Bernarti, Ducis Svvidnicensis, Karoli IV. uxor tertia, (VVenceslavvi, Romanorum & Bohemiæ regis, mater: Cureus) coronatur diademate regni Bohemiæ. m. s.

A. D. 1368. Karolus IIII, constituta atq; sancita pace inter Ecclesiam Romanam ab una, & inter Mediolanenses atq; quosdam alios, (Tritem:) parte ab altera: primùm in Tusciam: inde & Romam est profectus, quò & Vrbanus Romanus pontifex non multò pòst sese contulit. Coronata deinceps ibidem est Elisabetha Caroli IIII. uxor &c. sub initium mensis IXbris. &c. m. s. Erhard. De Vrbani Romam adventu citat quædam P. Massonus libro IIII. ex Fr. Petrarcha, & annotat annum 1367. Tritemius verò annum 1365. (ubi mendum incuriâ librarij, 5 pro 7 scribentis, esse admissum censuerim) quæ ex eodem historico, si cui libuerit, poterunt cognosci etc.

A. D. 1368. Bolco Dux Silesiæ sine heredibus obijt, is itaq; Ducatus per eius mortem, & liberorum orbitatē in regem Boëmiæ VVenceslaum, Karoli IIII filium est devolutus &c. Hagecus.

A. D. 1412. ☉. laudabilis memoriæ, nobilis Dominus Heinricus de Rosenberch (filius Domini Vlrici de Rosenberg ex Elisabetha) summus Regni Boëmiæ & castri Pragensis Purgravius: Eius defuncti corpus in monasterij Altivadensis choro sepultū est (requiescit igitur contiguus progenitoribus & maioribus suis) Inscr:

A. D. 1420. Dominica post Iacobi, horâ nostrate 12. rex Sigismundus in castro Pragensi, præsentibus non omnibus Baronibus, nec Scabinis (Senatoribus) Pragensibus, in regem Boëmiæ coronatur: facitq; ibi multos novos milites, nullum penitus actum militarem priùs pro communi bono ostendentes &c. Chron. M. Laur.

A. D. 1546. Ferdinandus rex Pragam sese hoc die unà cum Anna regina atq; liberis recepit. Deß.

XXIX. Iulij.

A. D. 1339. Per hos dies locustarum infinita multitudo ab extremis partibus Hungariæ & Græciæ veniens, nō solùm Boëmiam & Moraviam, sed etiam Austriam, Bavariam & Franconiam, more avium, per aëra volantium, ac loca mutantium illæ locustæ sese quotidie naturali propagatione multiplicando, universa, ubi residebant, consumunt. Opatov. m. s.

A. D. 1478. Sol est defectum passus post meridiem.

A. D. 1515. Is fuit dies Dominicus. Grandinum ingens vis cecidit: forma quadrangulâ, acuminata, quātitate ovi columbini, alicubi maiores: ferebantur totam ferè Boëmiam pervagatæ fuisse, maximum frugibus, pomis: vino: tectis; fenestris vitreis, detrimentum intulerunt. Itaq; parco frumenti, & cibariorum proventu, plurimum sunt aucta rerum & annonæ precia.

A. D. 1570. Scholasticus quidam ex ludo artis Pragensis Choralistarū Divi Viti submergitur in fluvio VVltavvæ ad Minorem urbem Pragensem ipso momento, dū vix lavari in aquis occepisset: cum ab eiusmodi lotione quidam non semel ipsum propter pericula prohibuissent: sibi omnino in flumine esse lavandum etiam vitæ cum discrimine, respondit, atq; ita periit. Et hoc, & alia plurima exempla docent, diabolum & in aquis insidiari hominum vitæ: sæpeq; evenire, ut, qui amant periculum, in eo quoq; pereant.

* Quidam m. s. habet 14. Iulij.

A. D. 1119. * Quum esset iam inclinata dies: ventus vehemens, imò ipse Satan, in turbine ab australi plaga repente irruens super solarium Ducis in urbe VVyssegrad, antiquum murum, & eo firmissimum, funditus subvertit: & quod magis est admirandum, ex utraq; parte anteriori & posteriore integra & inconcussa manente, medietas palatij solotenus est eruta, & citius, quàm festucam (stipulam) frangeres, trabes inferiores & superiores cum ipsa domo impetus venti fregit in frusta & discerpsit. Fuit autem hæc tempestas (procella) adeo valida, ut, quacunq; ex parte huius terræ incubuit, sylvæ & arbores plantatas, & cætera sibi obstantia suo impetu prosterneret. Hæc Cosmas.

A. D. 1334. Rex Iohannes hoc die Pragam à nuptijs revertitur, quas in Gallia cõcelebravit splendidas & sumptuosas, contracto matrimonio cum Beatrice virgine puella, filiâ Ducis Borboniæ, comitis Clari montis ex domo & prosapia regum Franco Gallicorum. hæc Franc:

A. D. 1419. Die Dominico, festo D. Abdonis, horam inter 13 & 14, Consules numero tredecim in Nova urbe Pragensi è prætorij fenestris præcipites à furente plebe in plateam deijciuntur, & crudeliter contrucidantur. Caussam eius sanè seditiosi tumultus hîc, cum compendio & brevitati studeamus, recensere prætermisimus, ab Hageco, Dubravio, AEnea Sylvio, prolixis verbis exponitur. Inde eam lector petere poterit. Hunc tumultum eclipsis solis præcessit, ut annotat, C. Leovitius.

A. D. 1419. * Altero statim à cæde consulum Novo-Pragensium die, plebs furens Rerumpublicarum Pragensium concitata, suoq; furori laxans habenas, impetum faciunt in Zderasiense, itemq; in cœnobium Carthusianum, situm extra Pragæ mœnia sub monte Petrino: direptisq;, quæ ibi inerant, esculentis atq; poculentis, utrunq; ignis incendio evastarunt. Huius impetûs scribunt autoreus adeoq; principem fuisse Iohannem Ziskam Trosnovianum, Coclitem, Boëmum, qui & ob condemnationem M. Hussij atq; M. Hieronymi, & aliâs insigni iniuria affectus à familia monachorum, in eosdem animo erat infestissimo atq; exulceratissimo: quod in quodam m. sc. legimus.

* Hagecus: Cuthenus: AEneas Sylvius: Dubravius: Cochleus.

A. D. 1424. Martinus Papa anno sui Pontificatûs VI, scriptis hoc die literis instigat & extimulat in Boëmos Hussitas Sigismnndum Novogradensem (quod ipsum ille comminatus fuerat sua epistola ✠ quam ad Boëmos ante annos 5. de hæresibus & prædicatoribus hæreticis abdicandis &c. scripsit): ad quas sibi communicatas literas Boëmi, eidem duci respondent, suamq; innocentiam declarant, & quòd verbum Dei, cuius capita primaria in concilijs Ecclesiasticis, Apostolico, Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonensi, breviter comprehensa profiteantur atq; propugnent, ostendunt: non igitur sese eam ob rem ad quorundã libidinem impetendos: sin secus, sese, DEI præpotentis, auxilio atq; ope, à suis capitibus, à patria, coniugibus, atq; liberis, vim, iniquè il,

✠ Extat in historia Hussitarum Cochlej.

lætam, vi quoq; esse depulsuros. Ea utraq; extat apud nos Epistola.

A. D. 1477. Sexto à sua coronatione annô, Rex VVladislaus Viennæ à Friderico Romanorum Imperatore feudo & investiturâ suscepta 7. idus Iunij: Pragam metropolim Boëmiæ magno comitatu et legatis Rerumpublicarũ Pragensium, ingressus, honorificè à Senatu P.Q. Pragensi excipitur: Deoq; in templo lætæ Curiæ pro felici reditu agit gratias.

A. D. 1526. Nascitur Augustus illustris Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Elector, Henrici Ducis Saxoniæ filius (Alberti) ex Zedena Georgij regis Boëmiæ filia, nepos.

ETEOSTICHON.

Augustus princeps ubi nascitur, atria plaudunt,
Ad cunas virtus, pax, pietasq; canunt. B.S.P.

Aliud.

Lux ubi Quintilis rutilat gravis, ultima princeps
Nascitur Augustus flos, vigor, orbis honor.

Idem.

A. D. 1553. Sigismundus Rex Poloniæ, post Barbaram Vilnensem &c, coniugio sibi copulavit Cathârinam, germanam sororem, Elizabethæ, filiam Ferdinandi primi Romanorum Imperatoris Augusti &c. Vtramq; Sigismundus Herbersteinus, tanquam magister seu præfectus Curiæ, ad sponsum deduxit. Nuptiæ celebratæ sunt Cracoviæ &c. S. Herberstei. Moscovia.

AVGV-

Auguſtus

Qui & SEXTILIS.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX. Dies habet horas XIIII. Nox verò X.

I. Auguſti. *Kal. Aug.*

A. D. 1256. Hunc annum annotante Coſma: * *In Boëmia fuit maxima aquarum inundatio, quæ grauiſsima intulit detrimenta per totam Pragæ diœceſim in hortis ſeminatis, campis & ædificijs iuxta ripas. Ea exundatione non pauci mortalium ſunt quoq; ſuffocati. Sequuta eſt deinceps hyems admodum aſpera.*

* Alij 1260. Opatovicenſe 1259.

A. D. 1312. Hagecus ✠ *Henricus eius nominis VII. Comes Lucemburgenſis, Romæ, ante quadriennium deſignatus rex Romanorum, in baſilica Conſtantinianâ inauguratur Cæſar Imperator Auguſtus. Pulkavva refert ad 29 Iunij: ut & O. Panuin. annumq; habent ſimiliter 1312.*

✠ Alij 1313 minùs rectè

A·D. 1348. Hagecus § *Blanka (quam in vita ſua Karolus ipſe Imperator: & Margaretham nominat) Caroli IV. Romanorum Imperatoris Boëmiæq; regis, uxor prima, ex proſapia regum Galliæ oriunda: moritur. Prugæ in D. Viti conditorio, regum Boëmiæ honorificâ funeris pompa ſepulta: Matrona pia, honeſta, benefica. Exegit*

§ Franciſcus 1349. [illegible] ſ. 1347.

cum suo marito annos 14: supputatione facta ab ingressu Blancæ in Boëmiam. Eius liberi: Iohannes Marchio Moraviæ, Margaretha primogenita: elocata Ludovico primogenito quoq; filio Caroli regis Vngariæ: Catharina, Rudolfi Austrij uxor: quantum ex scriptoribus potuimus indagare.

A. D. 1431. Post promulgationem à Martino V. Pontifice Romano, cruciatæ, (quam ita vocant) in Boëmos; tres exercitus, numerosissimis & Imperij diversarum ac fortissimarum nationum copijs valida expeditione ad Kalendas Iulias facta, invadunt fines Boëmiæ; duce Iuliano Cardinale: verum tamen ij metu, quod dicitur, panico correpti; cum interiora regni Boëmiæ petere formidarent, retrocesserunt. AEneas Sylvius, qui hæc copiosè persequitur, sed non nihil diversè à nostris annalibus, de quo infrà ad XVI. eiusdem mensis diem copiosiùs.

A. D. 1527. Carolo V. Romanorum Imperatoee Augusto, & rege simul Hispaniarum: Francisco Valesio, Francorum Sigismundo Pio, Poloniæ: Henrico VIII. Angliæ, regibus Christianis: Solimano Turcorum tyranno: nocte præcedente, hoc est, quemadmodum id Iohannes Sambucus explicat, inter XI. et XII. horam: Viennæ Austriæ ad Danubium nascitur Maximilianus primogenitus Ferdinandi I. Vngariæ & Boëmiæ regis, filius. Sacro baptismi fonte lotus ab N. Raubero, episcopo Labacensi: Susceptores: Dominus Franciscus comes à Peczingen, & à Divo Georgio: item, Dominus Adamus de Nova Domo,

mo, supremus regni Boëmiæ Cancellarius: Susceptrix: N. Ducissa N. Comitis Pannoniæ. Hæc Petrus à Rotis.

A. D. 1572. Giczinum, quod est nunc in possessione generosi ac strenui Equitis Domini Burlani Treczka de Lippa & in Svvietla: SubCamerarij in regno Boëmiæ, oppidum unà cum templo funditus conflagravit, in præurbio pauculis turgustiolis relictis.

** quo ipsum elogio ornat eius temporis scriptor.*

A. D. 1560. Tumulatur Dubravvnicij oppido Moraviæ Iaroslaus à Pernestain, magnificus regni Boëmiæ Baro. eruditissimus eruditorumq; observantissimus, Imperatoris olim Ferdinandi I. Magister Equitum consiliar. & Cubicul. quomodo eum M. Cuth. & M. Coll. ornant in epitaph. quod extat.

A D. 1058. Guta (Bona) nostratibus Boëmis appellata Iuditha: Brzetislavi eius nominis I. sed in ordine Ducis Boëmiæ XVII. coniunx: Othonis, cognomento Albi, Comitis, filia: Spitignevi Ducis mater, moritur. Sepulta in cœnobio Lucensi in Moravia propè Znoymam, ordinis Præmonstratensium, quod ipsa proprijs impensis fundavit. Inde tamen, aliquot annis elapsis, eiusdem corpus translatum Pragam in Boëmiam, & ad monumentū mariti proximè appositum, in Basilica D. Viti conditur. Cosmas, Pulkavva, Munster: Hag: Brzevnov. Vixit cum viro suo annos: 24. C. Liberi ex ea nati: Spitignevus: VVratislavus, pòst & rex Boëmiæ: Conradus: Otho: Iaromirus, pòst & Gebhardus sive Gerardus: atq; ij omnes, excepto postremo, qui peregrè absfuit; sua præsentia genitricis cariß: debitâ pro pietate funus honestârūt.

A. D. 1133. Fuit Solis obscuratio. Sigebertus; Georgius Fabricius. Ger. Mercator. Pòst pestilentiâ vexati mortales Opatovicense. Adhæc Turcæ obsederunt Hierosolyma, quos tamen Fulco, gener Baldevini, divino favore atq; auxilio, partim cecidit, partim fugavit &c.

A. D. 1438. Albertus Romanorum Imperator Vngariæ Boëmiæq; rex; creat ipsemet senatum in rebuspublicis Pragensibus.

A. D. 1512. ⊖. vir equestris ordinis, Zdenco Malovecius, residens VVinterbercæ: familiâ Malovconum, summus inclyti Regni Boëmiæ Notarius: Calicis Domini & veritatum Christi fautor insignis, atq; amator constans:

* retrò quo

A. D. 1294. Hoc die sepulta in Aula Regia, Gutha, sive ut nostri nominant, Iuditha, VVenceslai eius nominis secundi Boëmiæ regis filia Rudolphi Imperatoris neptis. Cosmas.

A. D. 1362. Henricus Comes montis Belgardi, vicarius imperij in provincia * Bisontinensi à Karolo IV. Romanorum Imperatore institutus. N. Vignierius. *Bisontina*

A. D. 1429. In morbum incidit M. Iacobus, vulgo Iacobellus, patria Mysensis (sive, ut in quibusdam est m. s. Strzibrensis) collega atq; fidus parastates Magistri Iohannis Hussij in negocio religionis, inq; ijs, quæ tunc ab alijs atq; alijs movebātur, controversijs Ecclesiasticis. Ita æger aliquādiu decumbens, futura animo præsago prædixisse scribitur &c. Neq; multi intercesserunt dies, quū vir ille ex hac vita emigrat &c.

A. D. 1438. Albertus Imperator & rex Boëmiæ exivit de Praga ad bellum Polonicum & Thaboritarum. Ita SSindelius. Alibi verò sic legitur: Albertus &c. Rex Boëmiæ multis cum principibus & proceribus obsidione cingit Thabor oppidum, quo sese receperunt præsidiarij milites regis Polonici, atq; ex Boëmis etiam ij, qui Albertum nolebant agnoscere Regem Boëmiæ. De his copiosiùs Hagecus, Cochlæus, AEneas Sylvius, Cromerus, Cureus.

A. D. 1470. ☉. Bela Rex Pannoniæ, quem Præmyslus II. Rex Boëmiæ maximo cum ipsius exercitu fudit. Ei in imperio successit N. filius eius, qui habuit in matrimonio Gunegundem Bozenæ, sororis Præmysli regis, filiā.

A. D. 1514. Iacobus de VVrzesovvicz & Sigismundus Barones de Kamenice, in castro Pragensi decertant duello. Hæc ita nudè in manuscripto: neq; caussâ duelli, neq; victore assignato: quod omnino in eiusmodi negotio fieri oportuit &c.

Causa eius monomachiæ scribitur data ex quodã iurgio inter hosce coorto.

A. D. 1548. Θ. Rodericus à Dubrava I. V. Doctor: familiaris Domini Bohuslai Hasisteinij à Lobkovvicz. Eius lucubrationum quædam extant in publicum studio & operâ nostri Magistri Thomæ Mitis divulgata: idẽ plura eiusdem scripta ab Octaviani illius filij, obitu relicta, habet lucem videre non indigna &c.

A. D. 1556. Grando læsit vineta: tectum Slovanense ex ea parte, quâ respicit solem occidentem, corruit. Hoc ipso anno uvæ barbatæ in quorundam Pragensium intra mœnia, vinetis repertæ, & à multis non sine admiratione conspectæ. Exuberantiam humiditatis quidam eius rei causam censebant. Matthæus verò Collinus iudicabat argui luxum & temulentiam nostræ tempestatis hominum. Ea de re eius extat epigramma, quod huc studiosæ adolescentiæ causâ adscribo.

Vva quòd emisit sua filamenta, stupescunt
Omnes, & barbam numinis esse putant.
Atqui miratur nemo, iuvenes tot abusu
Ex vini fieri fronte, pilisq; senes.
Ebrie, te monstrum petit hoc. Nisi parcis Iaccho,
Transformabere mox, totus & hircus eris.
Et tua, quicquid habes, compotrix demetet uxor,
Distractura tuos postmodò nuda pilos.

A. D. 1306: VVenceslaus eius nominis tertius, in ordine verò septimus rex Boëmiæ, cum quorundam impulsu suscepisset in Poloniam expeditionem, regni paterni repetendi causa: inq; oppido Olomucio diversatus fuisset; est ibidem in ædibus decani, proditoriè, crudeliter et nequiter (ait Pulkavva) occisus nono mense regiminis sui, anno verò ætatis 17. Autorem eius cædis annales produnt fuisse Conradū de Potestein, (Georgius Fabricius ex Siffrido: de Potelsteinio) qui & in ipso facto interemtus etiā scribitur: manum ab ipsius corpore avulsam & detruncatā, etiā canes à tactu suo abhorruisse, in annalibus m. s. proditur. Sepultus in fano Olomucensi antè summam aram. Inde tamen post annos 20. mandato sororis eius Elizabethæ, Reginæ Bohemiæ: transfertur in Aulæ Regiæ cœnobiū, ubi & contiguus busto VVenceslavi regis, eius nominis secundi, patris sui, regali instituto funere, conditur. Rex iuvenili ætate florens: præclaræ indolis, atq; literatus etiam; præter Boëmicam, quæ illi fuit natiua, & Latinæ, Germanicæq; & Hungaricæ linguarum gnarus. Decessit nullis relictis heredibus, nam cum Viola suâ coniuge nondum annum in matrimonio exegit. Quocirca hoc in rege pervetusta regū Boëmiæ stirps desijt, regnumq; ipsum exterorum gubernationi atq; imperio fuit subiectum. Lapsi sunt à VVratislavo primo Rege Boëmiæ anni 220. à Præmyslo primo Duce Boëmiæ (ad hunc VVenceslaum ex eadem, sed masculina stirpe postremum) anni 667. Illud insigne atq; memorabile est, quod in aliquot m. s. anna-

NB.

tibus annotatū reperitur: paulò ante luctuosum huius regis occubitum apud Pisecam oppidum quadam die à media nocte ad tres usq; diei horas ipsius Voltavæ amnem constitisse, cursumq; suum retrò convertisse, id, quicquid fuit, non sine stupore magna hominum multitudine aspectante. Est apud & domesticos & exteros scriptores non parua de die occasûs huius regis, dissensio. Sunt non pauci, qui XXVII Augusti. D. Rufo festum, aliquot Boëmiæ regibus infaustum, notant. At nos sequimur fidem atq; autoritatē primò quidem inscriptionis sepulchralis, quæ etiā nunc in huius regis monumento est conspicua: legiq; non incōmode potest. Huc deinde accedunt annales: itē Chronicon Aulæ Regiæ, et quidē eius scriptoris, qui illo ipso tēpore, quo hæc sunt acta, vixit: Chron: Pulkav. Chronicon Brzevvnoviense. Chron. Francisci Canonici. Chron. Latinū vetustum. Eiusdem quoq; sunt sententiæ, M. Simon de Slana, item VVenceslaus Hageeus. Atq; hæc ità quidem recensemus & asseveramus, ut tamen liberum de ea discrepantia lectori iudicium relinquamus.

A. D. 1423. Cùm Victorinus Podiebradius à Kunstat, Baro Boëmiæ, cum Dionysio Boczkone, & alijs Regni Boëmiæ proceribus ac Nobilibus in Moravienſem agrum suscepissent expeditionem, interea Ziska, absente Boczkone, cuius in possessione tum fuit Hradecium, in eadem civitate, sibi deditâ, rerum potitur: unde factum est ab eodem Dionysio (cuius tum auxiliares erant Pragenses) bellum Ziscæ, in quo tamen hic superior evasit &c. Hagecus. Scribitur Ziskam in eo conflictu captum sacer-

dotem

A. D. 1421. Misnenses ad Bruxiam in Boëmia, hostes suos vicerunt. Georgius Fabricius. Huc tamen accedentibus vicinorum Baronum & nobilium N N. quorumdā auxiliis, ut ex Chronico M. Laurentij annotatum reliquit Martinus Cuthenus. Et subiungit M. Laurentius, ceciderunt, inquit, eodem die ex utraq; parte, ut dicitur, ferè mille personæ.

A. D. 1427. Ad horam tertiam noctis Viglesistæ, qui & Hussitæ, & Thaboritæ, incendunt & cremant præurbium Plznense: unde propè dimidia oppidi Plznæ pars quoq; exuritur. m. s.

A. D. 1551. Slana regale Boëmiæ oppidum, ad quartum à Praga distans lapidem, plus quàm dimidia sui parte comburitur: unde & suburbium est evastatum &c. m. s.

Ab illo autem, quo sub Karolo IIII. tota civitas deflagravit, ad hoc ipsum incendium fluxerunt anni 131.

✠ dotem quendam, qui in exercitu Pragensium hostiam sacram in monstrancia, uti tum vocabant, circumferebat, resecratum clava sua interemisse.

Anno 1614.

A. D. 1263. Sol deliquium passus. Consecuta sunt siccitas inusitata, annonæ caritas & fames in Boëmia. Qualis qualis autem fuisset tum victûs angustia: corus tamen tritici maiore non veniebat precio, quàm centum & quinquaginta obulis Boëmicis. Eo tam difficili tempore Germani potissimùm finitimi ac vicini; magnam vim frumenti exportârunt è Boëmia. Hagecus.

A. D. 1326. ☉. Conradus episcopus Olomucensis, in ordine 21. Sepultus in templo suo ad altare D. Cordulæ. Franciscus. Ac Augustinus Olomucensis huius Episcopi diem obitûs assignat. 13. Augusti.

A. D. 13322. Gutha, aliâs Bona, filia Iohannis regis Bohemiæ, fuit nupta Iohanni filio primogenito Philippi regis Franciæ: præsente nuptijs, celebratis Meleduni * patre sponsæ, ludosq; equestres (torneamenta) instituente. Franc. Can: & Maß:

* Meledunum oppidum ad sequanam flumen.

A. D. 1457. Festum Transfigurationis Domini institutum à Calixto III. Pontifice Romano, idq; in memoriam insignis ac præclaræ victoriæ, quàm proximè elapso anno, 22. Augusti Iohannes Huniades unà cum cruciferis de Mahomete II. apud Albam Græcam reportârunt. De eodem festo & Platina.

A. D. 1527. Pragæ lætus triumphus celebratur, publica excitata leticia & gratulatione ob natum Kalendis Augusti Ferdinandi Boëmiæ regis filium Maximylianumprimogenitum & hæredem. Deß. m. s.

A. D. 1079. (nostri 1078: quod fortasse de priore conflictu est accipiendum) Henricus Imperator (IIII) ad Fladeinhaim cum Rudolpho (Duce Sveviæ) confligit: ubi Henricus VVladislao (VVratislavvo Boëmiæ Duce) [imò verò iam rege] suppetias (Cæsari) ferente, altera potitus est victoria. Vrspergensis. VVratislavus fortiter atq; strenuè dimicans acquirit hastam Rudolphi electi Romanorum regis &c. Hagecus, Aventinus, Tritemius, Cuspinianus, VVolfangus Lazius.

*A. D. 1265. (m. s. 1266. Cuthenus 1270. Cosmas 1267. quod verò videtur similimum) Præmyslus rex Boëmiæ suo cum exercitu in Bavariam suscipit expeditionē: atq; ab ipso Schæntalo * exorsi, ad Ratisbonā usq; progreßi, ferro & igni obvia quæq; vastabant. Sunt, qvi scribunt & Egram urbem cum suis attinentijs (ut loquuntur) tunc in potestatem Ottogari venisse. Laudabile est, quod inter cætera Rex sanxisse, & publicè edidixisse fertur: Primò, quilibet suorum militum cum domi tum in itinere à maleficio atq; rapinis abstineret: Qui secus faxit, manu truncaretur. Secundò, ædes sacras nemo destrueret, nevé ijs ullo modo incommodaret, pueros item & fœminas sexum imbellem & iniurijs obnoxium ne vexaret, non læderet: prævaricator pœnas capite lueret &c. His nimirum legem frenis rex ille effrenem libidinem atq; licentiam coërcuit.*

* Schæntalum, quatuor milliaribus à Tusta disitum in Palatinatu. &c.

A. D. 1379. Camenicium, (Germani Kemnicium contractè enunciant:) oppidum Misniæ tempore noctis incendio

cendio vastatur & crematur funditus. Ad id, tam triste atq; calamitosum detrimentum sublevandum Iohannes de Genczie steina, nobili prosapia: Pragensis & Misnensis præsul, pietate Christiana ductus, Chemnicensibus liberale scribitur misisse subsidium. Georgius Fabricius.

A. D. 1421. A Pragensium exercitu diripitur & crematur Teplicense monasterium &c. Hagecus.

Anno 1616 octava Augusti a Prætore seu judice tyrannico sum in carcerem infimum et fœtore plenissimum conjectus, nullam plane ob causam nisi quod lictorem expetebam pro advocandis fossoribus meis qui semel vineam conductitiam et jam fossione inchoatam ab iisdem dereliquerunt, hos itaq; accersiturus præconem ab judice eodem impetrabam sed malè verbis exceptus et summa contumelia a lictore dehonestatus connivente judice risu et gestibus, ad postremum in carcerem sum conjectus. tum temporis judicem agebat Venceslaus Spierraček domo stygmatibus infurto nimirum duorum anserum deprehensus, qui tamen postero die in præsentia senatus fere victor abire extitit; Tanta invidia scholares tum ab omnibus premebantur ut etiam impune grassari lictoribus et famosis quibusque in eosdem liceret. nihilque præsidii apud senatum literatis habebatur.

VIII Aug.

A. D. 870. Obijt Lotharius Imperator, qui Gestimulum Sclavorum (Slavorum) regem A. D. 845. occidit. Marian: Scotus. Hagecus in suis annalibus notatum (ex vetustis haud dubiè m. s.) reliquit Ivanum (ita Rußi suo sermone appellant Iohannem) heremitam VVratislavo, tertio in Boëmia Duci Christiano, retulisse, sibi patrem fuisse nomine Gestimulum, natione Croatam (Charwat) eiusdemq; populi regem &c. Prolixè ista Hagecus persequitur.

A. D. 1023. Cosmas. Eccardus alijs Ockardus: non nullis Helicardus, Cutheno Erhardus: quartus Pragensis Ecclesiæ episcopus, ex hac vita emigravit (Quidam m. s. 1033: alij 1014 utrumq; dixerim esse mendū, librariorū inertia commissum) prædicator, ait idem Cosmas, facundißimus. Sedit annos sex. Constituit decimas. Opatovicense & Hagecus. Vir pius, honestæ conversationis: benignus ac liberalis Echardo demortuo surrogatur Izzo: aliâs Izza: item Hiza.

A. D. 1139. Obijt Iohannes Episcopus Pragensis in serie XI. Sepultus in Sacello D. Gothardi, Ecclesiæ Pragensis. Sedit annos sex. Ei succeßit Silvester Sazovensis (Sazavensis, à fluvio Sazavva) Ecclesiæ abbas. Cosmas Sed sequente anno, eandem dignitatem sponte resignat, & abbatiam suam recipit.

A. D. 1454. N. Baro à Mezerzicz, quum ex quadã piscina accipitrem hærentem extrahere conaretur, ipse, ibidem, casu nescio quo hærens, deinceps & submersus, vitam amittit. m. s.

Vmbræ somnium homo.

Lethi mille modi,

A. D. 1525. Exilio damnati octo cives Pragenses &c. Qua de re tota, est ad manus narratio.

A. D. 1558. Iohannes, Procopij pater, Lupacius, Pragensis, artium liberalium Baccalaureus &c. piè ex hac vita decedit.

Ei tale est scriptum epitaphium.

Qui coluit rectè sincero pectore CHRISTVM,
Conditur hoc Ianus cespite Lupacius.
Praga vetus puero Natales contulit ortus,
Imbuit & studijs ora tenella sacris.
Officium primo cantum moderantis habebat,
De Baccis tandem Laurea serta tulit.
Hinc informanti studijs pia membra per urbes,
Vxorem iuveni blanda Racona dedit,
Cum quâ consultus legum remeavit in ædes
Natales, causas iuvit & arte bonas,
Defunctusq; suo bene munere cessit ad astra,
Substituens patriæ pignora sancta senex.

I. R. Z.

A. D. 1292. In Misnia Adolphus Cæsar & VVenceslaus II. Rex Boëmiæ, fœdus pepigerunt, illudq; hæredum suorum matrimonio firmaverunt antea, ità, ut Ruperto Cæsaris filio Agnes VVenceslai II. filia traderetur. Itaq; hoc die Agnes minor annis Ruperto apponitur, & sic inchoatum matrimonium, modo, quo inter pueros (impuberes) fieri potuit, consummatur. Chronicon Aulæ Regiæ.

A. D. 1370. VVenceslavus Karoli IV. filius Des. rex Romanorum, in inclytam Sacr: Romanæ Imperij nobilemq; urbem Noribergam à patre ad comitia euocatus, proficiscitur, maximo suorum aulicorum, & aliorũ procerum nobiliumq; frequente, necminus splendido stipatus comitatu. Idem rex sub suum adventum, de more maiorum quondam Ducum & regum Boëmiæ, mandat duos excitari ignes magnos, eo quidem fine, ut per eius flammæ quasi quoddam indicium omnibus regis Boëmiæ præsentia manifestæ proderetur. Ibidem excipitur honorificentissimè. in s. Erhard.

A D. 1429. Emigravit ex hac vita Magister Iacobus, vulgò Iacobellus, natione Boëmus, (Misnësem fuisse scribunt Hagecius, Dubravius & G Fabricius, nescio quo errore &c. contra nostrorum annalium fidem.) patria Mysensis: post Hussium prædicator sacelli templi Bethlehem Pragæ: ubi sequenti die & inhumatus est, in cœmiterio, quo in loco olim fuit hortus. Inscriptio eius tumuli nuper è ruderibus eruta [illegible] hec: A D 1429. In vigilia [illegible]ntij

* aliâs de Strz.brâ. Laurentij, ⊕. venerabilis vir Iacobus de Miza * Magister in artibus, & sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus, profundus interpres scripturarum & dignæ communionis præcipuus promotor. Vir probus, pius, doctus, industrius: multa sui ingenij reliquit monumenta. Et extat typis impressa eius Postilla seu enarrationes Epistolarũ Dominicalium, vernaculo sermone scripta. Habentur & aliæ non paucæ eius viri lucubrationes, lectione lucéq; publicâ non indignæ.

A. D. 1434. ⊖. reverendus presbyter Michaël N. Pragensis Ecclesiæ quondam prædicator. SSindel.

A. D. 1475. Postquam stella crinita conflagravit: locustarum agmina pervagabantur Boëmiam, circumvolitarunt Gutebergam, Coloniam ad Albim, Nymburgam, Podebradium. Item in alio districtu Rudnicium, oppida: vastarunt gramina, cordum, fructus. Per eadem tempora scribit Cromerus, locustarum vim ingentem pervagatam quoq; fuisse Poloniam. &c.

A. D. 1524, In urbibus Pragensibus suborta turbatio & motus, idq; factum ab ijs scribitur, quibus pax atq; tranquillitas publica erat gravis ac molesta &c. De quo in isto compendio à pluribus agi non est necesse, quum de eo & peculiaris extet, & paulò prolixior narratio, &c.

A. D 1525. Circiter 20, & 21 horas, in agro Pragensi è cœlo decidit grando inusitata magnitudine, nimirùm granditate gallinacei, alicubi & anserini, ovi, &c.

X. Aug.

A. D. 1296. Bonifacio VIII. Pontifice Romano: Michaële Palæologo Constantinopolitano, Adolfo Roman. Imp. Philippo, Franciæ; Alphonso., Hispaniæ; VVenceslavvo II. Boëmiæ regibus Christianis: Iohannes, Comes Lucemburgensis, pòst rex Boëmiæ; numero 10: pater Caroli IIII. Imperatoris Romanorum nascitur Henrico 7. Roman. Imp. ex coniuge ipsius Beatrice XIIII. ætatis anno creatus rex Boëmiæ ducta in uxorem Elizabetha filia II. VVences. Regis, hærede. A. R.

A. D. 1361. Per hos dies, ædificantur muri illi in monte Petrino ad D. Laurentium, quorum moles non parum excelsas etiamnum est videre. Fame etenim invalescente in Boëmia, multisq; hominum, ex plebe potissimùm, inedia propè tabescentibus: Karolus IIII princeps clemens & benignus atq; liberalis ei malo quæsito opportuno remedio, convocatæ populi multitudini panes distribui mandat: ne tamen ocio torpesceret, ad muri operas eandem adhibet, precium ita laborantibus diurnũ scribitur fuisse obulus, quem appellant albus, vulgò vocamus album numum: quorum tres efficiunt duos germanicos obulos. &c.

A. D. 1380. ☉. Dominus Iohannes miles (vir Equestris ordinis) de VValdek & Zaluz: item Domina Margaretha uxor sua. Thomæus.

A. D. 1420. Thaboritæ cœnobium Aulæ Regiæ, primò quidem diripiunt atq; expoliant, deinde & igne submisso vastant: quod integrum & inviolatum à sui

fundatione ſtetit ad annos 128. Celebre ſepultura VVenceſlavvi II Regis fundatoris eiusq; filij VVenceſlavi quoq; & aliorum quorundam regum Boëmiæ. Diſtat à Praga duobus propè milliaribus. Nos vernaculo ſermone appellamus Zbraſlaw. Deſcribitur & commẽdatur magnopere ab AE. Sylvio; in hiſtaria Boëmica. &c.

A. D. 1437. Pragenſes vnà cum alijs Boëmiæ civitatibus proficiſcuntur Iglaviam ad introducendum Sigiſmund. Imp. in Boëmiam. m. ſ.

A. D. 1462. Hoc die Georgius rex in prætorio Maioris urbis Pragenſis in præſentia trium Regni ordinum, atq; Fantini etiam, oratoris Pontificij, publicè edit ſuæ fidei confeſſionem, quam exponit Cochlæus &c. Illuſtrem in ſua ſolenni illa oratione, ſeu potius profeſſione, ſubijciens, ex novo inſtrumento petitam, ſententiam: Plus nimirùm eſſe obedientiam DEO, quàm hominibus. &c. Hagecus, ut & Cochlæus, de his copioſiùs.

A D. 1090. Boleslaus Iunior, VVratislai primi regis Boëmiæ, filius immatura morte ex hac vita tollitur, idq́; Olomucij, quam urbem paulò antè VVratislavus pater & alias civitates, Svatopluco & Othoni patruis suis ablatas, eidem tradidit. Cos.

A. D 1124. Solis eclipsis fuit, & secuta est maxima pestilentia boum, ovium, suum; apes multæ interierunt, penuria fuit mellis nimia. Segetes autumnales defuerunt simul, & vernales, præter solum miliū & pisa. Cos.

Sequente anno moritur Dux VVladislavus, mense Aprili &c.

A. D. 1292 VVenceslavus II. rex Boëmiæ, Pragâ egressus venit in terram Ducis Opuliensis: ubi Opuliensis (Opoliensis) Ratiboriensis, Butiniensis (fortè Bythoniensis & Tessnensis (Tesschinensis) Duces quatuor, vterini frates, ad regem veniunt, qui ducatus suos ab ipso (VVenceslavo) suscipientes in feudo suis imperijs amodo voluntariè parêre promittunt. m s. Aulæ Regiæ. Deinde rex ulteriùs proficiscens, Cracoviam venit. &c. idem.

A. D. 1558. Die D. Laurentij, conspiciebatur Cometes: & in autumno est secuta tanta siccitas, ut meßis impediretur. m. s.

A. D. 1224. ☉. *VVladislaus Marchio (Opat. Dux) Moraviæ. filius quondam VVladislai regis Boëmiæ. Sepultus in monasterio VVelebradensi Cisterciensis ordinis, Cuth. Latinus. At Opatoviense: sepultus, inquit, in regali abbatia Opatovicensi &c.*

A. D. 1436. Horâ post meridiem quasi quarta, in Moravia ad oppidum Vniczovv, decidit pluvia rubra (sanguinea) ità, ut omnia flumina per istam pluviam fuerint rubricata. SSindel. m. s.

A. D. 1475. Per hos dies magna vis locustarum ex Moravia advolans, pervagata est Boëmiam, suis quasi galeas capitibus gestare videbantur.

A. D. 1501. Mira exundiatio fit, orta ex assiduis imbribus. VVltavva amnis ad Pragam in tantum crevit. ut ea eluvio supra hominum eius ætatis esset memoriam. Nam barbati effigiem ad pontem duabus vlnis excedebat, Ablatæ ista vi aquarum casæ, domicilia: maximaq; præterea sunt indè illata damna &c.

A. D. 1254. (Simile vide infrà 15 Kal. Sept.) Primo crepusculo, orta est magna vis ventorum, corruscationũ, tonitruorum. Cos.

A. D. 1257. Præmyslus rex Boëmiæ, repetiturus armis à Bauaro duce suo consanguineo, Schittenhoff (Germanica appellatione: nos vocamus Sußiczy, Latina lingua Sutecia: Karolo IIII. Imperatori in diplomate quodam & Sicca dicitur: est regale Boëmiæ oppidum 15 milliaribus à Praga remotum) [sic Aventinus] urbem Boëmiæ: Neoburgum Vindeliciæ Scharding, Rid, Noricorum oppida, intrat in Bavariam cum suo exercitu Boëmorum, Moravorum, Austriacorũ: nam Austriam tum tenebat: incẽdio & ferro vastat pagos & obvia quæq; usq; Landshutam progressus. Item Aventinus: Voko Rosenbergensis, præfectus exercitûs Præmyslai supra Anassum, vastat Velilhardum: pagum Noricum.

A. D. 1367. Tempore Karoli IV. tertia numero pestilentia, per hos dies grassari in Boëmia cæpit Paulinum. Antecesßit in Quadragesima Lunæ eclipsis, quæ ad tres horas duravisse scribitur.

A. D. 1403. (alij 1402) Smilo cognomine Flaßka, de Risenberg, Baro Boëmiæ, Capitaneus Czaslaviensis, à Cuthnensibus, inter Cuthnam & Czaslaviam interficitur. Composuit populari lingua atq; rhytmis librum: titulo, Iuvenile consilium, sive: Iuvenes Consultores: dignum sanè lectu; est enim refertus pulcherrimis sententijs ac gnomis, (quæ sunt normæ vitæ ac morum) tũ præ-

ceptis pijs atq; salutaribus. In annalibus vetustis commendatur à pietate, probitate, atq; virtute, quibus apud homines extitisset gratiosus: Improborum autem hominum factione sceleratè scribitur fuisse interfectus.

A. D. 1529. (P. Eberus, M Beutherus habet 26 Sept. quod tamen non videtur inter se pugnare) Turca Suleimanus Viennam Austriæ obsidet, & cuniculis rem agit, & qua parte mœnia subverti et, manus acerrimè conserit. nostri stationem fortißime defendunt, pòst, re infecta discedit. Sur:

A. D. 1310. Omnibus, qui Pragæ fuerant, ſcientibus & videntibus Elizabeth puella virgo regia, filia videlicet VVenceſlai E. N. II. regis Boëmiæ, cum ſua familia, de Praga palàm egreſſa eſt, profecta Spiram ad nuptias celebrandas cum Ioanne filio Henrici VII. In VVinsheim Imperiali civitate venienti occurrit Valtramus frater Henrici Imperatoris honorificè, ipſamq; in ſuam curam aſſumpſit. Ab hinc venitur Spiram, multis puellæ cum gaudio occurrentibus. A. R.

A. D. 1431. In prævigilio Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, Teutonicæ copiæ in ſylva Hercinia, quâ ad arcem Riſenbergam & Tuſtam ducit iter, à manu Boëmica ex Pragenſibus & Thaboritis, quos tum Huſsitas vocabant, conflatâ, victæ atq; profligatæ. Quod eo hic vix tribus, quod dicitur, verbis perſtringimus, tantùm, quia extat narratio, quæ incipit:

Exultet nunc Boëmia
Per hæc novella cantica &c.

Ad hæc in manibus ſunt AE. Sylvij, Cuſpiniani, Dubravij, Kranczij, Curei, Polydori & aliorum, hiſtoriæ, cum Hageco, ut præterea m. ſ. ubi hæc omnia copioſiſsimè exponuntur &c. Huc pertinet, quod Cochlæus ſcribit, Sigiſmundum Cæſarem, magnum coëgiſſe Nurenbergæ principum utriusq; ordinis conventum ob nova contra Huſsitas auxilia comparanda. Martinum quoq; Pontificem Maxim miſiſſe in Teutoniam Iulianum Cardinalem S. Angeli, ut Boëmis bellum inferret. Subiungens:

idem: Convenit ergo, inquit, ut in proximam æstatem generalis fieret expeditio in Hußitas &c.

A. D. 1462. Georgius rex in publico trium ordinum regni conventu, qui tum habebatur in prætorio Maioris urbis Pragensis frequentißimus N. nuncium Apost. Fantinum de Valle, iuris utriusq; Doctorem, hoc die in carcerem rapi iußit, nimirum vehementer eius oratione commotus: qua & regium honorem læsisset, & nomine Papæ ipsum regem offendißet. Hæc Cochlæus. Deportatus in custodiam Podebradium, ubi aliquot septimanas fuit detentus: Imperatoris tamen interventu, & Ludovici Bavariæ Ducis, aliorumq; principum atq; magnatum intercesßione, inde emancipatur &c.

A. D. 1503. VVladislavus Rex ducit uxorem puellam virginem Annam, sobrinam regis Galliæ, nuptiæ sumptu splendoreq; regio Budæ concelebratæ.

A. D. 1532. Nascitur Oeniponte Magdalena Imperatoris Ferdinandi numero quarta, filia &c.

A. D. 1537. ☉. N. Pflugus, Baro Boëmiæ, eiusdemq; regni summus Cancellarius: sequēte die sepultus in Choro D. Viti, contiguus Zdenkoni Leoni &c.

XV. Aug.

A. D. 1332. Carolus IV per quietem cognoscit de obitu Gvidonis Delphini Vienensis &c. quàm rem ipse copiosè describit in vita sua: item inde petitam repetit AE. Sylvius & Nicolaus Vignierius &c. Delphinum idem vocat Bigonem (errore dixerim bibliographi pro Gvidone). Eius avia fuit soror aviæ Caroli IIII. & ipse fuit filius sororis regis Vngariæ, Karoli primi. Karol. IV. vita sua.

A D. 1355. Carolus IV à coronatione Romana Pragam revertit &c. m s. Martinianum: honorificentissimè à Pragensibus exceptus.

A. D. 1370. Inundatio Pragæ maxima &c. nam antè imbres 18 continenter diebus de cœlo ruebant &c. De his pluribus Hagecus.

A. D. 1473. VVladislavus rex contendit in comitatũ Glacensem, ubi eo tempore conventus habendus erat Boëmorum, Polonorum, Vngarorum. m. s. Slanæi.

A. D. 1492. Albertus Kazymirus VVladislavvi fratris sui Bohemiæ regis, assensu, rerum potitur in Polonia &c.

A. D. 1527. Ferdinandus in Vngaria cepit Strygoniũ arcem & urbem, & alia.

A. D. 1040. Henricus rex (Romanorum) Ducem Boëmiæ Fratizlaum (non VVratislavum, sed Brætizlavum: quem Herveldius Brenzlaum [ti in n converso] vocat) bello petit: sed multis proceribus & militibus in præstructione silvæ (Herciniÿ saltus) circa & ultra (à Boëmo) occisis, nil dignum efficere potuit. Liechtenavius. Noster m. s. hunc diem pugnæ annotat: Verum Aventinus habet 10. Kal. Septembris: quod mihi non dissentire videtur: alter enim dies fuisse ingressus in sylvam: alter conflictûs censeri queat. Id tamen nos in medio relinquimus.

A. D. 1368. Imperante Carolo IV. circa festũ Assumtionis Beatæ Mariæ virginis, fuit tertia pestilentia. P. Kbel. Eodem anno natus est Sigismundus rex Vngariæ: VVenceslai regis frater.

A. D. 1419. (Sunt cum domestici tum exteri, qui ut annum, ita & diem alium atq; alium annotant. Sed id mendum, fortasse à librariÿs eò invectum, huius scriptoris correctione est tollendum). Post festum Assumtionis beatæ virginis Mariæ, VVenceslaus rex Bohemiæ, hora quasi vesperarum, apoplexiâ percussus, cum magno clamore, & rugitu, quasi leonis, subitò est extinctus in Novo castro propè Pragam, vulgò Kundraticze &c. Hæc Magister Laurentius in suo Chronico. Eius defuncti corpus, primo in capellam (sacellum) S. VVenceslai defertur & abditur, pòst, lapsis aliquot hebdomadibus, inde ad cœnobium Aulæ Regiæ, ubi, dum superstes esset, sibi se-

pulturam

pulturam elegerat, transmittitur, ibidemq́ terræ mandatur. Idem M. L.

ETEOSTICHON.

Bis quater Augustus soles duplicabat ab axe,
Vt rex ad superos Vencesilaus adit. D. C.

Parænetic on.

Rex VVaczlaûs moritur, fervente extinctus ab ira:
Vita iram: magnis fert cita fata viris. P. L.

Aliud.

Quando sub accenso repetiti corde furores
Epatis impediunt sangnificantis opus,
Craßior in splenem cùm non excernitur humor,
Torrida ferventes enecat ira Duces. I. Ř. Ž.

Vixit annos 58. Regnavit in Germania annos 23. ad annum videlicet 1400. quo illi Imperium abrogatum: In Bohemia verò à morte patris Karoli IIII, annos 41 fuitq́ pòst in Boëmia interregnum ann. 18. &c.

A. D. 1507. His & sequentibus diebus fulsit Cometa. Non multo pòst invaluit pestilentia per Boëmiam & Moraviam m. s. VVrzessovicianum.

A. D. 1542. Locustarum multitudo Zatecenses agros invasit: ferebantur per agmina nimirum altero alterum consequente; densißimæ instar nivis. Has insecuti sunt papiliones pariter & erucæ, atq́ eæ in hortis magna ex parte depastæ sunt olera. &c. m. s. Iac: Strialij.

A. D. 1107. Borziboius, ducatu Boëmiæ à fratre exutus, relicta Boëmia, se sein Poloniam recipit: comitante ipsum Sobeslavvo fratre eius natu minore, & non paucis ex ordine nobilium: ibidem secundum fortunæ flatum expectantes &c. Hagecus.

A. D. 1316. Ioannes rex cum Baldvino, Comite Lucemburgensi, & per id tempus patruo suo, Trevirorum Archiepiscopo, suscepta expeditione, hoc die Pragâ egreditur suis cum copijs ad Ludovicum Bavarum, designatum regem Romanorum contendit adversus Fridericum Austriacum & ipsum designatum regem Romanorum. Ad Noribergam convenerunt uterq; exercitus, inde in Sveviam profecti &c. A. R.

A. D. 1356. Bellum Brabantinum seu Lovaniense. Flandri victores: VVenceslavus dux Brabantiæ Caroli IIII Roman. Imperatoris frater fugatus. Brabantia capta. Meyer, qui hæc prolixius describit, ut & Hadrianus Barlandus, qui VVenceslavum appellat Caroli filium, non multò tamen pòst sese corrigit, atq; fratrem, (ut fuit) scribit.

A. D. 1383. Ingens tetraq; fuit eclipsis Solis. Sequente anno (1385) interficitur Carolus rex Vngariæ.

A. D. 1419. (Hagecus habet 31. Iulij mendosè) Proximè insequente obitum VVenceslavvi regis, die, furens illa plebs Pragensium impetum fecerunt in monasteria & ædes sacerdotales, quas & everterunt, profligatis, & huc atq; illuc dispulsis, monachis &c. Hag. M. L.

A. D.

A. D. 1503. In Minore urbe Pragensi, subito exorto incendio, ad 60. domus conflagrant, feruntur & homines ad 23 numero, alij ad 40. eodem igne cremati interijsse. Inusitata tum terræ siccitas extitit. Pluviæ nullæ ad tres menses &c. post incendium repente de nocte pluvia.

A. D. 1082. Prælium in Austria commisit VVratislaus Rex Boëmiæ, cum Leopoldo Duce Austriæ, qui in Moraviam excurrens, magnis eam damnis afficiebat. Austrij exercitus profligatus &c. De quo uberiùs Hagecus.

A. D. 1254. ut suprà 13. Augusti (ni subsit mendum librarij in notis numeri) media nocte: similis tempestas et commotio aëris: tonitruorum gravi impulsu multa ædificia ruerunt; horrea funditùs eversa sunt: homines pleriq; fulmine tacti, fruges grandine percussæ; fructus arborei excußi: Vineæ grandine læsæ, per totam diæcesim Pragensem, annona malè provenit, & præcipuè hiemalis. Cosmas.

A. D. 1405. In obsidione Znoymensi vitâ defunctus est Albertus, Dux Austriæ, tormento (si nostri annales rectè aßignatum habent) ictus. Lazius notat annum 1395. Quod lectoris inquisitioni relinquimus. De eo & suprà.

A. D. 1471. VVladislavus, designatus rex Boëmiæ Pragam ingreditur, excipitur summa cum gratulatione honorificè instructa pompâ. &c.

A. D, 1493. * ☉. Fridericus Cæsar, qui Respub. Pragen. Maioris & Novæ urbis privilegijs & immunitatibus, quod obfeßi à fratre suppetias opportunè tulissent, adauxit, & accesione insignium cohonestavit, quo nomine ijs rebuspub. tam benefici Imperatoris grata in perpetuum atq; accepta esse debet memoria.

* O Panuinius habet diem sequentem.

A. D.

A. D. 1582. ☉. peste in veteri Pragâ, & ad D. AEgidij sepultus est V. Cl. Stephanus Aychlèrus ab Aychenpaum, Eq. Germano Polonus, Cl. & præstanstiss. I. V. D. Stanislai Præsidis provocationum Saxonicarum in Regiâ Cracoviensi &c. filij, merito suo caris:

Eius hoc Cenotaphion feretro defuncti affixum fuit.

Aychlerus claris duxit natalibus ortum,
Clarior ex Studijs TeutoPolonus Eques,
Nec tamen his sese potuit subducere Pesti,
Ast ipsâ, Pragæ mortuus, occubuit:
Vellet ubi ac posset Ludis prodesse, vel Aulis,
Ingenij culto nobilis eloquio,
Vita quod ornabat civilis, sobria, linguis
Ac usu rerum nobilitata magis.
Mortuus ante diem non est, cui funeris exors,
Ingenium genio fama superstes adest:
Ante diem haud moritur, CHRisto qui vivit in ævum:
Iunctus HERO servus, deniq; tyro duci.
Iustitiæ & meriti, dextrè certantibus ipse
In vitâ, atq; obitu, iusta coronis erit.

Th. M. Lym.

Aliud missum Cracovia.

Velox canicies tinxit tua tempora; Mortis
Hæc immaturæ signa fuêre tuæ,
AEqua tibi iustum senium si Parca dedisset,
O Stephane, ingenio non moriturus eras

Stanislaus Aychlerus pater mœst.

A D. 1435. Thaborithæ à Domino Vlrico de Rosis, & alijs Baronibus victi &c. ibi captus sacerdos, dictus Burzicz.

A. D. 1506. Alexander Rex Poloniæ VVladislavi Regis Boëmiæ frater ☉. Antegressus est eius obitum Cometes, & alia quædam ostenta, de quibus Cromerus.

A. D. 1515. Albis vehementer inundaverat. MS. SSlechtæ.

A. D 1531. Venerabilis vir & presbyter, Andreas, Pragæ in Nova urbe ad divum Michaëlem prædicator, subitanea morte extinctus, non secus, ac si somno sopiretur, expirat.

Eodem quoq; die, verùm anno 1552. Zateciij mulier quædam inquilina, sana equidem, & in lupuleto usitatum obiens laborem, postquam cibum cepisset, repentè concidit resupina, eoq; ipso momento de improviso exhalavit animam. MS. Artem:

A. D. 1582. ☉. peste Burianus Th. M. Lym. fil: tertiò genitus, Rostochium &c. discessurus studiorum causâ. Eũ insecutus est pestilentiâ extinctus eodem anno 3. VIIB. Ioannes Georgius frater. Vtrumq; ipso die funeris epitaphio decoravit impresso. Pat. mœrens: quomodo etiam coniugem suam ante quadriennium mort. circa festum Mathiæ, quo ante annos 25. matrimonio iunctam, & factam parentem 9. librorum, amisit inveniendam CHRISTO favente, in vita perenni.

Illi extremi munus honoris, die, quo illata fuit tumulo uxori maritus tale monum. P. C.

IVLIA, mené THOMAM, coniux dilecta, maritum,
Ad quartam sobolem mater amata, præis?
Pignora quinq; mihi DEVS ecce reliquit amicus:
(O vtinam misero tu quoq; viva fores)
Ille det, ipsius superent in plurima laudi
Tempora: sint Patriæ, sint patris omne decus,
NICOLEO donec iunctus, reliquisq; duobus,
LVDMILLAM pariter, te quoq; in astra sequar.
Tunc istic omnes vivi recinemus IESV
CHRISTO odas nunquam deficiente sono.

Θ. an: ætatis climacterico VI.

Th. M. Lym: Votum pro se, suisq; liberis.

Sit mihi, sit vobis custos, Dux, obses IESVS
Vnica qui solus Spes, via, vita pijs,
Quosq; salutiferi recreatos numine partus,
Per Salvatoris nomina magna beet:
Vt grato dignas depromant pectore grates
Semper ei: in vita, mortis in articulo.
Hæc illa reduci, sorbebitur & bolus orci
Glubetur, CHRISTO iustificante reos.
Ipse velut moritur nobis, sic ipse resurgit
Primus, ut adiungat nos sibi membra caput
Quos & Pontificis summi Regisq; perennis
Munere defunctus, sistat in axe Patri.

A. D. 1399. VVenceslao Cæsari (Caroli IV filio) quòd ferretur non satis suo facere officio, à proceribus abrogatur Imperium. Eius in locum an. 1400. Fridericus Brunsvicensis Dux mense Maio sufficitur, eo interempto nonis Iunijs Roberto (Ruperto) Comiti Palatino (Rheni) Imperium delatum est. N. Vign. ex Cuspiniano & Nauclero.

A. D. 1452. Desijt conspici Cometes, qui à Pentecostes festo ad hos usq; dies luxit, ad solem orientem conversus: huc accessit eclipsis solis, sequente anno est Constantinopolis capta &c. Fridericus Imperator in Nova civitate obsessus, donec Ladislavum faceret liberum &c. Cyprian: Leovitius.

A. D. 1502. Presbyter Ioannes, abbas cœnobij Aulæ Regiæ, sedens in sella ante cellam penariam, subita morte extinguitur circa horam 19. Gryll.

A. D. 1504. Philippus Sidoniensis, & hoc tempore Pragensis episcopus, consecravit novum templum ultra portam Poricensem, in nomine Sanctæ Trinitatis & D. Pauli. Quidam habent diem præcedentem.

A. D. 1513. ☉. Nicolaus de Zdiar, miles (ordinis Equestris) VVladislavvi regis marescallus. Dess. sen.

A. D. 1565. Georgius VVabruschius, aliâs VVavvruß, olim informator, tū familiaris Dn. Dn. Hynconis de VValdsstayn, Brtvicensis, in March. Moraviæ, dysenteriâ extinctus, ☉. Viennæ Austriæ, sepultusq; est ad D. Stephani. Legavit patrimonij sui certos reditus Scholæ

patriæ

patriæ, pro lectione Catecheſtica, ijs habenda horis, quibus oſtiatim Ludimoderatori à cœtu ſcholaſtico ſtipes exigebatur.

In eius obitum hæc epigramma F.

Exanimis patrui meritò laudabilis artus,
Pro thalamo in tumulo vos queror eſſe ſitos:
Hunc utinam Auſtriadûm præclara Vienna negaſſet,
Illo ægrè patrius quàm caruiſſet ager,
Crebra Lymuſinis ſoboleſceret inde propago,
Et Patriæ medicos agricolasq; daret:
At tu immaturè nobis erepte, Georgi,
Maturæ in CHRISTO ſemina meßis habes.
Te benefactorem Schola prædicet, Ordo ſequatur
Civicus: in CHRISTO vive valeq; DEO.

Th. M. Lym.

In eundem Epitaphium.

Hradecius patriâ, titulo Lymuſius, arte
Vates, divinâ relligione pius,
Clauſus in hoc tumulo, dormit poſt fata Georgius
VVavruß: in cœlo mente ſuperſtes, agit.

Ioan: Kotaul.

Eiuſdem eteoſtichon.

Vabruſci corpus parvâ requieſcit in urnâ,
Mens pia cœleſtis vivit in axe poli.

Aliud.

Auſtriaco recubat VVabruſchij corpus in urvo,
Mens tenet exculta rura quieta plagæ.

Ioan: Althomytteni.

* Sunt qui in annotando die variant.

A. D. 1521. * *Turcicus Imperator cepit Belegradum antè, quàm Ludovico regi auxiliares advenissent in Hungariam copiæ. Nam & Ludovicus & Ferdinandus Arcibidux Austriæ occupati erant in apparandis nuptiis hic Lintzij: ille Budæ m. s. & Bakssaius. Quocirca tum est initium factum calamitatum Pannonicarum, effractis videlicet repagulis quæ diu Turcos à cervicibus Vngariæ averterant.*

A. D. 1527. Magnus per Europam Cometes horribili iuba apparuit, subsecuta tyrannis Turcica &c. vide Hag.

A. D. 1582. Pragæ, ubi tum graviter in hominum capita sæviebat pestilentia, piè decessit, pietate, virtute, doctrinâ, humanitateq; præstans, Thomas Hußinecius, patriâ VVodnianus, civis Pragensis: Medicinarum Doctor celebris: in medicando non infelix. &c. Extant de eius obitu carmina Epitaphia:

Vir bonus & Medicus præstans Husnecius ille
Thomas, Pragensi Doctor in urbe manet,
Dum reliqui vitant Pestem, curasq; reliquunt:
Vnicus is medicâ sudat, & arte iuvat.
Pestis at occumbit iaculo, irascente IEHOVA,
Et tollente bonos sexu in utroq;, malis.
Omnes pœniteat scelerum, in CHRISTOq; requirant
Per pia vota, DEI propicianti's opem.
Largus opis, Genitor cœlestis, nomine Nati,
Indulget vitam pro nece, Christicolis.

Th. M. Lym.

Aliud.

ALIVD.

Patria cui VVodniana fuit: Praga alma, magiſtri
Doctoris titulos inclyta Rhoma dedit.
(Pæonijs hoc, ingenuis ex artibus illud,
Et vigili partum ſedulitate, decus.)
Dormit in hoc Thomas Huſnecius ille ſupulchro:
Quippe pio eſt ſomnus mors, & amica quies.
Dum fera peſtilitas PRAGAM graſſatur in omnem,
Sternitur atq; gravi plurima turba lue,
Hic vigil atq; ſuo ſudans in munere multos
Arte Machaönia dum levat, ipſe cadit.
Sic petit & miles, per aperta pericula, Lethum,
Atq; ab agonothetâ læta brabæa capit.
Mors quàm pulchra viro iuſſa inſtatione moranti?
Hunc laude ex meritis poſthuma fama vehit.

ETEOSTICHON.

Orta ſub Auguſto lux ter ſeptena, celebris
Arte Thomas coâ, peſte calente iacet. L. R. Z.

A. D. 1380. ⊙. venerabilis Dominus Ienczo, Curiæ Archiepiscopalis prudens officialis. Thomæus.

A. D. 1414. ⊙. Dominus Procopius de Ledec. Sepultus in cœnobio Divi Thomæ. m. s.

A. D. 1420. Cruciata, quam sic vocant, seu diploma execrationis aut anathematis, per Martinum E. N. V, edita in Boëmos à Conrado archiepiscopo Pragen. promulgatur. Data ex Castro Rudnicz. anno & die ut suprà.

A. D. 1495. M. Venceslaus Hastal, è curru delapsus, fractis cervicibus, subitò extinguitur. Sepultus in oppido Bytzovio. P. Kbel. ms.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

A. D. 1524. Imber maximus, pernicissimus, vehementissimus cum grandinibus. Vinetis ad Pragam sitis gravissima damna intulit, qualis memoria patrum non extitit. m. s. SSudi.

A. D. 1547. hoc die, hoc est, post Assumptionis beatæ Mariæ virginis; Locustæ, ut anno præcedente & ad hoc ipsum tempus, iterum satis densè advolarunt ad urbem Pragensem. ms.

A. D. 1039. (Quidam 1037.) Bratislavus bellicosus ab expeditione Polonica rediens, hoc die triumphans ingreditur Pragam. &c. Cosm. Pulk. Hagecus.

A. D. 1238. (Hagecus 1233. Θ. Iohannes episcopus Pragensis, numero 21. Sepultus Pragæ in æde D. Viti. Sedit annos 8: cui Bernhardus successit. Cuth. Hag.

A. D. : : : : Θ. Dominus Vilhelmus de Horzovicz. filius Domini Levv de Levvna: Thomæus.

A. D. 1437. Sigismundus ingressus Pragam, à Statibus regni excipitur honorificè, divertit in curiam Regiã, sitam in Maiore urbe Pragensi, quæ quondam fuit nuncupata domus Hanconis.

A. D. 1515. Circiter horam secundam noctis coorto incendio Altæ Mytæ oppidi pars dimidia deflagrat, hoc est, 130. ædes.

A. D. 1523. Status regni Boëmiæ, acto Pragæ conventu publico, creant quatuor partis Consistorij sub utraq; Administratores: M. Gallum Czaheram Zatecensem: M. Iohannem Præsticenum, Collegam domus Caroli IV: Sacerdotem Ioannem Decanum Brodensium: & Sacerdotem Henricum Lunensem. ms.

A. D. 1203. Cæsar Otto Merspurgi coronatur, magnâ frequentia Electorum atq; principum Imperij, tum & præsente Præmyslo Ottocaro Rege Boëmiæ, qui Imperatoris adversus Philippum erat commilito.

A. D. 1313. Henricus Comes Lucemburgensis, pòst Cæsar Augustus E. N. VII, moritur BoniConventi quod est in Hetrucia oppidum. Extinctus veneno, quod ipsi in calice quidam cœnobita propinavit, ut multi manu scripti in eo consentiunt, & huc accedit auctor Chronici Aulæ Regiæ, qui per id tempus vixit. Atq;, ut pleriq; referunt, Cæsar iamiam moriturus dixisse scribitur: Calicem vitæ dedisti mihi in mortem. A. R. Cuth. Hagec. Nauclerus: Cuspinianus: Pand. Collenutius &c.

A. D. 1322. Maria, germana Iohannis, Boëmiæ regis, soror, iungitur Karolo regi Franciæ &c. Franc.

A. D. 1362. ⊖. Dominus Plych, Decanus Pragensis. Thomæus.

A. D. 1482. Peste grassante, obit Prothasius præsul Olomucensis, cognatione Georgio regi iunctus. Augustin:

A. D. 1507. pestis per hos dies cepit grassari Pragæ durat ad Februarium usq;: multi tum & Pragæ & alibi per Boëmiam ea lue absumti, inter eos & Philippus Sidoniensis, pòst Pragensis quoq; episcopus.

A. D. 1309. Beatus martyr Christi Adalbertus, natione Boëmus, transfertur Pragam de Polonia. Cos. Ritus eius translationis primò quidem à Cosma, deinde & ab Hageco prolixè describitur.

A. D. 1444. (hunc diem habet ms.) Obijt Dominus Ptaczko Baro Boëmiæ in sede sua, quam vulgò vocant na Ratagých: *cuius morte Pragenses aliæq; civitates plurimùm indoluerunt. De Ptaczkone Cochlæus ex quodam Ms. codice vetusto ita ait: Θ. Dominus Hyncz. * Ptaczko in Ratage, feria quinta in die Ruffi: Ratage castrum est non longè à Praga distans, cui & aliud celebri nomine castrum adiacet (vulgò vocatum) Sternberg. Hæc Cochlæus.*

* Hynek truncate, Boëmicæ exteris Henyck, vocatur Henricus.

A. D. 1539. Altera Pragæ cogitur Synodus Ecclesiasticorum sub utraq; specie communicantium: Administratore Consistorij Pragensis, M. Martino Glatovino.

A. D. 1543. Ferdinandus rex suscepta adversus Turcam expeditione Pragâ ad horam 15 $\frac{1}{2}$ exit, contendens in Pannoniam suo cum exercitu, in quo proceres, nobiles, viriq; Equestres cum domestici, tum peregrini fuerunt plurimi. Per id tempus Pragæ à Senatu Ecclesiastico (Consistorium vocant) ad placandã numinis divini iram, proq; felici & fortunato eius belli successu, decretæ sunt unà cum ieiunio preces publicæ & litaniæ per templa Boëmicarum Ecclesiarum statutis diebus & horis, nimirũ pomeridianis, ad impulsum campanarum dicendæ atq; decantandæ.

XXVI. Aug.

A. D. 1276. Pacta conventa inter Rudolfum Imperatorem & Ottocarum regem Boëmiæ sancita: quorum uterq; magnis armati copiis, iamiam, opportuna modo o casione danda, conflicturi inter sese erant: conventum verò, ut VVenceslavus Ottocari filius Gutham filiam Imperatoris: E contrario Rudolfus Imperatoris natus secundò Filius, Cunigundam filiam Ottogari duceret in matrimonio &c. De his pluribus Hagecus, & VV. Lazius: hic pro Kunegũde habet Agnetẽ minùs, ut opinamur rectè.

A. D. 1346. Ipso postfesto D. Bartholomæi Dominus Henricus, filius Domini Petri à Rosenberg, & Hermannus de Milczina cum Ioanne rege Boëmiæ in conflictu strenuè pugnantes occubuerunt. Ita ms. Altivadense. Sunt, qui sequentem diem annotant: Quod lectoris diligentiæ perquirendum & investigandum relinquimus.

A. D. 1436. Die Dominico post Bartholomæi, Sigismundus Imperator: atq; rex Boëmiæ & Vngariæ (recens inauguratus) diademateq; regio coronatus, residet in circo Antiquæ Pragæ, sub intersignio Albæ campanæ, omnibus sese conspicuum exhibens, ubi ex procerum & nobilium ordine plurimi, multæ item urbium & civitatum respublicæ sese ei, uti regi & hero suo subijcientes, sunt à regia maiestate gratiosè acceptati atq; habiti &c. ms.

A. D. 1571. Ad tertiam horam noctis Pragæ conspectæ ad Solem occidentem sunt in cœlo virgæ, perq; eas hasta transversa: instar lunæ micantes: ad dimidiam horam durarunt.

A. D. 1272. Rudolphus comes ab Habeſpurg, Marchio quondam Ottagari Regis Boëmiæ, eſt electus in imperium Romanorum &c. Coſmas: tantam dignitatem reÿciente Præmyſlo rege Boëmiæ &c. Cuthenus & Hagecus ex mſ. annalibus vetuſtis.

A. D. 1278. (Plurimis de hoc & anno & de die conflictûs conſentientibus: idem atteſtante inſcriptione.) Præmyſlus Ottagarus Rex Boëmiæ, commiſſo prælio cum Rudolpho Romanorum Imperatore: in campo, nominato N. Derſpurck, alijs Marchfeld, fortiter ſtrenueq; pugnans, cadit & interit. De quo ſic Pulkavva: Et ipſe, ait: Rex Ottagarus, qui pluries magnificus victor extiterat: nunc, in ſuis tentorijs undiq; hoſtium copijs circumdatus inopinato belli caſu victus, occubuit; quia Milota proditor, &c. in cuius caſtris militum regis robur erat firmiſſimum, declinans bellum regem ſuum in tanto diſcrimine dereliquit. Hæc & alia, Pulkavva. Hunc conflictum inter cæteros & SSifridus Miſnenſis (cuius epitome extat) deſcribit: item ſomnium, eius regis occaſus præſagum. Regnavit annos 25. Ex Cunegunda altera coniuge tres liberos mares ſuſcepiſſe ſcribitur: duorum nomina non exprimuntur in annalibus: quod quidem nos ſciamus: Sed VVenceſlavus eius nominis II. is ſucceſſor patris in regno extitit.

A. D. 1301. VVladiſlaus tertius (Vngaris uſitatiore ipſis nomine appellatus Ladiſlavus) coronatur Belgradi anno ætatis 13: ſed eum quidam Vngarorũ repudiant etc. unde

unde bellum exortum, patre nimirum tantam contumeliam armis ulciscente. &c. Pulkavva.

A. D. 1306. Idem VVladislaus interficitur per insidias Olomuncij &c. Plures & nostratium & exterorum hunc diem annotant: De quo suprà 4. Augusti nos egimus.

A. D. 1329. (Franciscus anno 1328.) Θ. Brunnæ Henricus à Lippa, claræ vetustæq́ gentis Baro Boëmiæ & subcamerarius Regis Boëmiæ, qui fuerat præ cæteris sublimatus. Franciscus: Vir sapientia pollens, tum & consilio manuq́ promtus. De eo & Hagecus & Dubravius.

A. D. 1346. Iohannes (Quem Frossardus Sleidani, patris eius nomine Henricum, fortè memoriæ lapsu, nominat) rex Boëmiæ, suscepta expeditione, pro affinitate iuris, regi Galliarum contra regem Angliæ auxilio venit: prælioq́ commisso, ipse, tametsi privatus luminibus, pro amicißimo rege, propria manu fortiter ac strenuè dimicans, in acie occumbit. Ab amicis, ut pugnâ, quæ acris utrinq́ excitabatur, decederet, quum admoneretur: aut ego, animosè inquit, hodie victor evadam: aut letho insigni regiè cadam. Cecidit itaq́ eo in conflictu 27. Augusti, hoc est die Ruffi, quo ipso die ante annos 70. Præmyslavus Othocarus Rex Boëmiæ, in bello, quod cum Rudolpho Cæsare geßit, est interemptus.

ETEOSTICHON.

Rex, ubi turpe putas sua vertere terga Boëmos,
Pernicies fuerant Anglica castra tibi. D. C.

Corpus Iohannis regis conditum est Lucemburgi in cœnobio Divæ Mariæ virginis; anno regni 36. Ioanni patri filius VVenceslaus Carolus in administratione Regni Boëmiæ

miæ ſuccedit, vir omni genere virtutum exornatus, patriæ, publicæq́ rei amantiſsimus.

A. D: 1452. (Fuit dies Dominicus) Hora veſperarũ intrà concionem, ſuccenſa civitas Czaſlavienſis, & maiore ex parte exuſta eſt cum templo & campanis mſ.

A. D. 1471. Georgius Dux Saxoniæ naſcitur ex Zedena &c.

A. D. 1583. æt: 68. ☉. Mag: ac generoſus Baro Boh: D. D. Bohuſlaus Felix Haſiſtenius à Lobcovvitz, Dn. in Comutovv & Liczkovv. Imperr. 3. Conſiliarius: Olim Præſes Luſatiæ, pòſt Iudex ſupremus in regno Boh: tum in eodem ſupremus Camerarius.

Epitaphium illius hoc extat.

Bohſlavus Felix ille Hasſenſtenius, heros
Marte togâq́ potens, mole ſub hac tegitur.
Elyſijs Præſes, Camerarius inde Bohemi
Regni, poſt ſummi Iudicis officium:
Occumbit patriæ Zelator religionis,
Et Patriæ & gentis ſplendor, honosq́ ſuæ.
Quid valeant Mundi fraus, gratia, fama, triumphus,
Quid genus aut tituli, divitiævé, videt,
Cunctaq́ quòd pereant cum mundo vana caduco:
Solus amor fratrum duret amore DEI.

Th. M. Lym:

XXVIII Aug.

A. D. 1365. A Karolo IIII. ex Italia & alijs peregrinationibus in Boëmiam, suamq; regiam Pragam feliciter reverso, corpus D. Sigismundi, regis Burgundiæ, & martyris debita cum solennitate transfertur, inq; basilica D. Viti, è regione sacelli & tumbæ D. VVenceslavvi, honorificè conditur.

A. D. 1451. Feria quinta post Bartholomæi, obijt generosus Dominus Venceslaus Michalovicz: Magister Straconicensis. m. s.

A. D. 1512. Celebris & frequens ex statibus regni Boëmiæ instituta Budā ad VVladislavum regem legatio Pragensium rerumpublicarum legati unà cùm M. Martino Slovanensi, & Iacobo presbytero, Theologis &c. Hoc die iter ingreßi: Exacto mense redeunt &c. Quid confectum; scriptor, quem legimus, non annotavit.

A. D. 1420. Lue contagiosa violenter grassante potissimùm in urbibus Pragensibus, sunt in Ecclesia publicæ unà cum ieiunio institutæ ad placandum numen divinum preces. Grassantem avertunt vota precesq; luem.

A. D. 1271. Θ. Dominus Vlricus de VValdek. primus fundator monasterij Beatæ Mariæ virginis in Insula, aliâs D. Benignæ &c. Thomæus.

A. D. 1448. Solis eclipsis. Eodem anno bella in Germania; Gallia; Anglia; Flandria; Prußia: Pannonia; Apulia, Italia: viguerunt. Mahometus Græcis ingentia damna cum bello infert: pestis biennio. Id malum & terræ motus indicarunt. supplementum.

A. D. 1526. Pugna Mogaciensis, (Mogacium est ut ait I. Sambucus, in Vngaria oppidum ad ripam Danubij situm.) in qua Ludovicus Pannoniæ, Boëmiæq; rex inclytus, & miserabili & immaturo eoq; lamentabili occasu, ipso die, quem Ecclesia celebrat D. Ioannis Baptistæ, Decollationi solennem: gloriosè pro patria adversus Turcas, Christiani nominis hostes iuratos, quorum ad ducenta millia Suleimanus imperator adduxerat in Vngariam, pugnans occubuit, anno ætatis 20: anno regnorum Vngariæ 18: Boëmiæ 17, à coronatione.

ETEOSTICHON.

Bella tener Ludovicus aquâ celerando necatur. M. C.

Aliud.

Luce sacra plexi collo, Ludovice, Iohannis,
Te spurcâ extinxit Turca cruentus aquâ. I. B.

Aliud.

Rex, propugnat ubi, Ludovicus, agrosq; focosq;,
Aut fato, aut diris artibus occubuit. B. S.

Conflictum hunc fusiùs describunt Hagecus, Dubra-

vius, Cureus, in primisq; annales Vngariæ studio Iohannis Sambuci viri clariS. in lucem editi. Et extat etiam apud nos eadem de re narratio, quæ diversa quædam ab ijs, quæ scriptis sunt evulgata, de præfati regis interitu exponit. &c.

A. D. 1560. ☉. Nobilis ac eruditus Vir M. Adamus Zatecensis à Radkovv: princeps Notariorum in Nova Pragâ. Extat epitaphium illi à M. Cuth. scriptum.

* *A. D. 1518, Vnio Maioris & Novæ urbium atq; Rerumpublicarum Pragensium, hoc die, qui est Aucti & Felicis, constituta &c. De quo hoc legiuuu eteostichon:*

Vnio Pragensis muratos destruit hortos.

Duravit ad annos decem. De quo Hagecus & alij nostri annales uberius.

A. D. 1537. Ferdinandus rex creat in utraq; Pragensium Republicâ Senatum: In Maiore urbe Primas: VVenceslavvus Iarosius: In Nova urbe Iohannes Srna.

A. D. 1310. Cæsar Henricus septimus cum Regina Margaretha coniuge sua, & nova sponsa Elizabetha, (nam è Spira antè in Hembach, id erat monasterium cruciferorum hospitalen. à Spira distans spacio duorum milliarium) necnon cum maxima principum & magnatum copia, præcedente & præcinente omnium instrumentorum genere, versùs Spiram procedit: horâ tertia Spirensem portam ingreditur. Horâ eius diei 9. idem Imperator filio suo Ioanni Regnum Boëmiæ in feudo ut ab Imperio suscipiat, decernit, præsentibus & consentientibus Elector. & Principib. Imperij. Itur in templum Spirense, ubi tabulata erant & ornamenta instructa; feudales ritus & ceremoniæ ibidem peraguntur: regnum Boëmiæ ipsi filio Iohanni iure hæreditario Imperator dedit & contulit cum omnibus terris ad ipsum pertinentibus. Eodem vespere copulatur legitimè Iohannes & Elizabetha rex & regina Boëmiæ, per Henricum II Comitem de Vuirnẽburg, Coloniensem Archepiscopũ: sequente die nuptiale convivium celebratum &c. A. R.

A. D. 1436. Cæsar Sigismundus rex Hungariæ & Boëmiæ creat consules & senatores omnium trium Rerumpub. Pragensium, ubiq; servatis ipsorum iuribus & consuetudine; Primas factus Iohannes Reczek: Iohannes verò ab Argentea Stella, designatur Subcamerarius regni Boëmiæ. Eodem tempore illeipse Sigismundus confirmavit Novæ vrbi Pragensi omnia iura, leges, statuta atq; immunitates &c. * retrò

A. D. 1459. Georgius, recèns Boëmiæ rex electus, æquitate et clementia commendabilis, pridie Kal. Septembris venit Svidniciam: ea urbs cum uniuersa nobilitate honorificè regem excepit. Iavoroviæ deinde ab omnibus Principibus & civitatibus salutatus est rex: soli VVratislavienses & Namslavienses, qui illorum sequebantur autoritatem, Georgium repudiârunt. Cureus. Vnde gravissimi pòst bellorum motus sunt exorti, &c.

A. D. 1582. peste, sed placidè ex hac vitâ migravit Paulus Holaubek. artt: libb. Baccal: Civis antiquæ Pragæ, ibidemq; Dn. Cos. seruus an 35. Eius hic est tumulus.

Paulus Holubecius tumulo requiescit in isto,
Virtutis cultorq; & probitatis amans.
Post sacra præ reliquis summo complexus amore est
(Naturæ eximiæ de bonitate) libros,
Inclyta qui populi comprêndunt gesta Bohemi,
Historico quondam gesta notata stilo;
Scripta manu: non illa typûm vulgata per artem:
Cuîlibet è tenebris eruta, digna legi.
Publica res illum vehet, atq; Ecclesia laude,
Hoc merito in meritos quem iuvat esse pium.
Qui PATRIAM historicis monumentis ornat, & auget,
Mortuus &, vitam, Patria dum stat, aget. P. L.

September.

Habet dies XXX. Luna verò XXIX. Dies habet horas XII. Nox totidem.

I. Septemb. *Kal. Sept.*

A. D. 1310. (Nonnulli notant VII Kal. VIIbris: alij ipsis Kal. Septembris.) Iohannes recèns creatus à patre Henrico Cæsare Rex Boëmiæ cum Elissabetha, VVenceslavi, E, N. II. Boëmiæ regis filiâ, Spiræ magnifico sumptuosoq; instructo epulo, concelebrat nuptias: quæ fusiùs exponuntur ab Hageco & Dubravio, nonnullisq; manu scriptis autoribus.

A. D. 1389 ☉. Dominus Iohannes de Rosenberg: sepultus in Trzebon, &c.

A. D. 1432. Pragensis Academia (cuius tum Rector fuit Christianus: vulgò Christannus de Prachaticz, Capellanus (sacellanus) capellæ (sacelli) Omnium Sanctorum in castro Pragensi, & plebanus Ecclesiæ parochialis Sancti Michaëlis in Maiore urbe Pragensi) datis sub generali eiusdem Universitatis sigillo ad concilium Basilíense literis significat sese eò ablegare Rokyczanam unà cum alijs collegis, ut disputationem instituant de quatuor articulis Boëmorum secundum dispositionem factam in Egra cum legatis eiusdem Concilij. Qui articuli sive capita, (dogmata Boëmicarum Ecclesiarum comprehendentia) in pacificatione (compactatis) unà cũ declaratio-

A, D. 1347. (Exacto propè anno post luctuosum sed gloriosum & fortem Ioannis regis, patris Karoli in bello occasum: eiusdem Karoli ætatis anno 31.) Karolus IV. non multò antè indicta in arce Pragensi Ordinum Regni Boëmiæ synodo; frequentißimoque cum Ecclesiasticorum tum Secularium conventu, nimirùm principum, procerum, nobilium, non ex Boëmia tantùm, verùm & ex Imperio: unà cum Blanca (quam in vita sua idem Karolus Margaretam proprio nomine nuncupat) uxore sua in æde D. Viti diademate regio redimitur. Coronationis munus obeunte Ernesto. primo Pragensis Ecclesiæ archiepiscopo. Hæc fusiùs persequitur Hagecus, qui & coronam Regni Boëmiæ describit.

* ne ipsorum exponuntur. Super hac re & status Regni Boëmiæ ad Concilium scribunt. vide infrà quintum eiusdem Men: diem.

A. D. 1520. Ordines regni Boëmiæ miserunt auxilia Regi Ludovico adversus Turcas: nam illi in Pannoniā exercitu maximo & incurrebāt et impreßionem faciebant.

Tum cœperunt Turci SSabatecz, Belegradum inferius, ibiq; præsidia sua constituerunt; pòst tamen, audito auxilio Ludovici, in Thraciam redierunt.

A. D. 1546. Hoc & sequenti die locustæ ad Pragam admodum densæ apparuerunt. &c. quid suo adventu portenderint, nimirùm eventus non multò pòst docuit. &c.

III. Sept.

A.D.1347. Tertio vix die exacto à coronatione Karoli IV, eiusdem mandatu, ultra portam D. Galli, qui locus in Arena vulgò vocabatur, fundatur cœnobium familiæ Carmelitarum: tabulata, aliaq́ materies lignea, ubi epulum Karolo recèns inaugurato & convivium exhibebatur, iisdem Carmelitis pro excitando eiusdem monasteris ædificio donatur.

A. D. 1380. ☉. Domina Marzye (Magdalena) relicta Domini Leonis de Horzovizz, & Iohannes filius eorum. Thomæus.

A. D. 1184. Magna Solis eclipsis, ità, ut de die stellæ apparerent conspicuæ. Eodem anno Fridericus Dux Boëmiæ eijcitur in exilium: sed tamen non multò pòst ab Cæsare restituitur.

A. D. 1415. Θ. strenuus miles & Baro terræ, Dominus Vlricus de Hassmburg Lepus. Sepultus in cœnobio Insulano. Thom.

A. D. 1513. Georgius quispiam, cognomento vernaculo Mancipal, cùm equo veheretur, canisq; nigri, in sese de improviso irruentis, incursionem atq; impetum hasta, quam manu ferebat, inhibere conaretur: eadem hastâ, nescio quomodo, vibratâ, semetipsum (dictu admirabile) proprijs armis atq; vulnere confecit & interemit.

**Cometa in Boëmia. m. s. Dessenen. Exteri, à sexto Augusti usq; ad tertium diem Septembris scribunt. Martios motus. & plurimas calamitates portendit.*

*Ferdinandus hujus nominis 2. Brunam venit metropolim scilicet Moraviæ, ad hominium (ut vocant) sumendum à Moravico ordinum statu. Receptus est honorifice quemadmodum ipsemet vidi. nisi quod dissidia inter Ordines increbuerunt, male quedam interpretati sunt et ominati de ejus Regimine. Nam procères equestrem ordinem prohibebant secum invicem venienti Regi obviam ire, contra illi persistebant, et permixti Baronibus procedebant: hinc turbarum initia. Cum VI. Septembr. les vero status quod sub vexillo ej obviam prodiisset, Barones monuit, qui mittentes monent ut vexillum condant; negant illi; hinc Baro de Ne[illegible] jussus à Capitano accurrens cum vexillum ferenti diripuit et adjutus a Barone Lycek dicto fregit, laceratum in Caligas condidit, unde confusi Brunenses, accepta contumelia fremebant; nec tormenta ut propo

A. D. 1169. Tres soles in Boëmia eiusdem claritatis conspiciuntur: durant ultra duas horas: pòst in unũ nempè verum corpus Solis coëunt, quod & occidit. Hag. De eo & MR. Fristschius atq; Garcæus: ij insequente anno terræ motus maximos, & inundationem fuisse annotant. Gliscebat tunc & inter Cardinales discordia &c. Svvatoplucus, VVladislavi secundi regis Boëmiæ filius, offensũ fugiens patrem, in Germania peregrinatur, ubi & moritur.

A. D. 1269. Nata est Przemyslo, Ottogaro Boëmiæ regi, filia secunda, ex Gunegunda uxore, filiâ Rotislai regis Bulgarorum. Cosmas.

A. D. 1432. Regni Boëmiæ ordines, datis ad patres concilij Basiliensis literis, certiores ipsos reddunt, se illuc oratores suos mittere ad audientiam seu disputationem publicam de quatuor Boëmicarum Ecclesiarum articulis sive capitibus &c. Iuxta formulam, in urbe Egra conceptam atq; expressam. Oratorum nomina, alibi enumerantur: quin & apud Cochleum in historia Hussitica extant.

A. D. 1500. Albertus Dux Saxoniæ, ex Embda urbe Phrysiæ, prope quam in cœnobio quodam obierat, ad maiorum sepulchra hoc die Misnam defertur. Fuit is Georgij regis Boëmiæ gener, cuius filiam, Zedenam sive Sidoniam nomine, habuit in matrimonio, ex eaq; tres filios procreavit.

A. D. 1531. Huius diei nocte & sequentibus visus est

* Retrò Cometa

Anno 1617 hac die advesperam Electus Rex Boëmiæ #

...ferant explodebant; Deus faxit ut, Regimen eius serviat publ. Bono et Eccl...

A. D. 1092. ☉. Conradus, frater VVratiſlavi, primi regis Boëmiæ Dux Boëmiæ XX. item Brunenſis, & Znoymenſis diſtrictus gubernator: Marchio Moraviæ. Præfuit Boëmiæ menſes ſeptem, dies ſedecim. Coſmas. Sed Pulkavva habet dies ſeptem. Reliquit à morte ſua duos filios ſuperſtites: Leopoldum ſive Litoltum, & Hulricum. Conrado demortuo ſurrogatur Brzetiſlaus minor natu. Idem Coſmas.

A. D. 1382. Ludovicus rex Hungariæ & Poloniæ, quum languere ſe ſentiret, in comitijs Zvvolenij ſive Solij, quod oppidum eſt in Scepuſio, ſucceſſores ſibi deſignat in regno Poloniæ, Mariam filiam natu maiorem cum Sigiſmundo (Caroli IIII. Imperat. filio) ſponſo eius, Marchione Brandeburgenſi, 14 annum ætatis tunc agente: In quorum verba ſtatim, regis mandatu, à Proceribus iuratum. Cromer.

A. D. 1427. Horam circiter diei tredecimam, irruptio quorundam Baronum armato cum equitatu, quorum ad 600. (Hagecius ad 900.) ferebantur, in Maiorem urbem Pragenſem facta: Sed inter tumultuandum: à Pragenſium ſubito collecta manu, celeriter milites iſti ſunt repreſſi, plurimis in conflictu interemtis: nonnullis, dum fugam capeſſerent, in profluente VVltavvæ ad pontem demerſis. Eius irruptionis cauſam quidam aſſignant, quòd Sigiſmundum ſive Coributhum Lithvaniæ Ducem, in libertatem aſſerere in animo habuiſſent. Tum enim is in Pragenſium cuſtodia detinebatur. Qua de re tota uberiùs Hagecius, & alij.

A. D. 1510. Creati in Republica Maioris urbis Pragensis sunt consules: Princeps Senatus Ioannes à Nastoyt &c. m. s.

A. D. 1546. Magna locustarum agmina ad urbes Pragenses conspecta. Eæ locustæ, lutei, cærulei, aliorumq; diversorum erant colorum, quatuor singulæ alis, ac insuper veluti galeis quibusdam adarmatæ. Ad spacium quatuor horarum supra arcem Pragamq; ipsam constiterunt. Eventus, brevi post consecutus, quid suo adventu portenderint, docuit.

A. D. 1575. Rudolphus, Maximiliani II. Romanorũ Imperatoris Augusti, filius, Archidux Austriæ, declaratur rex Boëmiæ.

Eteostichon his Th. M. Lym: Anacreonteis versibus continetur.

ReX præpotens RVDoLphVs
RoMānVS, opto, nostras
Res, Pannonas & ornet,
Regatq; DEO iuvante.

VII. Sept.

A. D. 1341. VVratislavia, urbs Silesiæ metropolis, conflagrat ab incendio, post tamen, ope atq; munificentia, principe digna, Karoli IIII. Imperatoris, Boëmiæq; regis restauratur, elegantiùs, quàm antè, excitatis ædificijs &c. De his & Cureus.

A. D. 1421. Interregni Boëmiæ anno tertio, Electores, alijq; plurimi Principes Imperij, maximis conflatis cum equitum tum peditum copijs, Boëmiam, quâ Zatecium, Bilinaq; sunt sita, invadunt, re tamen infecta, plurimisq; ex suo exercitu desideratis, abscedunt. Cuthenus, & Cochleus historiæ Hussiticæ libro 10. qui quartam Septembris, eius expeditionis diem annotat: quam pleriq; & in Augustum mensem reijciunt: Eam tamen dierum diversitatem non inter sese discrepare existimârim. &c.

A. D. 1421. Per hos dies, hoc est circa festum Natalis Beatæ Mariæ virginis, pestis Pragæ grassari cepit. VVenceslaus Koranda. Et hic & alter proximè insequens annus fuerunt, propter influentias cælestes, pestilentiales, ut habet quoddam m. s.

A. D. 1450. Georgius à Cunstat & Podebrada, vicarius Ladislavi regis Baro Boëmicus pro temporeq; gubernator regni Boëmiæ, suscepta in Misnam expeditione, eā vastat; adq; duos ibidem commoratus menses, Geroniam benè munitum, propinquumq; saltui Boëmico, oppidum expugnat, Barone Gerensi multis unà cum Comitibus capto, magnis cum spolijs in Boëmiam revertitur victor. Evocatus ad eam militiam scribitur fuisse Georgius, atq;

etiam rogatus à VVilhelmo Lantegravio Thuringiæ, adversus Fridericum Electorem &c. quemadmodum de his annotat Cochleus, in historia Hussitica, qui & VVilhelmum fuisse sororium VVladislai, Vngariæ Boëmiæq; regis ait: quo nomine etiam faciliora ipsi erant auxilia Boëmica &c.

A. D. 1518. Mortuus est nobilisi vir Dominus Ioannes Tas (Prothasius) de Perucz: Sepultus in templo D. AEgidij Horzovicij. Inscript:

A. D. 1559. Hoc & sequente die Thaborium non ignobile Boëmiæ oppidum maiore sui parte deflagrat, eo excitato per quosdam maleficos incendio &c.

ETEOSTICHON.

Vrbs Thabor infelix, tectis extructa superbis,
NAT, Mariæ subitis (censa) ruit faculis.* ** pro accensa.*

P. Lucinus.

Accidit ea calamitas, lapsis ab illius civitatis fundatione annis 139. A confirmatione verò, atq; privilegiorũ & immunitatum eidem per Sigismundum Imperatorem Augustum donatione, annis 122.

A. D. 1582. ⊖. Nobilis ac egregius vir Mathias Iuncæus Porzicius de Roklinâ, Chrudimænus pat: & meritorum ergô, in Templo S. Henrici N. Pra. sepultus die sequenti:

Illius tumuli hæc est inscriptio.

Regalis Cameræ servus, collegaq; Scribis,
Deniq; Quæstori commodus officio,
Musicus, atq; Choro sacram præfectus ad ædem
Cæsaris Henrici, quam nova Praga tenet,

Hac

Hac situs est Mathias Iuncæus, funere raptus
Ceû sibi maturo, sic properante suis:
Qui desiderio dempti tanguntur amici,
Ac ipsum mâlint secum habitare diu,
Ni secus, humanis divina potentia rebus
Adversata, viro quem statuisset ei,
Quem dedit, è medio nostri quem sustulit, ipsi
Cêu Domino visum, complacitumvé fuit.
Cernite Iusticiam divini nominis æquam,
Mortales: gnari vivere, sive mori.

Th. M. Lym.

VIII. Sect.

A. D. 1092. (Sunt qui notant annum 1093. diem eiusdem mensis 14.) Demortuo Conrado succedit in regno Boëmiæ Brzetislavus Iunior E. N. secundus, ex Vngaria, quo sese contulerat, reversus, hoc die à Cosma octavo præsule Pragẽsi, in basilica D. Viti inauguratur &c.

A. D. 1159. Mediolanum Friderico I. Barbarossæ deditur &c. amicâ transactione interpositâ potissimùm VVratislavi Boëmiæ regis auctoritate. Sigonius, Krantius, Vrspergensis, Cosmas.

A. D. 1281. ☉. Dominus Vlricus (Hasenburgius) de VValdek. N primi fundatoris (Insulani) filius Thom:

A. D. 1375. Mortua est sine liberis Elizabetha, uxor Alberti Ducis Austriæ: Karoli IV. Romanorum Imperatoris, Boëmiæq; regis, filia.

A. D. 1366. N. abbas cœnobij Scalicensis à latronibus, qui numero decem erant, nocturno tempore per insidias interimitur: sublatis è fano clenodijs ecclesiasticis. Ii grassatores Caroli IIII. iussu capti, cumq; authore tam indignæ cædis in furca publica suspensi. Hagecus.

A. D. 1498. Obijt Doctor Paulus, cognomine patrio Paucziek, Crucifer & Præpositus monasterij Zderasensis &c. Orator VVladislavvi regis. In D. Viti honorificè sepultus. Hagecus.

A. D. 1520 Contagiosâ lue, iam inde à mense Iulio magnopere grassante Pragæ venerabilis presbyter Iohannes, cognomento Poduska, ex Nova urbe Pragensi oriundus, septimo die pòst, quàm in morbum letalem incidisset,

apostemate

apostemate percussus, hoc die (Quidam 7 Septemb. sed minùs rectè, vitâ functum esse scribunt.) horam circiter nostratem 21. Spiritum Domino reddidit; in templo, ante Lætam Curiam, ubi maximâ auditorum frequentiâ docuit, honorificè sepultus. VVences. Rozdialovinus. M. L.

A. D. 1523. Pragæ concinitur epinicion, quod nostri 15. millia Turcorum cecidissent. &c.

A. D. 1526. Hoc die nuncius tristis affertur Pragam de occasu Ludovici &c. portæ clausæ. Eodem anno (diem Chronologus non assignavit) Domazlicium oppidum, igne totum conflagrat. m. s.

A. D. 1541. Pestum à Turcicis copijs occupatum, hactenus Turcicæ tyrannidi subiacet.

ETEOSTICHON.

Lux octava pigri Septembris ab orbe fluebat,
Turca ubi Pestanas occupat acer opes. B. S.

A. D. 1542. Pragæ gravissimâ laboratũ pestilentiâ, etc. Ea lue pestifera sublati tùm inter cæteros sunt Iohannes & Theodorus Lupacij, Procopij L. fratres optatiS. quiescunt in Domino, spe futuræ resuscitationis ad vitam immortalem.

A. D. 1548. Hoc die, qui est solennis Natali beatæ Mariæ virginis, decessit vir illustris, Dominus Iohannes à Pernestain. &c. Baro Boëmiæ atq; Moraviæ.

A. D. 1562 Maximilianus II. rex Hungariæ, coronatur Posonij. sequenti die serenissima princeps Maria Imperatrix in Vngarorum reginam ritè coronatur. A Bakssaij in Bonfiniò.

A. D. 1248. (Quidam habent 13 huius mensis diem obitùs: alij alios, quod in medio relinquimus.) Conceßit naturæ Cunegundis, regina Bohemiæ, VVenceslavvi Ottagari E. N. I. uxor. Sepulta Tiſſnovij in cœnobio Moravicense, quod ipsa dotavit ampliter. Cosmas & Thomæus.

A. D. 1414. ☉. Dominus Vlricus Lepus filius Domini VVilhelmi de Hazmburg. Thomæus.

A. D. 1416. Reginæ Hradecium conflagravit: quum à priore incendio, novem anni fluxiſſent.

A. D. 1439. (Nonnulli notant sextum eiusdem mensis diem.) Magister Petrus Mladonovicius, per Consulem atq; Senatum Pragensem est in domum Parochialem Ecclesiæ D. Michaëlis Antiquæ Pragæ introductus, factus eiusdem Christiani succeſſor, & in eodem templo sive parochia (dotem eo tempore vocabant) prædicator.

A. D. 1445. Morbus popularis ex contagione aëris ortus, ad hos dies cœpit graſſari, primùm in districtu Reginæ Hradecensi, inde in alias atq; alias Boëmiæ regiones proserpebat. extincta sunt ea lue aliquot hominū millia, maximè verò per bubones. Eam pestileutiam antegreſſus est Cometes, tempore solsticij visus.

A. D. 1518. Senatus lectus à communitate Pragensi, non multis post initam Pragensium Rerumpublicarum Vnionem, diebus: Primas tum creatus M. Iohannes à VVrato, aliâs Paſſek.

A. D. 1522. hoc die mortem obijt Albertus ab Vſſava, cognomine Rendl, &c. m. s. Creatur etiam Senatus Pragæ.

A. D. 1528. Sabbato post festum Nativitatis beatæ Mariæ virginis, Θ. Dominus Iohannes de Sternberg. &c. man. script.

A. D. 1563. Maria, Maximyliani II. Romanorum Imperatoris Augusti &c. coniunx, Posonij, vulgò Presburgi, solenni cum pompâ, cincta diademate inauguratur regina Hungariæ.

** dislavvi regis, donato Pragensibus. Primas M. Ioannes à VVrato: Fuit tum in ordinem Senatorum adlectus & Briccius Magister, quondam & professor in Academia Pragensi &c.*

XI. Septem:

A. D. 1360. In Boëmia viguit secunda pestilentia, sub Karolo IIII. grassari cœpit, circa festum Nativitatis S. Mar m. s. Fluxerunt à priore anni 14. quo anno post Ioannis regis, patris sui, occasum ad regni Boëmici gubernacula solus primò sedêre cœpit. Eo ipso anno magna in Boëmia extitit annonæ caritas, quam est consequuta adeò gravis fames, ut homines inedia enecarentur. Plura de his Hagecus.

A. D. 1419. Iohannes Dux Burgundiæ, vulgò Burgundio, à Tangario Castello viro pugnacissimo & sociis in ponte trucidatur. Papyrius. Hæc omnia fusissimè narrat, & genealogiam quoq; describit, Iacobus Meyerus. Fuit hic Dux, nepos Bonæ sive Guthæ, (filiæ Iohannis regis Boëmiæ) reginæ Galliæ.

A. D. 1456. Vitâ defunctus est Iohannes Huniades, Mathiæ regis pater: defensor Hungariæ, quæ extitit, & verò hodiè extat quasi murus nō Austriæ tantùm, verùm et Moraviæ, adeoq; etiam Bohemiæ adversus hostiles Turcarum impressiones. &c.

A. D. 1467. Mathias Corvinus, rex Pannoniæ, Georgij Podebradij gener: quorundam Baronum secessione, per legatos pontificios, Olomucij coronatur rex Boëmiæ, factum id est Georgij Boëmiæ regis anno nono. Coronatio ista fuit seminarium bellorum, quæ paulò pòst sunt hos inter reges consequuta gravissima.

A. D. 1520. Ab unione Pragensi anno tertio: creatur Senatus Pragæ observato in ea electione privilegio VVla-

A. D. 1316. Petrus N. designatur mandrita sive abbas cœnobij Aulæ Regiæ. Is scripsit rerum Boëmicarum Chronicon, & legationi, quam ordines regni Boëmiæ solennem ad Henricum VII. Romann. Imperatorem anno 1310. instituerunt, interfuit, ibidemq; acta diligenter annotavit. Aula regia cœnobium est duobus milliaribus paßuum à Praga remotum: fundatum à VVenceslavvo E. N. II. rege Boëmiæ, A. D. 1296. Vastatum à Pragensibus copijs A. D. 1420; Eius tamen monasterij hodiè reliquiæ spectantur. Non est ignotum, qnid de eo AEneas Sylvius in sua historia scriptum reliquerit. Sed de his & suprà.

※ De die obitus variant scriptores.

A. D. 1382. ※ Ludovicus rex Vngariæ & Poloniæ, Mariæ, coniugis Sigismundi Imperatoris, pater, è vita excessit: Ritius: quum paucis antè diebus Mariam filiam suam, & Sigismundum, sponsum eius designasset suos in regno Poloniæ succeßores, quemadmodum est paulò superius dictum. De eo & infrà.

A. D. 1415. Hoc die M. Hieronymum Pragensem fuisse à Concilio Constantinensi crematū, à nonnullis scribitur, sed annales nostri patrij, ab ijs, qui eo tempore vixerunt scripti, Hieronymum exustum fuisse ipsis Kalendis Iunij (quod tum fuit Sabbatum, solennitatem Ascensionis Domini, ut Ecclesia loquitur, proximè sequens) A. D. 1416. testantur. Verùm ex ijsdem annalibus colligere est, M. Hieronymum hisce diebus videlicet circa Natalem beatæ Mariæ παλινῳδῶν. &c. Vnde hanc de

ipsius

ipsius morte opinionem esse enatam suspicamur.

A. D. 1432. ϴ. reverendus M. Martinus de VVolina; hic fuit fidelißimus in prædicatione verbi DEI coadiutor seu synergus M. Iacobelli de Strziebro, prædicator in Bethleem. m. s.

A. D. 1137. Tertia stella claritate prioribus similis apparuit. &c. Cos. Paralipp.

A D. 1542. Mag. Ioannes Carolus Zluticensis, Acad: Pragensis professor, Senatusq́ Novæ Pragæ protonotarius: extinctus pestilentiâ. &c.

Epitaphion illius est tale.

Carolus hîc iaceo, confixus Apollinis arcu,
Dum cupio natas peste levare meas.
Quod decuit, feci, Niobe mihi cedat & ipsa,
Maior, quàm Niobes, mens pietasq́ mea est.
Altera nata manet, quamvis fuit icta veneno,
Altera sed rapta est, quam sequor ipse, mihi.
Sit nomen DOMINI laudandum, cuius ad astra
Tam citò dulce mihi mors patefecit iter.
Dum licuit, patriæ servivi, Academia testis
Est, huiusq́ urbis Curia dicet idem.
ZLVTICII genitus sedes, sociamq́ iugalem
Hac habui Pragæ civis in urbe Novæ.
Mores, ingeniumq́ meum memorare, viator,
Praga potest. ipse hoc nolo referre. Vale.

Matt. Coll.

A. D. 1364, (Si non est in numerorum notis admissa menda.) Ernestus, Pragensis archiepiscopus per Dominum Vrbanum Papam creatur Cardinalis. Chr. Brzezonovv. Hoc anno idem & mortuus esse ab Hageco scribitur.

A. D. 1471. Hoc die, ut quidam annotatum reliquerunt, VVladislavus filius Cazymiri regis Poloniæ, Pragæ in basilica D. Viti, de more cingitur diademate regni Boëmiæ à præsulibus Polonicis, quos eo nomine Pontifex Romanus, fulmine anathematis (excommunicationis) ferit. Nam Mathiam Corvinum, Boëmiæ regem constituere conabatur, &c.

A. D. 1504. (m. s. VVrzesovvicanum habet diem sequentem.) Bello Bavarico, quod Palatinus Rheni Maximilianusq; Romann. Imperator, inter se gerebant, Bohemi milites, Palatini stipendiarij, hoc die ad Ratisbonam à Cæsarianis funduntur atq; cæduntur: à Teutonicis (ut ex vetustis manu scriptis notat Cuthenus,) suisq; capitaneis venundati, inq; eam cladem præcipitati. Maiorem Germanorum numerum eo in prælio desideratum esse, idem Cuthenus ait. Plura de his Hagecus & Cuspinianus in Cæs: Romm.

A. D. 1519. Secundo unionis Pragensium Rerumpublicarum anno; Senatus ibidem lecti. Primas Magister Iohannes à VVratho.

A. D. 1548. Iaromirium in Boëmiæ Silesiæq; propè confinibus situm, oppidum unà cum templo conflagrat.

XIII. Sept.

A. D. 1180. Horâ nona Sol eclipsim passus. Liechtenavius. Alexius, minor natu Græcorum Imperator, submergitur &c. Hagecus.

A·D. 1250. * ☉. *Cunegundis regina Boëmiæ: VVenceslavi Ottogari E. N.I. sed regis Boëmiæ ex ordine IV. uxor: filia verò Philippi Romm. Imperatoris. Cosmas & in Tishnoviensi monasterio monialium, quod ipsa fundavit & dotavit, in Moravia solenniter est sepulta. Pulk:*

* quidam m.f. habet annos 1248 diem IX eiusdem mensis.

AD. 1268. Vitâ defuncta est, Agnes Boëmica Præmysli Ottogari, Boëmiæ regis, filia: Henrici, Misnensis & Orientalis, Marchionis, uxor in ordine secunda: quod & Geor: Fabr. & P. Nivemontius notant. In cœnobio Veterocellensi, sepulta. Visionem, præsagam mortis ipsius, idem Fabricius è Chronico Isenacense & Thuringico refert.

A. D. 1277. Præmyslius Ottogarus Rex Cunegundam filiam suam, quam tamen prius elocavit N. filio Rudolphi Imperatoris, comitatam decem virginibus puellis, contra pacta conventa includit in cœnobium familiæ D. Francisci, id fuit seminarium belli, quod Rudolphus Cæsar & Ottogar, Rex inter sese gesserunt: atq; hic in eo etiam occubuit. Hagecus.

A D. 1301. Excessit ex hac vita Georgius, Episcopus Pragensis XXVI. Cuth. Sedit annos VI. Vir pius, honestus, benignus. Is ipse ad populum instituere est solitus conciones. Surrogatus ei Iohannes, Canonicus Ecclesiæ Pragensis, filius nobilis viri Iohannis de Drazicz.

A. D. 1380. ☉. *Dominus VVilhelmus de Hasenburg: Baro Boëmicus: vulgò cognominatus* **Zeleny Zagic.** *Thomæus.*

A. D. 1382. Idibus Septembris, ut refert Bonfinius, diem obijt Ludovicus E. N. primus, Rex Vngariæ atq; Poloniæ, Sigismundi (Karoli IV. filij) tum Marchionis Brandeburgici, socer; Ante mortem eius Cometes apparuit, quo regi fatū instare omnes augurabantur, ait idem Bonfinius: Funus illius Albam regiam solenni pompa est elatum. Successores adhuc superstes, sibi designat Mariam filiam natu maiorem, cum Sigismundo &c. sponso eius: in quorum verba & ab Vngaris & à Polonis iuratum. Cromer: De his & suprà.

A. D. 1389. ☉. *nobilis Dominus Iohannes de Lansteyn, præpositus Melnicensis, & Canonicus Ecclesiæ Pragensis. Inscript:*

A. D. 1520. Peste vehementer in urbibus Pragensibus grassante, tollitur è medio VVenceslaus, patria Rozdialovinus, Academiæ Pragensis Magister, professor, pòst & Præpositus Domûs Karolinæ: Iohannis Poduscæ sodalis. Extant apud nostrates Epistolæ, inter quas una atq; altera adscriptæ: dignæ luce: nam illas legimus, hominis eæ ingeniosi animum pium, modestum, liberalem: studium præterea, cultumq; elegantiæ styli politioris, &c, redolent.

A. D. 1092. Bratislavus, (à morte Conradi, XX Ducis Boëmiæ) VVratislavi primi regis, filius primogenitus ex Vngaria, quo secesserat, reversus, hoc die (Sunt qui id ad VII Kalend. Octobris referunt) communibus ordinibus regni suffragiis electus: à Cosma episcopo in templũ D. Mariæ antè Lætam Curiam solenni pompa introductus, inq́ solio ducatûs, de more collocatus: regni Boëmiæ frena capeßit. Chron. Brevvnovv. m. s.

A. D. 1424. Pax inita inter Pragenses & Zizkam in campis, quos ita vocant, Hospitalensibus, inq́ eius rei gestæ monumentum perpetuum congesta magna lapidum eum in locum ab utraq́ parte est congeries, eo fine, ut, si alter utra illarum partium eiuscemodi pactis, quæ & certis pignoribus positis firmarunt, non stetisset, lapidibus ex eo cumulo petitis adobrueretur. Zizka deinceps Pragam ingressus, honorificè à Pragensibus habetur. Id factum die exaltatæ S. Crucis, quod festum institutum fuerat A. D. 629.

Eodem anno interfectus est vir præstans, equestris ordinis, D. Iohannes Lescovecius. m. s. tantùm hæc ita nudè brevißimèq́ perstringit, nihil præterea subiiciens: ubi? à quo? aut cur sit interemptus? quodsi nobis compertum fuisset, minimè silentio præteriissemus, ut id factum non ita breve, eoq́ & obscurum, hîc legeretur.

A. D. 1520. Natus est magnificus Baro Boëmicus, Dominus Nicolaus ab Hazemburg. Die 14. hora 22. minuto 38. Deß.

A. D. 1581. Vir conspicuus nobilitate literatâ, & cruce Christianâ exercitatus, Ioannes Vincentius Raysky à Dubnicz. ☉. Rokytzanæ: ibidem sepultus &c.

Eius Cenotaphion tale est.

Stirpis Dubniciæ decens propago,
Ros, & flos patriæ domûs, humatur
IAN VINCENTIVS, hoc loco sepultus:
Cognato à grege cum sodalitate.
AEger corpore turbidaq; curâ
Mentis sollicitæ molestiarum,
Necnon mole laboris, & doloris
Vinclorum in cruce Christianitatis:
Horum victor it omnium, nec his plus,
Liber carcere corporis, gravatur:
Damni totius & mali levamen,
CHRISTO propiciante, nactus inter
Sacras cœlituum chori coronas,
IAN VINCENTIVS ille Raysky, athleta.

Th. M. Lym.

XV. Septem-

A. D. 1140. Adelheidis ducißa, uxor Sobeslai Senioris; principis Boëmiæ XXV; similiter deceßit, quum in vita superesset à morte mariti sui 30. hebdomades, & dies 5. Magno animi mœrore, quem ex coniugis sui obitu concepit, confecta esse & extincta scribitur: Fæmina lectißima, pia; pudicitia, virtuteq́ præstans. In templo VVyssegradensi quod est D. Petri, contigua marito suo dilectißimo, non sine populi lachrymis atq́ luctu sepelitur.

A. D. 1420. Pragenses soli cum suis stipendiarijs, hoc die, (is fuit Dominicus pòst Sanctæ Crucis Exaltationē) castrum VVyssegradum vallaverunt &c.

⁂ ris, incomparabili præstantium librorum dispendio, incredibiliq́ liberalium disciplinarum iacturâ, immaniter proh dolor, incensa fœdeq́ vastata est.

A. D. 920. Ludmilla, aliâs Lidomilla, coronatur martyrio, iussu Drahomiræ nurûs suæ, per insidias in arce sua, nomine Tetino, (quod non procul à Berona oppido est situm) à Thumano atq; Cumano percussoribus submißis, strangulata. Ab religione Christiana in Boëmiam invecta, anno Domini tum labente 26. Sunt, qui scribunt Sanctæ Ludmillæ temporibus in Ecclesia Boëmica integrum Cœnæ Domini usum viguisse &c. Et non est ignotum, quid de eadem re presbyter Bohuslaus Malinæus, in suo Chronico scriptum reliquerit &c.

A. D. 1254. Præmyslus, VVenceslai Regis Boëmiæ, unicus filius, postquam patre demortuo, ex Austria, quam ex dote uxoris poßidebat, rediisset, Pragæ, institutâ de adventu ipsius gratulatione, honorificè suscipitur.

A. D. 1526. Solimanus tyrannus Turcicus non multò antè cæso Christianorum exercitu, extinctoq; miserabiliter Ludovico rege, hoc die Budam nobilißimam citerioris Vngariæ civitatem, & antiquam regum Hungaricorũ sedem, per deditionem occupat atq; diripit. Hagecus. Cureus ad 14 eiusdem mensis hæc refert: alij ad 15. nonnulli ad 29. Augusti, quod in medio relinquimus.

ETEOSTICHON.

Grassante Vngaricas Turca victore per oras,
Fit præda cæcis regia Buda Getis. B. S. P.

Sub inidpsum tempus, & nobilis Mathiæ Corvini regis Pannoniæ, bibliotheca, plurimis optimorum autorum & scriptorum monumentis literatis, instructißima, à barba-

A. D. 1122. Vir Sacer Hermanus, doctrinæ lumine clarus Ter ſubijt quinis Octobris fata Calendis, nimirum Dominica (nocte) iam illuceſcente die, in feſto S. Lamperti Epiſcopi & martyris, cuius, dum vixit, feſtum devotiſsimè coluit: quia Traiectenſi vico, & ex eadem Lotharingiæ ortus fuit proſapiâ. Sedit annis XXII. menſes VI. diebus XVII. Coſ. Poſt hunc Meynhardus fit præſul in ordine nonus. Idem.

A. D. 1506. ☉. Philippus rex Hiſpaniarum, Dux Burgundiæ & Brabantiæ: Maximyliani eiuſdem nominis I. Cæſaris, filius: Caroli quinti, & Ferdinandi primi Romanorum Imperatorum parens: Maximyliani II. avus: Rudolfi II proavus &c. Eius mortem antegreſſa eſt flamma Cometæ.

A. D. 1547. ☉. Fridericus E. N. II. Dux Legnicenſis & Bregenſis, regis Georgij ex matre nepos. Vixit annos 70. Reliquit duos filios ſuperſtites: Fridericum tertium Legnicenſem, & Georgium Brægenſem, duces.

A. D. 761. Eclipsis Solis facta. Fritschius. Insecuta siccitas terræ, & fames.

A. D. 1310. Elizabetha, VVenceslavi eiusdem nominis II. Boëmiæ regis, filia, pòst Karoli quarti mater, ab Henrico Cæsare evocata, hoc die Praga egressa, Spiram (Germaniæ urbs ad Rhenum: quibusdam Pyri mons) versùs contendit, ad peragendas cum Ioanne sponso Duce Lucemburgensi, Henrici VII. Imperatoris Augusti, filio, nuptias: magno, frequente, splendideq; instructo Boëmicæ nobilitatis utriusq; sexus stipata comitatu &c. Franciscus. De his & suprà.

A. D. 1326. (Quidam hunc conflictum ad XVII. Kal. Aug. referunt) Fridericus Austriacus & Ludovicus Bavarus, in secessione electorum designati uterq; Romanorū Imperatores, facto prælio congrediuntur, superior pugnâ fit Ludovicus, cuius tum partes sequebatur Ioannes rex Boëmiæ &c. De eo pluribus Hagecus, Dubravius, Chronicon Aulæ Regiæ, item Lazius. tum & Tritemius, necnon Aventinus, qui & numerum cæsorum refert, & inauspicatum tempus fore Friderico, de prædictione Engelberti & Barptolomæi, mathematicorum, ait: quæ tamen hic, ut vana, vaticinia contempsisset. &c.

A. D. 1376. Duobus videlicet ante suam mortem annis Karolus IIII. decretum in hæreticos promulgat, ut aut ex norma verbi Divini per presbyteros corrigantur emendenturq;, aut, si omnino obstinati atq; insanabiles fuerint, flammis crementur &c. Id edictum extat in Hageco.

A. D. 1346. ⊖. Domina Agnes, mater Domini Zbynconis, de Hazenburg: Hanc Agnetem existimaverim (quod coniecturæ dandum) fuisse matrem Domini Zbynconis, qui & archiepiscopatum Pragensem gessit: vitaq; defunctus est A. D. 1411. annis nimirum 55. &c.

A. D. 1398. Magister Hieronymus Pragensis creatur Baccalaureus Academiæ Pragensis: discipulus, pòst & sodalis M. Ioannis Hussij, cuius & intercessione ad exteras scholas publicas studiorum causâ mittitur. Studuitq; Heidelbergæ ad Neccarum sive Nicrum, quæ est Palatinatus Rheni metropolis, Electorum sedes, tum Lutetiæ Parisiorum in Gallijs, necnon & Oxoniæ in Anglia.

A. D. 1490, VVladislavvus Boëmiæ rex: non ita multis à morte Mathiæ Corvini lapsis diebus; secundum fœdera, publicis etiam tabulis confirmata, quæ inter ipsum & Mathiam iam antè inita fuerant, inauguratur rex Pannoniæ: factum id Budæ, sed tamen super ea coronatione publicè est & Pragæ excitata impulsu campanarũ lætitia, decantato quoq; per templa hymno Ambros Augustiniano: Te Deum laudamus &c.

** A D. 1520. Apostemate percussus ⊖. Selimus, tyrannus Turcicus, ab Othomanno IX numero: estq; eo loci mortuus, ubi ante annos octo, cum Baiazete patre suo, conflixit, eumq;, quò sibi imperio cederet, adegit.*

A. D. 1281. ☉. Anna, mater Gutæ, VVences. I. Bohemiæ regis matre: Rudolphi Austriaci, eius nominis primi Romanorum Imperatoris Augusti, coniunx.

A. D. 1311. Brixinenses in Italia, ab Henrico VII. Roman. Imperatore, Ioannis patre; Karoli IV. avo; propter rebellionem obsidione cincti, deinceps fame coacti, deditionē ipsi faciunt. Supplices Cæsari facti, funesq; cervicibus gestantes, veniam culpæ, multorum procerū atq; nobilium utriusq; status virorum in præsentia, deprecantur, quibus, Henricus pro innata clementia, vitam donavit: & cætera; quæ in quodam manuscripto fusius describuntur. Cecidit in ea obsidione, fortiter dimicans, VVolframus, Imperatoris germanus frater.

A. D. 1410. Roberto (Ruperto) Imperatore vitâ functo, Electores imperij Iodocum Moraviæ Marchionem, virum (ut aiunt) nonagenarium, ei substiverunt: qui suæ electioni non plus, quàm sex menses superstes fuit. Hæc Vignierius ex Cuspiniano, qui Iodoci uxorem scribit fuisse N. reginam Vngariæ, ex qua nullam prolem genuisset.

A. D. 1527. Cygani (Quidam Maurorum; alij AEgyptiorum sobolem esse opinantur) pervagati Boëmiam, Pragam quoq; adeunt: atq; in Maiore urbe aliquandiu commorati, pòst Novam, tum & Minorem quoq; urbem Pragensem: magistratu eam rem dissimulante. lustrant &c. m. s.

A. D. 1562. Maximylianus Archidux Austriæ II. Ferdinandi filius: Philippi nepos: Maximyliani I. pronepos anno

anno pòst, quàm fuisset designatus rex Boëmiæ 13; cingitur de more, eiusdem regni Boëmici diademate &c.

ETEOSTICHON.

Tunc, rex, ornârunt sceptro, fuluaq; corona
Te Bœmi, lances Phœbus ut axe subit. D. C.

ALIVD.

Sancta pij Pragæ celebrant ubi festa Telonæ, (Matthæi)
Sceptra patris capiens, AEmyliane, tenes. I. R. Z.

A. D. 1575. Rudolphus E. N. II. P. F. Aug: inauguratur rex Boëmiæ,

Quidam sacerdos Aulicus tribus dictionibus, quas hi Anacreontei Th. M. continent investigavit,

ETEOSTICHON.

RVDoLphVs IMperator
AVgVstVs ô paternas
Opes gubernet hæres
Turcas ad edomandos.

Aliud.

Czechia te sceptri decorabat honore, Rodolphe,
Vt sol bis quinto presserat axe Libras. D. C.

Ejusdem Rudolphi mors hoc Etheosticho concluditur

Dux et Lux Fabiani seu Luce Rudolphus
Cæsareo genitus Sanguine Cæsar obit.

A. D. 1093. *Ecclipsis Solis vndenis facta Kalend is*
Octobris mensis, mansit fermè tribus horis:
Mors populos stravit, subita quos peste necauit.
MS. Hermanni Chr.

* De die est inter scriptores dissensio.

*A. D. 1109. * Svatopluk (Suatopulkum, Cromerus vocat) 23. Dux Boëmiæ noctu per insidias à Iaßkone (Ießkone) cognomento Tista (Cta Cosmæ) Toporio, qui à VVrssovicio fuit subornatus, perimitur. Atq; Dux, postquam (à sicario) sagittâ emissa lethaliter fuisset vulneratus, statim expirat. Cosmas. Cædis quoq; autor, subitò tumultu coorto, interficitur. Scriptores, inter quos & Hagecus, huius tam nefariæ cædis causam eam aßignant, quòd videlicet Svatoplukus VVerssouicensium arcem bello captam delevisset, & ipsos VVrssouicos, qui tum in Boëmia habebant sedes, è medio sustulisset. De his uberiùs tractant Dubravius, Cromerus, Cureus.*

A. D. 1264. Przemyslus Rex ab expeditione Hungarica reversus victor, Pragamq; urbem regiam suam ingressus cum gratulatione honorificè excipitur. Hagecus, Dubravius, Cuthenus.

A. D. 1317. ☉. illustris Princeps ac Domina, Domina Viola, aliâs Elizabetha, filia N. Ducis Teßinensis, conthoralis (uxor) Magnifici ac generosi Domini, Domini Petri de Rosenberg. MS.

A. D. 1415. Fridericus III, cognomento Pacificus, nascitur. Archidux Austriæ, Romanorum Imperator, Maximyliani I. pater, Caroli V & Ferdinandi Imperatoris

avus.

avus. Huius natalis diem annotant, Sambucus 20: A. Bakschaius 27. eiusdem mensis: quod in medio relinquimus.

A. D. 1453. Legati ordinum Regni Boëmiæ iter ingrediuntur pro adducendo Ladislao in Boëmiam &c.

A. D. 1505. Elizabeth regina Poloniæ sepelitur Cracoviæ. Fuit filia Alberti Ducis Austriæ: Romanorum Imperatoris, Vngariæ Boëmiæq; regis: soror Ladislai, mater verò VVladislavvi, item Iohannis Alberti, Alexandri, Sigismundi, similiter regum Poloniæ.

A. D. 1520. Pragæ admodum sæviente, multosq; è medio tollente, morbo populari, in Minoris urbis Pragensis ædibus proprijs excessit ex hac vita Victorinus Cornelius à VVssehrd, patriâ Chrudimensis: Academiæ Pragensis publicus professor: pòst Artium facultatis Decanus, deinceps & ad Tabulas incliti regni Boëmiæ Notarius. Vir erudita doctrinâ, tum & facundia carmineq; scribendo præstans. Synchronus, atq; etiam familiaris Bohuslavi Baronis ab Hasistein, & Iohannis SSlechtæ, secretarij Regij, & de insignibus communibus patruus, de quo illud est:

Prima Bohuslavus, Cornelius altera lux est:
Sidera nos alij, sed sine luce sumus.

Extant eius scripta quædam in operibus D. Hohuslavi Hasisteinij: à nostro Mite editis & adhuc pressis sup. Isidori episcopi quendam librũ ex Latino convertit in Boëmicum, quem typis excusum vidi. Constitutiones Regni Boëmiæ, hinc inde antiquitùs dispersas, adhibitâ certa

methodo, in unũ quaſi faſcem collegit, inq; ordinem memoriæ idoneum redegit: qui liber unà cum aliјs eius viri monumentis intra privatos parietes citra publicũ uſum deliteſcit.

A. D. 1558. Carolus V, inclitæ memoriæ, Romanorum Imperator Auguſtus, Archidux Auſtriæ: multorum regnorum Dominus, Θ. in cœnobio monachorum Hieronymianorum S. Iuſti, Toletanæ diœceſis. Imperavit annos 39. regnavit in Hiſpania, Sicilia & Sardinia annos 44. vixit annos 58. Ei ſuceßit Ferdinandus I. frater germanus: rex Vngariæ & Boëmiæ.

ETEOSTICHON.

Carlus Alexandro par auſis Quintus, agroſq;
Herculeo latè notus ad usq;, iacet. B. S.

A.D. 1562. Maria, Maximiliani II regis Boëmiæ coniunx Auguſta in fano D. Viti arcis Pragenſis, decoratur diademate Regni Boëmiæ: ritu ſolenni atq; ſplendido. Hoc ipſo die acti ad vivarium ultra arcem Pragenſem ludi equeſtres.

A. D. 1574. Magnificus ac generoſus Baro Boëmiæ, Dominus Adamus de Nova Domo, concelebrat nuptias cum generoſa virgine Catharina Comitiſſa à Montfort. De his nuptiјs Paulus Lucinus ſcripſit carmen epithalamion, quod extat.

XXIII. Sep.

A. D. 931. Dedicata in arce Pragensi, Sancti Viti Ecclesia, seu templum aut Basilica, quæ S. Viti, S. VVencelai & Adalberti nomine dici consuevit. Cosmas. Hagecus verò Kalendis Octobris id factum annotat.

A. D. 1253. Vt Cuthenus (Hagecus, & qui eum sequuntur, 23. Octobris. Cosmas & manu scripti hunc ipsum diem : sed annum 1256. nisi subsit mendum librarij.) VVenceslaus cognomento patrio Ottocarus : aliâs Monoculus: Θ. anno regni sui 24, & 8. mensium ut Cosmas (25. ut Hagecus) regali funere elatus & sepultus in cœnobio D. Francisci Maioris urbis, quod ipse extruxit. Apophthegma eius, quod creberrimè usurpabat : liberalibus omnia liberaliter affluere, annotavit in sua histori Dubravius.

A. D. 1277. Θ. Dominus VVitko de Rosumberch, filius Domini VVokonis &c. Marsalci regni Boëmiæ &c. primi fundatoris monasterij Altivadensis &c Man. scr.

A. D. 1306. Post VVenceslavvi E. N. III. cædem, celeberrima Pragæ ordinū regni agitur synodus, ubi Crußina à Dobeßio per iurgium inter ipsos exortum, est interemtus &c: Hagecus ex Pulkavva, qui prolixè hæc exponit.

A. D. 1466. Domazlicenses congreßi hoc die sunt cum Cruciferis Pontificijs, acerrimo utrinq; prælio commisso, ita quidem, ut rivi sanguinis ad præurbiū Domazlicense uberrimi profluerent, ab utraq; parte desiderati plurimi. Sed Cruciferis tum N. Dominus Tynahorsso-

viæ oppidi dabat receptum. Locus eius conflictûs, patriæ linguæ appellatione Křižowatice à Cruciferis etiamnunc cognomen obtinet, eius prælij & ad posteritatem transmisso monumento.

A. D. 1547, Sabbato post Matthæi ☉. Thomas Torvus, BrodæBohemus Baccalaureus Pragensis: deinceps civis & notarius Reipublicæ Zatecensis &c.

Eius hoc est cenotaphion.

Conditur hîc THOMAS TORVVS, cuî Zatecia urnā
Civi, sed cunas Broda Bohema tulit.
Commodus inprimis fuit ille Notarius illi,
Huîc at honorificus semper alumnus erit.
Qui Patriæ servit rectè, haud inglorius ævum
Exigit; & sua post fata superstes hic est.

Th. M. Lym:

A. D. 1565. ☉. Magister Matthæus Dacziczenus, eo cognomento à patria sua Daczicze, deducto: in Academia Pragensi publicus Philosophiæ professor. Sepultus Pragæ in æde, quod sacellum corporis Christi vocant.

Eius tumuli inscriptio est hæc.

Qui genus? unde domo hic? quæris? quæ vita? viator:
Cuius in hoc tumulo corpus & ossa cubant.
Nomine Matthæus: studio Pragensis: at urbe
Daczicius patria: vita peracta scholis.
Hausit & ingenuas, haustasq; hîc tradidit artes:
Tum vitæ absumpta est portio magna suæ.
Pòst vidit iuuenes Caroli schola summa docentem:
AEvum finit ubi mortuus ille suum.

Sic

Sic alijs lucens lychnus consumitur ipse.
Muneris & proprij sedulitate perit.
Contrivit rectè, qui sic contriverit æuum,
Ponat vt officium morte vocante suum. P. L.

A. D. 1576. Θ. Magister Iacobus Codicillus Tulechovinus à Tulechova, patriâ Sedlczanus: primùm professor & Medicus in Academia Pragensi, deinde civis ac protonotarius Reipublicæ in Nova urbe Pragensi.

Eius hoc est cenotaphion.

Tu quoq; nos linquens, Codicille Iacobe, præisti
Ad CHRISTVM, hîc qui dux, & tuus ardor erat.
Vivus ei aptâsti ludos, fora, templa, theatra,
Stirpe, & progenie, laude, fideq; tuâ,
Nunc ab eo in Patriam cœlestem mente receptus
Vivâ, mundanum despicis exilium.
Iam liber curis, & in ægro corpore, morbis
Gaudiâ, in optatâ pace, quietis habes.
Fœlix, ô verè felix, qui cernis, & audis,
Qualia non carnis sensibus umbra capit:
Corpore mortali sed mens suspirat amicta,
Quam capiti CHRRISTO membra iugata tenent.

ETEOSTICHON.

Lux ubi Mauricio currebat sacra Iacobus
Exhalat: virtus est, gravitasq; super.
B. S. P.

A. D. 1095. Tetra Solis ecclipsis facta est diei hora tertia, tantæq; exortæ inde tenebræ, ut esse homines noctem putârint. Herveldius. Insequuta ingens pestilentia & hominum & iumentorum. VVratislavus rex Boëmiæ primus (Ita Mar. Scotus & Liechtenavius scribunt: sed nostri annales, de huius regis morte diversum habent, quod suo loco referetur.) lapsus de equo, expiravit. Tritemius. Eodem anno & die draco visus est. Item Cometa circa nonas Octobris apparuit, & alia non pauca cœli ostenta, quæ idem Tritemius recenset.

A. D. 1532. iterum, ut priore anno, alius Cometa conspicitur, ab hoc die usq; ad 20. Novembris in Virgine, statim in coniunctione Martis & Solis in Leone, præcedens ortum Solis. Eventus, qui sunt insecuti, descripserunt eius temporis historici.

A. D. 1548. Maximylianus, Ferdinandi, tum Romanorum, Vngariæ Boëmiæq; regis filius primogenitus, ducit in matrimonium Mariam, Caroli V. Romann. Imperatoris P. F. Augusti filiam. Nuptiæ Vallidoleti (Toletum est Hispaniæ urbs regia.) apparatißimâ pompâ concelebratæ. &c.

ETEOSTICHON.

Visa, dies, fuit Octobris quæ nona Calendis,
Rex invicte, tuo claruit orta thoro. D. C.

A. D. 1566. Solymanus Turcorum tyrannus ad Segetum, (Segedunum eruditi nominant: est oppidum Hungariæ

garia ad Tibiscum flumen) quam oppugnavit, obijt. Mors eius tantisper, dum Segetum caperetur, copias Turcicas celata: quæ res maximum momentum ad id expugnandum attulisse est visa &c. Habetur de ea expugnatione narratio Latino sermone scripta, inq́ȝ nostratem lingvam conversa per Th. Mitem Lym. Idem quoqȝ Illustri Serino Comiti Nicolao à Turcis in expugnatione Segeti per vulnera pulchra pro patria, & cum patria, nec sine clade Turcc. occiso &c. cùm ãte aliquot ãnos p Imper. Maximylianum II. desponsata fuisset illi Eva Rosenbergica &c.

Istud Cœnotaphion scrib.

Nicoleos Serini Comes, Illyrijq́ȝ Toparcha,
Et Patriæ vindex cum Patria moritur,
Si tamen ille mori reputatur, quem pia virtus,
Morsq́ȝ immortalem liberat interitu.
Vivus erat pestis Turcarum, mortuus illis
Vltores CHRISTVM Christigenasq́ȝ feret:
Nicoleum imprimis non â virtute parentis
Belligeriq́ȝ viri degenerem sobolem.
Hi caput Herois tanti haud patiantur inultum:
Nam mentem nitidis reddidit ille polis.
Th. M. Lym.

A. D. 1362. Per hos dies est insequuta tanta praecedentis anni caritatem vilitas in Bohemia, ut unus corus Siliginis 6. obulis Bohemm: corus tritici 2 grossis Bohemicis veniret. ms.

A. D. 1442. ☉. Elissabetha, Ladislavvi, Hungariae & Boëmiae regis, mater. Vixit à morte mariti annos tres.

A. D. 1483. (De die scriptores variant, sed tamen, qui tum vixit, hunc adnotat, addita est hora diei 14.) In urbibus Pragensibus tumultuatum à plebe: senatores miserrimè crudelissimeq́ tractati: multis vita adempta, nec satis hoc, itum ad cœnobitas, virginesq́ vestales: pòst & ad Iudaeos &c. Cœnobia concussa, sacra supellex direpta. Iudaei expoliati. Hagecus, Cuthenus, Dubravius, mm. ss. plurimi. ἀφορμὴν eius turbationis Cuthenus (ex ms. vetustis) sacerdotibus & monachis eorumq́ inquietis atq́ turbidis ad populum concionibus acceptam ferendam esse, ut quidem tum ferebatur, notat: alij aliam atq́ aliā occasionem referunt. Id nos totum lectoris disquisitioni atq́ iudicio, positum in medio relinquimus. Eam tempestatem defectus corporis solaris antecessit.

A. D. 1495. Pestilentia, quae sub aestate per multas Boëmiae urbes & oppida fuit grassata, ad hoc tempus Pragam invadit atq́ corripit &c. De eo & alibi.

XXV. Sept.

A. D. 1254 Per hos dies, videlicet circa VVenceslai, pulli equorum nati sunt, signa videntibus prætendentes, ac si fuissent triennes. Eodem anno Præmyslus suscipit expeditionem in Prussiam, (Borussiam) quam, re bene gesta, ad Christianismum convertit, Regiumq; Montem (ubi hoc die Principis est sedes atq; Academia constituta) ibi extruit. Cosmas. Eodem anno nimia fuit siccitas, propter quam homines seminare non valuerunt in Augustum & Septembrem & medio Octobris. Idem Cosmas.

A. D. 1290. Fridericus II. Romanorum Imperator Augustus VVenceslao eiusdem nominis II Regi Boëmiæ eiusq; posteris, dato Privilegio, confirmat Pincernatûs Electoratûsq; dignitatem in Imperio. Eius diploma Cæsareum extat apud Hagecum. &c.

A. D. 1304. Albertus Cæsar Gutebergam oppidum, cingit obsidione; sed arte metallicorum, VVenceslaviq; regis, militis armati præsentiâ interveniente, inde, re infecta, discedit. Cuth. Hagecus. &c. Ea obsidio ab hac occasione enata scribitur, quòd Imperator postularet sibi à Boëmo cedi provincia Egranâ, Misniacâ; item Poloniâ: ad hæc ad sexenniũ permitti sibi argentifodinarũ Cuthnensium usum: quod cùm VVenceslaus denegasset, ad arma esse ventum.

A. D. 1357. ☉. Dominus Henzl (Iohannes,) pater Domini Nicolai de Hazmburg. Thomæus.

A. D. 1527. Ianus VVeyda à Ferdinando Boëmiæ rege cæsus &c. De quo historiæ Pannonicæ.

A. D. 1416. Et hoc & sequenti die in cœlo ad partem meridionalem, à multis conspecta est crux purpurea unà cum serpente cruento atq; gladio: quæ quidem crux pòst, sole vergente ad occasum, in ensem conversa esse scribitur: Cuthenus ex ms: Quid hæc præsagierint: certamina atq; motus bellici, quibus non solùm Boëmia, sed alia etiam regna sunt aliquot per annos continenter concussa, non obscurè docuerunt. Atq; idem portendebat pluvia illa, nixq; sangvinea &c. de qua suprà in Febr.

A. D. 1425. Posonij, Pannoniæ oppido: ☉. Sophia posterior uxor VVenceslavvi regis, filij Caroli IIII: ea fuit filia N. Ducis Bavariæ de Monaco : Ernesti verò, Ducis quoq; Bavariæ soror, cum à morte mariti sui vidua exegisset annos sex.

A. D. 1488. VVladislavvo E. N. II. rege Boëmiæ, Pragæ, ad hoc tempus, editum in lucem expressumq; typis Boëmicis est Chronicon Martinianum, quod & Chronicon Romanum sive de Imperatoribus Romanis quibusdã appellatur. Eius testimonio est aliquoties Karolus IV. in suis scriptis usus: Idq; exemplar nos & impressum & ms. habemus.

A. D. 1567. Reverendus vir & presbyter, Mathias, à patria cognominatus Lunæus, Artium liberalium Academiæ Pragensis Baccalaureus &c. piè placideq; ex hac vita emigravit in oppido Boëmiæ Nymburga, sive, ut vetustiores scribebant, Neunburga; ad Albim sito; ubi & humatus quiescit in Domino, Prædicator, pastor, atq; De-

canus

canus Zatecensis, atq; Nymburgensis Ecclesiarum vigilantissimus atq; fidelissimus. Pietate, virtute, eruditâ doctrinâ, ingenioq́; & iudicio præstans: Is, non pauca ad posteritatem transmisit monumenta, per quæ & multo- maximā in nostra patria partem concionatorum erudijt. Illustri Georgio Duci Ascaniæ non ignotus: quod ex ipsius Principis libris expressis cognoscere est.

ETEOSTICHON.

Non obit, hocce at abit, Lunæus ab orbe Mathias.
Ac colit ætheriæ regna beata plagæ. Pr. L.

A. D. 1095 Ardores cœli & Chasmata: de quibus sic Cosmas: aquilonaris plaga per multas noctes apparuit rubicunda. Plura de his Liechtenavius.

A. D. 1270 (Quidam MS. habent ann. D. 1271 Sed nos Cosmam & A. R. sequimur) Michaële Palæologo, Orientis: Interregno occidentis Imperij: Ludovico Divo, Franciæ: Alphonso, Hispaniæ: Bela quarta Hungariæ: Boleslavo Pudico Poloniæ, regibus Christianis: nascitur VVenceslaus eiusdem nominis secundus, & in ordine sextus rex Boëmiæ, filius Præmysli Ottocari regis, susceptus ex Cunigunda coniuge, Rotislavi, Bulgariæ regis, filia. Cosmas. Cumq; in profesto D. Venceslai, martyris, Ducis atq; Patroni Boëmiæ in lucem ederetur, de consilio iudicioq; parentum factum est, ut & VVenceslavi nomen in sacro baptismate sortiretur. Instructum à rege parente epulum splendidum &c.

A. D. 1292. VVenceslaus secundus Rex Boëmiæ ex Cracovia venit in Zyradiam, & hoc die ipsum oppidum expugnavit, turbatores pacis, ipsumq; Loketkonem cum fratre suo captivatis, suis legibus mancipavit, pòst, ibi reformato statu: ad propria redijt victor. A. R.

A. D. 1365. Transfertur, Pragamq; ex Agauno (Agaunum in Helvetia Alpinum oppidum: vulgò S. Mauricij) infertur corpus D. Sigismundi, Burgundiæ regis & martyris &c. De eodem supra quoq;.

A. D. 1385. (Quidam: 1386.) Cometes visus &c. Meyerus.

A. D. 1402. Sub id tempus est Cometa (Apud quosdam ut de anno ita & die variatur) visus, Rex Boëmiæ Venceslaus, Procopius item Marchio Moraviæ capti: Sigismundus in Boëmia suo cum milite tumultuatur &c. Ibidem sub Novembrem flatus vehementissimi atq; impetuosissimi: Hussus concionatur: Dogma Viglefianum in Boëmiam invectum &c.

A. D. 1409. Venceslaus Karoli quarti filius, Romanorum atq; Boëmiæq́; rex, latâ sententia, decernit, Nationem Boëmicam, hoc est, Magistros Academiæ Pragensis professores, tres, quas vocant voces (tria suffragia) exteras verò nationes (quæ tum erant Saxonica, Bavarica, Polonica) tantummodo quartam vocem in publicis magistratuum collationibus, honoribus, dignitatibus usurpare debere, iuxta donationem, ritum, & institutum Academiæ Parisiensis: quæ magna ex parte fuit ἀφορμὴ, secessionis exterorum ex universitate studij Pragensis &c. Cuthenus, Hagecus, ÆEneas Sylvius, Cochlæus.

A. D. 1420. Eo tempore cum Pragenses vallassent VVissegradum feriâ sexta ante VVenceslai ex arce Pragensi magnum tormentum bellicum exonerarunt, eoq́; ictu interfecerunt unum virum: quinq; mulieres in circo Antiquæ urbis Pragensis, quarum una fuit prægnans, ex cuius alvo infans evolutus est vivus: baptissatur. M. L.

A. D. 1438. Lues contagiosa ad hos dies pervagatur Boëmiam, quæ ultra semestre durasse scribitur, sublatus tum morte inter cæteros est presbyter Ambrosius, prædicator Ecclesiæ Hradecensis ad Albim &c. De quo alibi.

A. D.

A. D. 1528. Ferdinandus rex, ex Boëmia profecturus in Austriam, duos in eodem regno seu præsides seu vicarios constituit: Ioannem Pflugium ex Procerum, & Iaroslaum VVreßovicium &c. ex Equestrium ordine viros nobiles. Hagecus mſ.

A. D. 1529. Uno die : : : : mortui sunt Gurimæ, & unà sepulti, Venceslaus Kolin Zdiarenus, & Andreas Chyba: hic M. Ioannis Fortij, Hebrææ & Chaldææ lingg. periti, pater: ille verò M. Matthæi Collini &c.

Eorum sepulchri inscriptio talis.

Mutuus ante diem summum quos iunxerat ardor,
Nunc etiam cassos lumine, fata ligant.
Hoc tumulo Andreas Chyba, Venceslausq; Zdarenus
Conduntur, simplex & tenet urna duos.
Qualis uterq; fuit, non est memorare necesse,
Est patria, est natus testis utriq; suus.
CHRISTE salus Mundi, requiem largire beatam
Ambobus, fuerat cultor uterq; tuus. M. C.

A. D. 1582. Hoc mense (diem cum alijs adscribit D. Cr. .1 Lib: Epitaphh: Zatecensium) peste sunt extincti Zacæ V. literati cives, & Pragen: Acad. Magg. Martinus Homelius à Prochovva, Primas: duo fratres Strialij, Ioannes & Iacobus à Pomnauß: Iacobus Strabo, Georgius Sußilius & 6. Rector Scholæ, Ioannes Andreæ Sedelczanus. &c.

XXVIII. Septem.

A. D. 929. Vt est in Cosma (si non inest mendum: & facilis est notæ quatuor in novem conversio) Sanctus VVenceslaus eiusdem nominis I. Dux Boëmiæ (XI) primus fundator Ecclesiæ Pragensis: fraterna fraude martyrizatus Boleslavv in urbe, intrat perpetuam cœli fœliciter aulam, anno ætatis 29. A professione religionis Christianæ, quam Boëmia suscepit, anno 80.

A. D. 1029. Pestilentia invasit atq; divexavit Boëmiam: homines correpri dyssenteriâ, ex nimio pomorum, quorum hoc anno fuit proventus uberrimus, esu conciliata.

Autumni fructus, caveas, ne sit tibi luctus.

A. D. 1092. Cosmâ præsule Pragensis Ecclesiæ Brzetislavus sub ipso sui Ducatus exordio omnes magos, divinos, aruspices, sortilegos eiecit ex Boëmia. Ea enim tempestate adhuc extiterunt in eodem Boëmiæ regno plurimi, qui & impios ethnicorum ritus, & magiam simul exercebant: adhæc, de institutione paganica, simulacris ligneis nota faciebant. Id igitur ne imposterum fieret, hoc die hic Princeps promulgato edicto, & pœna adiuncta. cavit: unius autem veriq; Dei cultum à suis subditis exerceri mandavit. Pulkavva, Cuthenus. Superstitiones ethnicas prolixè persequitur hoc in loco Hagecus.

*A. D. 1110. * Sobieslavus, VVladislavi, minor natu frater, cum Boëmiæ principatum affectaret, copijs Polonicis adiutus atq; munitus, incursum facit in Boëmiam:*

* Plerię; de die variant.

ubi ad fluvium Trutnovv Poloni sunt à Boëmis cæsi fugatiq́; Potißimùm autem Theodorici, vulgò Dietryskonis, eo in conflictu virtus enituit: qui scribitur esse stirps Baronum à SSelenberg. Cuthenus. DN. Rosenbergenses in Boëmia ad famam crevêre. idem Cuthenus. De hoc prælio copiosiùs scribit Hagecus & Dubravius ex Cosma & Pulkavva.

A. D. 1138. Sobeslavus senior eiusdem nominis primus, in serie 25 Dux Boëmiæ, filiam suam, nomine Mariam legitimo coniugio iunxit uxorem Leopoldo, Marchione Austriæ. Nuptiarum solennia sunt in Moravia Olomucij celebrata. Pulkavva.

A. D. 1213. In Hungaria Hertrudis (Gertrudis) Regina, soror S. Hedvigis miserabiliter à Barone quodam Hungariæ interfecta. Cureus.

A. D. 1320. Ludovicus Cæsar, cuius tum fuit commilito Ioannes rex Boëmiæ, Fridericum, electum à quibusdam Septemviris Imperij, Romanorum Cæsarem cepit. Eo in conflictu occubuit fortiter strenueq́; pugnans N. heros de Zerotina: & Ioannes rex multa præclaraq́; facinora edidit, ut scribunt Cuthenus, Hagecus, Dubravius, item Auentinus, qui ait Ioannem regem cum suo socero (genero) Bavaro locum in principijs sumpsisse ob honorem D. VVenceslai, cuius tum festus erat dies; præterea captos ibidem Fridericum (nostri Henricum) Austrium, & optimates ad 1160. Hæc Aventinus in historia Bavarica: ubi annus 1322. notatur. Est & de die inter quosdam discrepantia.

A. D.

A. D. 1361. Cuspinianus & aliquot alij, ipsum sequuti, hunc diem annotant natalem VVenceslao, Caroli IIII Imperatoris, filio: contra consentientem nostrorum annalium fidem atq; authoritatem: qua de re nos copiosiùs suprà in Martio,

A. D. 1411. Θ. Dyetel, pater, fratris Iohannis, & frater Venceslai de Zbiroh, fundator in Alba. Thomæus.

A. D. 1396. * Sigismundus Vngariæ rex, insigni acerbaq; clade à Baiazete Turcorum tyranno victus ad Nicopolim, succubuit. Est ibidem inter cæteros captus Iohannes Niuernensis, Philippi Audacis, Burgundi ducis, filius: Ioannis regis Boëmiæ, nepos &c. P. Massonus: Nicolaus Vignierius & Iac. Meyer. Et sunt penes nos VVenceslai Boëmiæ regis literæ, ex quibus videre est ipsum pro cognato suo ex captivitate Turcica liberando non parum laborasse.

* quidam 1395.

* m.f.28. Septembr. A. D. 1134. * Publicè in Concilio, quod Pragæ fuit habitum, declaratur episcopus numero XI. Pragensis Ecclesiæ, Ioannes Præpositus VVyssegradensis: in persona cunctos præcellens, omnibus affabiliter placens, & in cunctis moribus acceptus hominibus. Cosmas.

A. D. 1139. Silvester Abbas Sazaviensis monasterij, voluntate VVladislavi Ducis Boëmiæ designatur VI Pragensis Ecclesiæ episcopus: verùm tamen eius electio brevi duravit. Cosm.

A. D. 1317. Ad hos dies maxima hominum pestilentia in Gallia atq; Flandria grassari cœpit. Opatovicensis. De his uberius Massonus & Meyerus. In Boëmia quoq; à plerisq; domesticis tumultuatum &c. Et, quoniam fruges hybernæ frigoris violentia admodum fuissent læsæ, ex annonæ caritate fames gravissima, famem pòst & pestis est consecuta.

A. D. 1330. (Hunc diem Hagecus notat: alij præcedentem, nisi quis illum de sepultura accipiat, quod lectoris disquisitioni relinquimus. Sunt &, qui habent annum 1311. Verum nos plurium consensionem sequimur.) ☉. in arce VVyssegradensi Pragæ, Elizabetha, filia VVincestavi, eiusdem nominis secundi, in serie sexti regis Boëmiæ: Ioannis Comitis Lucemburgensis pòst & regis, uxor prima Karoli Quarti mater: ☉. marito degente in Italia. Vita Caroli quarti. Sepelitur in cœnobio Aulæ regiæ, patri suo contigua, fœmina pia, proba, honesta, benefica, inq; personas miserabiles misericors. Exegit cum

coniuge

coniuge ſuo annos 20. Genuit filios tres: filias quatuor: quorum liberorum nomina extant apud Hagecum.

A. D. 1348. Θ. Dominus Hinco, dictus Berka. Thomæus.

A. D. 1378. Die D. Michaëlis archangeli, naſcitur Karolo quarto ex Eliſabetha, quarta coniuge, filia, nomine Margaretha. Hagecus.

A. D. 1419. (Quidam ad 20. pleriq; ad 40. millia eorū fuiſſe ferebant.) A morte VVenceſlavi regis in interregno Boëmiæ, maxima origo Taboritarū utriusq; ſexus hominū multitudo per hos dies confluxit in quandam ampliſsimā planiciem, quā populariter Křížky vocabant, inter Pragam atq; Beneſſoviam oppidum, ſitam; præſentibus nonnullis ſacerdotibus, interq; eos veluti anteſignano exiſtente Magiſtro VVenceſlao Coranda, prædicatore Pilſnenſi. Eo in conventu inſtitutæ preces publicæ, et ſacræ Euchariſtiæ ſub utraq; communicatio. Scribunt eidem conventui maximam fuiſse inde datam occaſionem, quòd ij, qui integram cœnam Domini ſumebant, in urbibus à templis fuiſſent excluſi &c. Arma eorum ſub initium fuerant tantummodo bacilli, inſtar peregrinorum &c.

A. D. 1531. Θ. Benedictus, peritus & ingenioſus lapicida, ſeu latomus, is nimirum, qui & Palaciū arcis Pragenſis (quod ſub Carolo quarto reparatum) & eſt anno 1502 perfectum, & fabricam templi Lunenſis, incendio cum oppido conſumti, denovo extruxit. m. ſ.

A. D. 420. anno mundi 4382. Hanc vitam mortalem cum immortali commutavit D. Hieronymus, patriâ Stridonensis: trium linguarum cognitione clariss. Henetus, seu Slavus (ut eum appellat M. Hussius) verè gloriosus. Fuitq; Stridon, quomodo ait Nauclerus, Dalmatiæ quondam, Pannoniæq; in finibus oppidum: ad Illyrim flumen &c. P. Iouius scriptum reliquit, D. Hieronymum multa ex ipsis sacrorum Bibliorum fontibus convertisse transtulisseq; in linguā Slavinam sive Illyricam, quæ nostræ Boëmiæ procreatrix & quasi parens existit, atq; omnium longè latissima esse perhibetur. De quo prolixè in sua historia libro primo M. Cromerus, necnon & Iohannes præsul Olomucensis, & N. in præfatione Grāmaticæ polyglottæ hoc anno 1584. Viteberga impressæ cum Biblijs Slavinorum agunt &c.

A. D. 1143. Dedicatio monasterij (basilicæ) Sanctorum, Viti, VVenceslai, Adalberti, à tribus Episcopis; Othone Pragense, Henrico Holomucense, & Egilberto Babenpergensi. Cosmas. Eodem anno subiungit Cosmas, Guido Cardinalis, Legatus apostolicus, separavit sacerdotes ab uxoribus, cum quibus cohabitabant manifestè & liberè. Idem legatus, suspendit ab officio Sylvestrum Zazavensis monasterij abbatem. Cosmas, qui & causam eius exautorationis assignat.

A. D. 1289. ☉. Lescus Niger, Dux Cracoviæ & Sandomiriæ: eius uxor fuit Gryfina, filia Roscislai, regis Bulgarorum sive Russorum: soror Cunbutæ seu Cunigundis

uxoris

uxoris quondam Ottogari, matris VVenceslai secundi Boëmiæ regis, fuitq́; VVenceslaus ex sorore nepos Grisinæ, quæ post sui mariti obitum, ex Polonia Pragam sese ad suos contulit, ubi vitam finivit, sepulta in D.Francisci penes Cunhutam sororem suam.

A. D. 1402. Sub exitum Septembris Cometa fulsit. sequebatur solem, iubâ sive crinibus eius ad 8 hebdomades accrescentibus. m. s. Sequenti anno magnus tumultus in Boëmia. &c. Hagecus.

A. D. 1484. VVladislavus Rex anno regni tredecimo, ex regia sua, quæ fuit in Maiore urbe Pragensi sita, commigrat in arcem Pragensem, qui quondam & mons D. VVenceslavi est nuncupatus: Duobus deinceps exactis mensibus, & Tabulæ constitutionum atq; legum, aliaq; vetustißima monumenta, regniq; Boëmiæ, cimelia (clenodia vulgo vocant) iussu regali eandem in arcem deportantur. Causam eidem emigrationi homo quidam levis suâ effreni petulantiâ, atq; proterviâ præbuisse fertur: quod Hagecus pluribus persequitur.

Re-

October.

Habet dies XXXI. Luna verò habet XXX. Dies habet horas X. Nox verò XIIII.

I. Octobr. *Kal. VIIIbr.*

Anno Domini 930. (Hunc diem Hagecus notat. Cosmas & nonnulli ms. X. Kal. Octobr:) Petente Boleslavvo Sevo, Duce Boëmiæ, Basilica D. Viti, Pragensis metropolis, quam D. VVenceslavvs extruxit, consecratur dicaturq; hoc die per Michaëlem Præsulem Ratisbonensem: Hunc Michaëlem Aventinus Tutonē vocat, qui & VVenceslavvm Ducem sibi in filium adoptavisse scribitur.

A. D. 1154. Tetra eclipsis solis, cuius corpus per integrum diem obscuratum fuisse scribitur.

A. D. 1156. Circa solem tres circuli sunt visi, iiq; trium penè horarum spacio durârunt. Hist: Magd:

A. D. 1257. Consummatum est opus imaginum quarundam lapidearum, quæ erectæ sunt in foro Civitatis Pragensis, ob recordationem & memoriam perpetuam VVenceslai regis Boëmiæ. Paralip: quarum tamen hodie nulla (quod quidem sciam) extant vestigia aut indicia.

A. D. 1422. (& de anno & de die variatur) Zatecium oppidum obsidione cingitur à Misnensis Ducis & Herois Plavensis exercitu: sed, conserto ad hunc diem prælio, pars adversariorum cæduntur. De quo pluribus

Hagecus,

Hagecus, qui & publicâ furca ab ijsdem militibus dirutâ, domum eos rediisse infecta re inglorios scribit.

A. D. 1458. Pius Pontifex Romanus, Georgium Podiebradium, eodem anno renunciatum Boëmiæ regem, evocat ad concilium Ecclesiasticum, quod tum Mantuæ in Italia celebrabatur, eundem & ad suppetias unà cum cæteris Christianorum Reipublicæ regibus Christianis adversus Turcam ferendas excitat. Diploma in historia Hussitica I. Cochlæi extat, quæ & regis Boëmiæ à pietate simul, atq; potentia &c. commendationem continet.

A. D. 1484. VVladislaus Rex creat Senatum in Vrbibus Pragensibus.

A. D. 1542. (Pestilentia Pragæ magnoperè grassante) vitâ functus est nobilis & doctus vir Iohannes Orpheus à Choterina Zatecensis: professor Academiæ Pragensis: Sepultus in sacello Bethlehem. Scripsit complura carmine non inerudito: quorum quædam typis excusa extant in Farraginibus Boëmorum studiosorum Poëtices, &c.

Illius hoc est Cenotaphion.

Conditur hoc tumulo quondam Boiemicus Orpheus,
 Qui Zatecenâ natus in urbe fuit.
Huic artem livens invidit Apollo canendi,
 Hinc illum telo perculit ipse suo.
CHRISTE, tuum vatem sanctis adiunge poëtis,
 Ipsum cumq; suâ transfer ad astra lyrâ. Matt: Col

ETEOSTICHON.

Præbuit Orphæo Zaca cunas, Praga sepulchrum,
 Clarus ubi vates, atq; professor erat I. R. Z.

 II. Octobr:

A. D. 1096. Per hosce dies Cometes apparuit ad plagã meridionalem, &c: sequuta est pestilentia hominum: itẽ maxima strages pecudum, pecorum, auium quoq; altiliũ. Hagecus.

A. D. 1483. Ad hos & sequentes dies lues contagiosa grassabatur in quædam Boëmiæ oppida, utpote Chrudimium, ReginæHradecium, Coloniam ad Albim, Cutenbergam; per eadem tempora & in districtu Pelznensi vigebat: Plznæ videlicet, Tustæ, Mysæ &c. Verùm Pragensibus in urbibus sævire demum sub æstatem cœpit, & ferè ad exitum VIIbris ibidem duravit: pòst etiam eos, de quibus loquimur, districtus pervagata. &c.

A. D. 1573. Piè in Domino ex hac vita emigravit presbyter Adamus HermannoMestecenus, inter alias & Tustensis Ecclesiæ pastor & Decanus: Sepultus Pragæ.

ETEOSTICHON,

Octobris lux est per terras altera sparsa,
Mestecius cœlos, regna beata capit. I. R. Z.

A. D. 1241. Circa meridiem tanta fuit solis obscuratio, ut homines crepusculi esse tempus putaverint. Quodda ms. sic: Sol maximam eclipsin patiebatur, ita quidem, ut & philosophi & astrologi mirarentur. hæc ms. Eodem anno Tartari (veteribus Scythæ) Poloniam, Pannoniam, Silesiam, vastabant &c. Colomano Vngariæ rege & Henrico Barbato, Silesiæ Duce in conflictu interemtis. Hagecus præterea annotat, sequente anno, Austriacorū, quòd Moraviam infestassent, à Regis Boëmiæ exercitu ad quinque millia propè Schænfeldiam fuisse cæsa, fugataq;.

A. D. 1453. Ladislaus (exteris minus rectè VVladislaus) Rex Vngariæ & Boëmiæ ingressus est hoc die Iglaviā, profecturus Pragam, ad capessenda regni Boëmiæ gubernacula.

A. D. 1539. Feriâ sextâ pridie Francisci obijt illustris Heros, ac Dominus Iodocus sive Iustus (vulgò Iobstus) à Rosis, vetustâ inclitaq; gente;

C. 1320. *A. D. 1219. Ludovicus Cæsar auxiliari Ioannis regis milite, Friderici Austriaci, qui & ipse à quibusdam Electoribus designatus fuit Romanorum Imperator, fudit copias. Præclara in eo conflictu enituit virtus primùm ipsius regis: deinde N. Plichtæ à Zerotina, at hic unus oppressus multitudine in se pugnantium, strenuè tamen in hostem dimicans, multosq; cædens, fortiter occubuit. Simile fatum subijt & Vilhelmus Hasenbergius, heros fortissimus: cuius præclarissimæ virtutes descriptæ sunt in quadam cantione, quæ eo tempore fuit in ore hominum celeberrima. Eam hîc non iudicavimus, ut adderetur, esse usq; adeò necessarium, quum vernaculo sermone sit scripta.*

A. D. 1420. Exercitus Vngaricus Sigismundi Imperatoris plures villas (pagos) cū pluribus mulieribus & pueris in confinio Boleslaviensi combusserunt &c. M. L.

A. D. 1421. Sigismundus Cæsar Augustus, & Rex Vngariæ, Elisabetham, unicam ex Barbara Cilia uxore susceptam filiam suam, Alberto duci Austriæ elocat in matrimonium, eo potissimum nomine ijs nuptijs contractis (quemadmodum scriptores nostri notant) ut idem Dux suo cum robore militum socero adversus Boëmos hæreticos præsto adsit. M. Laurentius.

A. D. 1433. Ad hos dies apparuit alius Cometes, sed non ità lucidus, ut prior, ad tres hebdomadas conspiciebatur: Consecuta eum est mortalium pestilentia, atq; strages etiam equorum quibusdam in locis.

A. D. 1441. Frequentissima presbyterorum, Ecclesia-

starum,

starum, sacerdotumq; habita in oppido Montium Cuthẽsium synodus, Ibi M. Iohan: Rokyczano, iamantè designato Pragensi Archiepiscopó, promittunt in omni bono, honesto, & licito, (ut tum loquebantur) obedientiam. Articuli seu capita doctrinæ uno 22 decreti sunt & scripto (quod habemus) comprehensi: cuius tale est exordium.

In Iesu Christi nomine &c.

De his & hîc & alibi.

A. D. 1504. Astricta est mihi (Iohanni Slechtæ) vinculo coniugali Magdalena ex Strassnicz, coniunx charissima, auspice Christo DEO. I. SS. m p:

A. D. 1523. Magnificus Dominus Petrus à Rosis, non multò antè mortuus, honorifica atq; celebri funeris pompâ elatus, in conditorijs suorũ maiorũ sepultus humatur.

A. D. 1555. Ordines regni Boëmiæ, sub utraq; specie communicantes, in Domo Karolina habito conventu publico; de consensu regiæ Maiestatis, legerunt Senatores Consistorij seu Iudicij Ecclesiastici Pragensis &c.

A. D. 1577. Θ. Gedeon Speratus, Civis Chrudimenus &c.

* Sed maiore sui parte superstes agit.
Corpore decessit, quod erat mortale: perenni
Mente perennabit: proleq; prolis, avus.
Vivet in æthereâ cum CHRISTO sede: ministros
Hic facit esse suos, est ubi lenis Herus.
Th. M. Lym.

VI. Octobr.

A. D. 1265. Przemyſl exſiſtens in Vngaria, quodam in tentorio ſuo fecit milites quatuor Marchiones & quintum Ducem Poloniæ: præter alios nobiles nobiliter decoratos: cum quibus & exercuit ludos militares. Eodem die excepit menſa regem Vngariæ ſeniorem cum diverſis principibus, ijs gratioſè miniſtrans & abundè. Paralipp:

A. D. 1241. facta eſt poſt meridiem Eclipſis Solis: Coſmas. Lati:

A. D. 1305. (Sunt, qui ad 3. Non. Septembris, alij ad 6. Idus Februarij hæc referunt: niſi iſta de deſponſatione cætera de nuptijs fortaſſe intelligantur. Nam & Hagecus annotat annum ſequentem) VVenceſlaus E. N. III. anno ætatis ſuæ XVII. contraxit matrimonium cũ Viola filia Moſchæ Ducis de Teſchin, Hæc puella nomine mutato, vocata eſt Elizabeth A. R. Ac poſt huius regis occasũ, Magnifico Domino D. Petro Roſenſi connupſit.

A. D. 1520. Peſte Pragæ vigente, ⊖. M. Paulus cognomento gentili Przibram, patriâ Pragenſis, eiuſdem Academiæ profeſſor publicus, mathematicus excellens. Deceßit, ♄ cum ♂ oppoſitione, quam ſemper reformidârat. Hæc M. SSudus mp: annotatum reliquit.

A. D. 1582. ⊖. Rocheſanæ Civis & multt. ann. Primas Venceſlaus Havvelichius al. Havvlik. M. Bartholomæi, pater: cui in gratiam illius, hoc epitaphion F.

Vir gravis & ſolers, Rocheſanæ civis, alumnus,
Et primas Havvlik Venceſilaus obit:
Nimirum graviter proſtratus febre malignâ,

A. D. 1212. Fridericus, Henrici filius, Romanorum Imperator Augustus Præmyslo Boëmiæ regi elargitur diploma, quo dat potestatem ordinibus regni Boëmiæ, designandi sibi libera electione quem vellent Boëmiæ regem citra ullam Romanorum Imperatoris interpellationem. In eodem privilegio eius tam augustæ atq; munificæ donationis disertè causa exprimitur, ea nimirum, quòd rex Boëmiæ, declarationi huius Imperatoris affuisset atq; adstitisset.

A. D. 1289. VVenceslao E. N. II. Boëmiæ regi, cùm ageret annum 18, nati sunt gemini, VVenceslaus & Agnes ex Gutha seu Iutha, seu Iuditha uxore, filia Rudol; Cæsaris. ms.

A. D. 1424. Iohannes à Trosnovva, aliâs Zizka, à calice, cum à pacificatione, quam non multo antè Pragensibus constituit, ex Boëmia comitatus Pragensium commilitio in Moraviam, indeq; Vngariam ad Sigismudi subditos infestandos suscipere expeditionem decreuissent, & iam ad Przibislaviam appulissent, in gravem ibidem morbum, (cuius fortaßis semina ex lue contagiosa, quæ tū per Boëmiam grassabatur, hausit) incidit, nec multò pòst eodem loci è vita excedit &c: ut infrà dicetur.

A. D. 1502. VVladislavus Vngariæ Boëmiæq; rex, nexu matrimonij, quo se cum Beatrice regina constrinxisse dicebatur, Pontificis Maximi authoritate solutus, cum Anna de Candale Vasconum, quæ illustris est in Gallijs familia, solenni pompa nuptias Budæ celebravit. Crom:

De

A. D. 1095. Circa nonas Octobris m. (anno videlicet antegrediente expeditionem in Palæstinam) apparuit Cometes ad plagam meridionalem ſtans, ſuumq́ȝ ſplendorem in obliquum, gladij more, protendens. Tritemius in Chron: mon: Hirſchaugienſis: ubi & plura prodigia recenſet.

A. D. 1345. fuit ſolis deliquium circa ortum ſolis: in Libra. Eodem anno & menſe, & Luna eſt paſſa eclipſin &c. Subdit idem Franciſcus: Vnde ſequebatur, quod dictum Hermetis haberet hîc locum, qui ait: Quando ambo luminaria in uno menſe eclipſantur, pòſt ſequentur multa incommoda & mala in hoc mundo, hæc ille.

* De Anna Candala plura ſcribit R. Gagvinus, in hiſtoria Gallica.

A. D. Sancto VVenceſlavianum pactum, inter ordines Regni Boëmiæ initum anno interregni poſt obitū VVladiſlavvi, ſecundo. &c. De eo plura in Conſtitutionibus regni Boëmiæ & apud Hagecum.

A. D. 875. Karolus senior, rex Italiæ & Galliæ à Ludovico in pago Megense nomine Ripuariæ vincitur &c. Paulò pòst tres fratres, armis positis, regnum paternum inter se diviserunt &c: Quorum Carolomannus, Bavariam, Pannoniam, Carnutum (fortè Carinthiam) & regna Slavorum Bohemiensium tenuit. &c: hæc Marianus Scotus, quem, qui volet, legat: hæc .n. ille fusiùs persequitur.

A. D. 1030. Quoddam monstrum, ad similitudinem serpentis, uno momento, scilicet circa occasum solis visum est uolare per Boëmiam: aliaq; loca. Cosmas. Posthæc visum est & aliud signum nimis lucidum matutinali hora. Idem.

A. D. 1100. * Sobieslaus Iunior frater VVladislavvi invadit cum Polono Boëmiam, sed funduntur à VVladislao duce. Brevvn: & Hagecus fusè.

* quidam hæc ad Kalend: Ianuarias referunt.

A. D. 1512. Per hos dies, rosa, vinum, mali &c. florent, eodem tempore nonulli fraga, quidam & mâla non immatura carpebant.

A. D. 1543. Tachovva iam septima vice incendio vastatur: quod hoc eteosticho comprehenditur.

Vix templis atq; arce leves fugientibus ignes,
Octavo Octobris Tachovva tristè ruit. S. S.

A. D. 1548. ⊖. Dominus Iohannes, à Pernestein: eo tempore fuit hiems dura, acris, intensaq; frigore. m s.

A. D. 1267. Naturæ concessit Otto Brandeburgensis, gener Præmysli Ottogari Boëmiæ regis (eius enim filiam Margaritham habuit in uxorem) sepultus (si non est in ea voce mendum). Strspergi apud prædicatores in choro (ad summam aram) monasterij, quod ipse fundavit: funeri, honorificè instructo, multis Archiepiscopis, Episcopis præsentibus. Pulk.

* De die variant.

A. D. 1319. * ⊙. strenuus miles Dominus VVilhelmus de VValdek, nepos primi fundatoris, in medio Chori sepultus. Thomæus. Hagecus verò scribit huius Baronis, (posteaquam in conflictu, streuuè rem agens, occubuisset (corpus sub VValdecio in Insula monasterioq; Diuæ virginis Mariæ, aliâs D. Benignæ fuisse terræ mandatum &c: Quod disquirendum lectori relinquimus.

A. D. 1368. Primus Decanus Facultatis artium in Vniversitate studij Pragensis fuit M. Henricus de Nanexen aliâs de Embek. id actum est anno à prima eiusdem Academiæ erectione, 21.

A. D. 1479. Synodus ordinum regni Boëmiæ à VVladislavo rege coacta celebrataq; Pragæ: ubi inter cætera regni negocia, veniâ facti petitâ, regi reconciliati sunt ij, qui ex corpore Boëmiæ antea Mathiæ Corvini regis Pannoniæ partes fuerunt secuti. &c. Leguntur ibidem & explicantur ea, quæ vocant, compactata, id potissimùm caput, videlicet Boëmos sub utraq; specie Cœnam Domini sumentes, non esse hæreticos &c. Cuius causâ & armis impetebantur. &c.

A. D. 995. Quinq; fratres Sancti Adalberti in templo S. Bonifacij martyris ſunt hoc die ſepulti. Interfecti autem fuerunt in urbe Libicia, ab Ethnicis incenſa, peremptis ibi etiam maſculo & fœmina uſq; ad vnum: Fratribus Adalberti ante ipſum altare decollatis cum omni plebe. Sunt autem eorum nomina hæc: Sobebor, Pobroſlavv, Porey (Borzey) Cazlavv. ex Coſ: Id martyrium ob Chriſtianæ doctrinæ profeßionem à paganis crudelibus paßi.

A. D. 1369. Θ. Domina Catharina de Kolovvrat. Thomæus.

A. D. 1432 Nicolaus Humpolecius & Iohannes Zatcenſis, (Zarzenſis corruptum eſt in Cochlæo r pro t ſcripto.) Nuncij Boëmorum certis cum mandatis mißi ad Concilium ingrediuntur Baſileam: vino & piſcibus munere honorario ab Senatu Baſileenſi donati atq; cohoneſtati: à Patribus eius Synodi intra paucos dies Curatis diplomatibus, domum revertuntur, & rem actam ordinibus regni Boëmiæ Marchionatûsq; Moraviæ &c. referunt: quocirca ibidem oratores ad concilium profecturi, deliguntur. &c. Cochlæus.

A. D. 1457. (ut quidam noſtri & Meyerus) Proceres Boëmiæ ſuo cum comitatu ſplendidè inſtructo (alij 18 Octobris, quæ eſt dies D. Luciæ ſacra) hoc die profecti Pragâ, Gallicum iter ingrediuntur pro adducenda Ladiſlavvo regi ſponſa Magdalena. Progreßiq; ſunt uſq; ad urbem Turones, quam præterlabitur Ligeris flumen,

ponte longo, partim tamen saxeo, partim ligneo, constratum; atq; regem Galliæ Carolum VII. dimidio solùm miliari ab urbe morantem repererunt. Liber itineris Dn. Leonis.

A. D. 1493. fuit eclipsis solis, qui obscuratus à 20. ad 22. horam stetit: Sequutus morbus, quem vulgò vocant Gallicum, vitæ impuriter actæ vindex &c. De eo inter alios Guicciardinus & Ioach: Cureus. Boëmiam quoq; invasit pestilentia, ut & Misniam.

A. D. 1526. Acta in arce Pragensi ordinum regni Boëmiæ frequentissima synodus, antequam fuisset inchoata novi Regis Boëmiæ electio, Ludovico Regi, piæ, inclytæq; memoriæ Heroi optimo, in bello sacro occumbenti, sex ab eius, planè luctuoso, occasu lapsis septimanis iusta exequiæq; solennes regali pompa peragebantur Pragæ, partim in S. Viti Basilica à Proceribus & Equestribus, partim in summo ante Lætam Curiam Deiparæ virginis templo ab ordine Civili institutæ: ijs perfectis electioni demum accingebantur, quam copiosè & Hagecus & alij nostrates describunt.

A. D. 1540. M. Matthæus Collinus Gurimensis Vitebergâ egressus, 4. Non. VIIIB. & à Phil: Mel. humanissi cum literis ad Senatum Pragæ Veteris, Acad. Professores datis, venit Zatecium 6. Idus Mensis huius; ubi honorificè, summoq; studio & benevolentia, quomodo ipse mp. annotatum reliquit. optt. virr. exceptus, inprimisq; D. Decani, Mathiæ Lunensis, M. Nicolai Artemisij, Thomæ Torvi Not: Ioann. Albi, Ludimoderatoris, Dn Ioãnis Ha-

Hosstialek, &c. Martini Cantoris & Venceslai cZachrovvsky &c) dies circiter 16. commoratus; motuo tum honestiss. viro Valentino Mezericensi, Moravo: familiari Herois Bohuslai Hassensteynij, & avo materno Ioannis Michalovicij. Ille enim Zatecensium Ludirector primùm, inde Notarius fuit ad decrepitam usq; & capta lumine senectam; hoc illi epitaphion scrib. affixum in æde vrbanâ.

Pendula dum Phœbi relevatur pondere libra,
Proximus æthereosq́; excipit anguis equos,
Tempore quo fulsit nitidis Autumnus ab uvis,
Et dabat agricolis musta bibenda DEVS,
Morte Valentinus vitam mutavit, ab urbe
Qui patriâ dictus Mezericenus erat.
Illius hoc posuit sub marmore umbra Senatus,
Custodit Zacij qui sacra iura fori.
Ille quidem posuit, potuit quod, membra sepulti;
Mens sed in Elysijs læta quiescit agris. M. Coll.

A. D. 1347. Dum Karolus IIII, collectis, atque iam eductis copijs, esset Tachovvij, ut vastaret Bavariam, nunciatur ei de morte Ludovici IIII. Romanorum Imperatoris, Is hoc die, quum (non procul à Monaco) operam dat venationi, circiter meridiem, de equo lapsus, repentina morte, (nonnulli apoplexiam putant) naturæ concedit. Anno vitæ 63. imperij 33. Locus ubi mortuus est, Cæsaris pratum ab eventu, rei gestæ cognomentum retinens. Aventinus, Cuspiniauus: Sed Papirius, lapsu, inquit, equi obtritus, decessit: Karolo 4, rege Boëmorum successore.

A. D. 1401. M. Iohannes Hussus, aliâs Hussinecius, creatur Decanus facultatis Artium Academiæ Pragen. altero à sua prædicatione in Sacello Sanctorum Innocentum, alias Bethleem, anno: à fundatione eiusdem Academiæ: 54.

A. D. 1414. Idem Hussius suapte sponte hoc die iter ingreditur è Cracovecio arce Baronum de N. profecturus ad Concilium Constantiense &c: comitibus ipsi à VVenceslao Boëmiæ rege additis: D. VVenceslao à Lestna, & D. Iohanne de Chlum: qua de re pluribus in eiusdem historia agitur. Eodem anno Magister Stanislaus, maximus Hussij adversarius, quum, subornatis iniquis in Hussium testibus, ex Synodo Constantiensi rediret, in itinere subitaneâ morte mortuus est. Hæc MS. vetustus.

Cochlæus.

A. D. 1424. Iohannes Zizka ad Przibislaviam, quod eo adhuc superstite captum fuit, vi morbi epidemialis evictus,

evictus, septimo à suo decubitu, die mortem cum vita commutavit. Corpus defuncti humatum honorificè primùm in sacello cognominato (undecim millia virginum) Reginæ Hradecij ad Albim & Orliczam: deportatum tamen inde est Czaslaviam (uno à Montibus Cuthnis: Octo verò Praga milliaribus dissitum) oppidum. Eius viri elogium legitur in Campofulgoso, quod & Ioannes Cochlæus in historiam Hussitarum inde exscriptum retulit: idem nonnulla & historica ex eiusdem Ziscæ Chronico citat. Legitur quoq; illius epitaph. græcolat: in Parilipp: Ab: Vrspur:

A.D.1522. Terrificus Cometes ad Occidentalem tractum à multis visus &c. Hunc descripserunt Petrus Creusserus, insignis astrologus. &c. Gerardus Noviomagus. &c: Secutæ fames, pestilentia, aliæq; plagæ & flagra DEI irati compluria. &c.

XII. Octobr. 4.Id. Octobr.

A. D. 1273. Cæsar Rudolphus, Austrius, Rex Romanorum creatus 4. Id: Octob. regnavit annos 17. mens: 11. dies 19. O. Panuin: Præmyslo Ottocaro Boëmiæ rege, tantam dignitatem, ab Electoribus missa legatione, sibi A. D. 1271. oblatam, renuente, Quod ex vetustis annalibus annotârunt Cuthenus & Hagecus: & attestantur Ioh: Marignolæ atq; Francisci Canonici Chronicon.

A. D. 1220. ☉. strenuus miles, Dominus Sigismundus de Ledecz: sepultus in Ecclesia propè ostium à Curia Domini Archiepiscopi. Thomæus.

A. D. 1458. (die D. Maximiliani, quem tamen doctissimus Ioach: Camerarius Maximinianum ex quorundã veterum sententia appellat. (VV. Laz:) Maximilianus Archidux Austriæ Maximiliani Roman: Imper: II filius næscitur.

ETEOSTICHON.

Qui patris atq; abavi nomen tenet, Austriaca hunc urbs,
Bis sextâ Octobris luce oriente, tulit. D. C.

A. D. 1576. D. Maximilianus E. N. II. Romanorum ex inclyta Austriacorum domo, in ordine 9. Imper: Cæs: P. F. Aug: Vngariæ, Boëmiæq; rex gloriosus: pacis fundator, & piè, placideq; ex hac vita emigravit, quũ Conventus Imperij ageret in vetusta atq; nobili urbe Imperiali Ratisbona &c: Vixit annos 49. mens. 2 dies 11. horas 3. Imperavit annos 12. regnavit in Boëmia cum patre à prima sui electione an: 27. solus ab obitu D. Ferdinandi patris optatissimi an: 8, in Vngaria annos 13,

Pietate

Pietate religiosâ, prӕterq́; cӕteras virtutes & ӕquitate, moderataq́; Imperij & regnorum gubernatione Princeps laudatißimus.

ETEOSTICHON.

AEmilianus obit Cӕsar: fle, Teutona terra:
Cӕsar obit: leges, iuraq́; sancta iacent. B. S.

Successorem in Imperio atq; regnis reliquit filium suum natu maximum, D. Rudolphum, hoc nomine Secundum, P. F. Aug: &c: Cui DEVS, regum atq; monarcharum custos, faustam, felicem, fortunatam gubernationem successumq; in rebus agendis attribuat optatißimum, summißè oramus.

A. D. 1576. Sac: Cӕs. M. Rudolpho II. Romanorum Imperat: Vngariӕ Boëmiӕq; rege, &c: Maximiliani II. filio, edictum Pragӕ perq; Boëmiam iusticium, ob eiusdem Maximiliani obitum. Atq; ea iuris intermißio ad 25 usq; eiusdem mensis diem stetit.

A. D. 1409. Privilegium de tribus vocibus (suffragijs) in electione Rectoris Universitatis studij Pragensis &c. de quibus Teutonici aliæq; his coniunctæ exterorum nationes cum Bohemicis Magistris coram rege VVenceslavvo contendebant, Pragæ publicè promulgatur: Boëmis videlicet, more Parisianæ Academiæ, tres voces, Teutonicis unà attribui, de sententia Bullæ præscriptoq; Caroli IV. Eâ sententia offensi, Germani exteræq; nationes ex Academia Pragensi discessionem faciunt &c. Sub id tempus, annotatum reperio, ad quadraginta quatuor millia studiosorum in album Rectoris, quam matriculam vulgus vocat, fuisse relata atq; inscripta. Hag. Cochlæus.

Fuerat Universitas Pragensis in quatuor Nationes ab nitio divisa, nempè in Boëmicam, Saxonicam, Bavaricam, Polonicam, quæ omnes ex æquo gaudebant privilegijs ejusdem Gymnasij &c. Cochlæus libr: I. Huß. Hist:

A. D. 1438. Presbyter Ambrosius, Decanus, & Prædicator celebris apud Reginæ Hradecium ☉. fuit purioris doctrinæ amator & propagator strenuus: quam illi commendationem quidam MS. tribuunt. Eo tempore pestilens aëris contagio pervagata Boëmiam, duravit propè ad semestre spacium, eâq; sunt plurimi mortaliū absumti.

 Ca-

A. D. 1318. Celeberrimus & frequentißimus habetur Tustæ, aliâs Domazlicij, conventus Ludovici Romanorũ Cæsaris, Ioannis regis Boëmiæ, eiusdemq; regni procerum, qui arbitro Imperatore, Iohanni regi suo reconciliantur, sublatis & sopitis amicâ transactione omnibus controversiis, quæ eas inter partes gliscebant, in tantum quidem, ut, turbatâ pace publicâ, & ad arma ventum fuisset: qua de re pluribus Hag: ex Francisco. Item Dubravius, qui Luticij (Zluticij) hunc conventum habitum fuisse contra ms: scribit.

A. D. 1347. Die Calixti ☉. laudabilis memoriæ Magnificus Baro, Dominus Petrus de Rosenberg, filius Domini Henrici de Rosenberg ex Elißabetha, summus regni Boëmiæ Camerarius, &c. cum eo fuit connupta Viola, (alias Elissabetha) filia Ducis Teßinensis, vidua relicta ab obitu Vinceslavvi E. N. III. regis Boëmiæ &c. Hage:

A. D. 1446. Feria ante Galli: ☉. Dominus Petrus Zvverzeticzky Bydzovviæ. M. L.

A. D. 15[illegible]

A. D. 1290. VVinceslavus eius nominis secundus, Rex Boëmiæ sextus, ex coniuge sua Gitka, suscipit filiam, nomine Annam, sororem Elizabethæ Ioan: regis coniugis, matris Karoli 4. quæ Anna pòst nupsit Henrico Duci Carinthiæ, Tyrolensi Comiti: atq; is deinceps & Boemiæ præfuit. MS. Hagecus.

A. D. 1438. Magister Christianus, vulgò Christanus, patriâ Prachaticenus, præficitur Administrator Consistorio Pragensis Ecclesiæ sub utraq; specie communicantiũ.

A. D. 1529. Suleimanus Turcicus Tyrannus, cæsus & propulsatus à Vienna primaria urbe Austriæ, quam vicies impreßione facta, oppugnarat: militibus præsidiarijs Germanis (quorum dux fuit Philippus Comes Palatinus ad Rhenum) fortißimè stationem defendentibus &c: Scribitur ibidem Turca amisisse amplius 80 millia, qui partim in oppugnationibus & velitationibus, partim frigore & fame extincti sunt. Eber. & Beuth.

ETEOSTICHON.

Idibus Octobris Turcæ fera signa tyranni,
Facta prior belli cæde, Vienna fugat. I. Balb:

ALIVD.

Gens acri cingit pharetrata cohorte Viennam:
Sentit at Austriacos non caruisse viris. B. S. P.

A. D. 1028. Ad hos dies pestis grassabatur in homines & iumenta per Boëmiam. Tempore verno existebant nebulæ fœtidæ &c. de quo & alibi.

A. D. 1122. (In Hageco notatur annus 1152. unde suspicio mihi suboritur, im ms. fortaßis mendum esse librarij 5 in 2. mutato) Comes Hroznata (Roznata in quodã ms. truncatum est) cum Martio mense de Hierosolymis, & de Galatia rediisset, hoc die eiusdem anni obijt. Cosm:

A. D. 1421. (Hagecus habet 18. diem eiusdem anni) Interregni Boëmiæ tertio Exercitus Pragensis versus Bielam civitatem & arcem Domini Michalconis movens de Praga, quam arcem Dominus Michalecz Pragensibus rapiendo, suis muniverat clientibus, qui quidem clientes, Pragensium adventum subodorati, fugerunt, & in die Luciæ Pragenses vice uersa Civitatem accipiunt atq; acquirunt, eaq; munitâ abscedunt. Chr: Mag: Laur:

A. D. 1427. ☉. Andreas de Broda, magister artium, in Academia Pragensi: Sacræ Theologiæ Doctor. Scripsit sermonem (concionem) Synodalem: item de communione Laicorum sub una specie, ad quod scriptum replicavit (respondit) Mag: Iacobellus.

A. D. 1582. Moritur lue pestili Basilius Sophinus artt. liberr. Baccalaureus, Rochesanæ civis & Senator, generq; Dn. Havvlik Primatis &c.

XVII. Octob.

A. D. 1256. Vt Cosmas: (nam Hagecus habet 1254) mortuo VVenceslavo, E. N. primo, Rege Boëmiæ IIII: Præmyslus, qui pòst & Othocarus E. N. II. unicus VVinceslavi filius, & hæres, ex Austria, cuius tum possessor erat, frequente comitatu reversus, Pragæ honorificè in sede Regni sui à Prælatis Ecclesiarum & Clero est receptus. Cosm. Rex Boëmiæ à VVratislavvo in ordine V.

A. D. 1409. Magister Iohannes Hussinecius, cognomẽto vulgari Hus, creatur Rector Vniversitatis studij Pragensis: quo etiam anno sub mensem Maium, exterarum nationum Magistri, Doctores, studiosi ex Academia Pragensi emigrârunt, Anno ab erectione eiusdem Academiæ 67.

A. D. 1458. Pius secundus, Pontifex Romanorum datis ad Georgium Boëmiæ regem (regni eius anno I.) literis ipsum invitat ad Concilium Mantuæ anno insequente celebrandum contra frequentes Turcorum incursiones. Itaq; eò, se rex conferat, hortatur: sin minus, ad eum tamen conventum legatos suos plena cum potestate mittat ad decidendas omnes cũ quibuslibet ipsius adversarijs controversias &c. Datis literis primo eiũs pontificatûs anno. De eo & suprà.

A. D. 1512. Hoc & sequentibus diebus non paucis, mirifica fuit & inusitata aëris tepiditas. Pragæ sub arce VVyssegrada, & circumcircà, secundo florebant rosæ, nec rosæ tantùm, verum: etiã cerasi, pomi aliæq; arbores fructiferæ, item carpebãtur fraga. Tepor ille aërisq; insolita, amœna tamen atq; grata, constitutio, continenter ad 6. usq; Xbris durabat. Et de eo est suprà notatum.

A. D. : : : Ab hoc die usq; in ipsas huius mensis calendas visi sunt Cometæ: quos inundatio nimia, inundatioem boum pestilentia secuta est ms.

A. D. 1100. Borzivoius, filius quondam VVratislavi, primi Regis Boëmiæ, secundogenitus, ducta in matrimonium uxore Helicurta: Hageco Herpirga (filia Leopoldi Marchionis Austriæ) Znoymæ in Moravia, splendida pompâ concelebrat nuptias, Cosmas, Pulkava, Chron: Brzevnov: Sunt, qui alium diem adscribunt.

A. D. 1261. Margaretha, uxor Præmyslai Othocari regis, sterilis, exivit de Boëmia versus Austriam: quas ob causas, Deus novit. Cosmas: Ingressaq; seu potiùs reversa est in cœnobium familiæ Dominici, ubi non multò pòst & vitam finivit. At Præmyslaus deinceps ducit uxorem Gunegundem, vulgò Kunhutam, filiam Rotislai (Hageco Rostislai ducis Bulgarorum.

A. D. 1310. Iohannes Rex Bohemiæ X. peractis Spiræ nuptijs, magnaq; & Imperij & Boëmiæ Procerum, atq; nobilium comitatus multitudine, hoc die egressus Norivergä inclyta Imperij urbe, ad capessenda Regni Boëmiæ gubernacula, unà cum Elizabeth coniuge sua, iter suscipit, versus Boëmiam: cumq; ægram flumen rapidum, & glacie ad id tempus constrictum, die festo Omnium Sanctorum transvadasset ægrè, multarum rerum fecit iacturam. Cos. Paralipp:

A. D. 1457. Legati, viri lecti, videlicet Zdenco à Sternberg & Konopisstie Supremus Purgravius arcis Pragensis,

gensis, duo Episcopi, alter Vngariæ, alter Passaviensis, item pleriq; proceres Boëmiæ, Moraviæ, Austriæ numero ad 700. equites, flos propè ordinum, muneribus dandis sponsæ instructi amplißimis atq; varijs, apparatu atq; ornatu splendidißimo, sumtuosißimoq; Pragâ profectionem suscipiunt, mißi à rege Boëmiæ Ladislao pro adducenda ex Gallijs ipsi sponsa, nomine Magdalena, filia (Caroli 7) regis Franciæ: sed antequam illi cum sponsa redeūt, interea DEVS Ladislaum iuvenem ætate florente, ex hac vita evocat. De quo pluribus infrà 29 Novembris.

A. D. 1483. Augustinus Episcopus, ex urbe Reginæ-Hradecio paulò antè profectus, lustratis aliquot Boëmiæ urbibus, ingreditur Pragam, excipitur à Pragensibus honorificè, solenni cum pompa, procedentibus ipsi obviam Vniversitate Pragensi, Clero, & Senatu, deductus in urbem, munitusq; præsidio militum, &c. introductus in templum B. Virginis antè Lætam Curiam, ut vocant: suscipitur tum à Pragensibus tum ab alijs Civitatibus, eo tempore pro Episcopo Ecclesiæ partis, ut vocant, subutraq;, promissa illi eisdem & roborata literis, sigillis signatis, defensione atq; tutela. Sunt penes nos unà cum narratione h[illegible]ius Augustini ad Regem VVladislaum literæ, quibus, cu[illegible]? & unde in Boëmiam venerit? exponit, seq; regio favori atq; tutelæ commendat.

A. D. 1558. ☉. Maria uxor Ludovici regis Boëmiæ: relicta vidua: cùm à morte Ludovici sui mariti superstes fuisset annos 37. Extat de eius morte & iustis ipsi solenniter actis oratio funebris &c.

XIX. *Octobris.*

A. D. 1261. Vt Cosmas (Hagecus habet 1259. ms 1258.) monasterium, sumtuoso et eleganti ædificio extructum atq; exornatum, montis Sion; incendio primâ vigilia noctis, coorto, (per imprudentiam cuiusdam fratris, lichnum non ex toto extinguentis) totum unà cum templo, & omni materia lignea, necnon vicinis ædificijs conflagrat, alicubi etiam muris per ignis vehementiam dissilientibus. De novo autem spacio quinquennij intercedente, erigitur & consummatur, impensas in ædificium faciente Paulo N. eiusdem Cœnobij per id tempus Abbate. Hagecus.

A. D. 1288. Moritur Ottogarus, Filius VVenceslai regis ex Gutha uxore primogenitus. Sepultus Pragæ apud S. Vitum, in Ecclesia Cathedrali: Exegit suæ ætatis menses sex & dies aliquot A. R.

A D. 1421. Anno interregni Boëmiæ tertio. Iohannes dominus de Milicina, aliâs de Kostelecz, cognomento Sadlo, præfectus arcis Carolosteynæ, in suspitionem defectionis vocatus, iussu Senatûs, in prætorio capitur horam circiter 20. ac paulò pòst, horâ videlicet noctis secunda, ibidem gladio percutitur. Hic est ille Iohannes, qui regis VVenceslai familiaris intimus, & consiliarius fuit pirmarius: Qui plurimos presbyteros, magistros pariter, & cives ab indignatione regia securos fecit, veritatem communionis utriusq; speciei fideliter promovendo, omnes deordinationes, in Lege Domini non fundatas, quantum valuit, persequendo &c. M. Laur: Chron:

A. D. 1507. Philippus, primò Sidoniensis, deinde & Pragensis episcopus; devexâ iam, atq; confectâ ætate, Θ. Guteberga, sepultus ad altam, quam ita vocant, ædem: inde tamen non multò post eius defuncti corpus transfertur ad D. Barbaræ. gubernavit Ecclesias annos tres. Vir, ut scribit Hagecus, pius, probus, lenis, atq; pacificus; verumtamen pecuniarũ appetentior, atq; studiosior. Pervagabatur tum Boëmiam lues pestilens: duravitq; ad exitum usq; Ianuarij, quum ad ipsum Iunium sævire cœpisset.

XX. Octobris

A. D. 1424 (Est de anno in quibusdam annalibus discrepantia) Pragensium & Sigismundi Coributi, adhæc Thaborensium & orphanorum auxiliares copiæ, expeditionem fecerunt in Austriam, ubi cinctum obsidione Rhetium oppidum, tertioq; pòst die in potestatem suam reductum ceperunt, expilârunt, concremârunt: Capto & Hardeccio Comite. Ad Rhetium, dum oppugnatur, sagittâ ictus occubuit Bohuslavus Schvvanbergius ab Orlika, imperator exercitûs Thaboriensium.

A. D. 1484. Rege VVladislao Cziaslavij tum existente; Tres Civitates Pragenses unanimi consensu concordiam inter sese ineunt, unionemq; firmant, ità quidem, ut decernerent sese ad sanguinis profusionē propugnaturos omnes doctrinam Christi, calicisq; communionem, armaq; publica omnes sumerent in eum, si quis super ijs vim ullam eis inferre vellet aut conaretur.

A. D. 1554. M. Iohannes Schentygar à Choterina, patriâ Hvvozdanus (is est pagus non procul à Nepomucio, pat: D. Cr.) Pragensis Academiæ professor publicus: pòst civis & Medicus Reginæ Hradecij, ubi ductâ in matrimoniū viduâ Agnete, Iacobi VVelaßij ab Hostovicia, sorore vir eruditus, prudens, gravis. Non pauca, ad D. Ioh: ab Hodieiovva, aliosq; scripsit, quorum aliquota pars extat in nostri Th: Mitis Farraginibus &c. Schentygarum Mart. Cuthenus carmine epitaphio celebrat: id typis impreßum extat.

A. D. 990. Sol passus eclipsim. Cos: insecuti eum pòst sunt tumultus bellici. Nam Poloni, expeditione facta in Silesiam, plurima ibidem vastando damna fecerunt: quæ Boëmi vindicaturi, suscipiunt numeroso milite expeditionem in Poloniam, capiuntq; Cracoviam, metropolim Poloniæ. anno 993. Cos: Pulk: Hagec: Cuthen:

A. D. 1126. Sobeslavo, Duce Boëmiæ, obijt Cosmas Pragensis Ecclesiæ Decanus, qui scripsit Chronica Boëmiæ linguâ latina, exorsus à Czecho primo duce Boëmiæ. Hunc diem obitûs Cosmæ assignavit is, qui ipsius Chronicon continuavit: Attigit 81. annum, ut ipse, anno 1125. in præfatione libri quarti de Chronicis Boiemicis scribit se iam esse octogenarium: & ibidem addit, se præteritis annis * Leodij sub Francorum magistro, tum Grammaticæ, tum Dialecticæ artis in viretis (eius hæc sunt verba) & pratis cum Musa lusisse. Hagecus Cosmæ historici Boëmici, obitum refert in annum 1097: sed hunc ne? an aliũ intelligat, ambigitur; licet Episcopum, Dubravius, Pragensis Ecclesiæ octavum scribat.

* Leodiũ.

A. D. 1278. ☉. Iohannes E. N. III. Episcopus Pragen: in ordine 24. sepultus in basilica arcis Pragensis. Sedit annos 20. Homo religiosus, pius, studiosus, cultorq; iustitiæ &c. Ei surrogatur Thobias, quem & Thomam appellat Cuthenus, præpositus Ecclesiæ Pragensis.

A. D. 1422 ☉. Carolus E. N. VI. Rex Franciæ, cuius filia elocata fuit Ladislao Regi Boëmiæ, &c. Hoc rege, scribit Massonus, & bonas leges & literarum studia

propter civiles discordias, splendoris sui dispendiũ fecisse.

A. D. 1435 (alij, 1437. & ut opinor, rectiùs &c. Facta est concordia Civitatum cum Baronibus Boëmiæ ad suscipiendum Imperatorem (Sigismundum) pro rege suo. SSindelius.

A. D. 1435. (Hag: 1436. In publico regni Boëmiæ ordinum conventu Magister Iohannes, patria Rokycanus, designatur archiepiscopus Pragensis, accedente Sigismundi, Romm Impera: & Vngariæ Boëmiæq; regis, assensione. Huic archipræsuli additi (quos vocant) sunt suffraganei; Magister Martinus Lupacius, per id tempus prædicator Chrudimensis, & presbyter VVenceslaus Althæmyttenus Hag: & Coch: 10. li: Huß: historiæ.

A. D. 1457. (sunt, qui ad Iunium M. referunt) Cometa fulsit. Mox secutus est terræ motus, & pestis diuturnior: qui & Mahometis mirabiles successus ac victorias contra Christianos significavit. Garcæus.

A. D. 1109. (Cosmas de die evariat) Svatoplucus postquam cum auxiliaribus suis copiis Henrico Imperatori in oppugnata & expugnata Glogovia adfuisset, atq; iam bello confecto, partaq; victoriâ, reditum in Boëmiam parasset, à Gescone, aliàs Ioanne filio Tistæ, gente VVersovicensium, per insidias noctis beneficio interficitur. Cosm: Pulkavva, Hagecus, Dubravius, Cureus, Cromerus, Alexander Guagninus: Chronicon Pagavien: ex editione Reinecciana. Sunt, qui sub illo ipso momento cædis autorem fuisse interemtum annotant, alij è contrario: fugâ sibi salutem conservasse scribunt. Quod in medio, nimirum lectori disquirendum, relinquimus.

A. D. : : : : ☉. piæ recordationis Zdenco filius Patris Sdeslai, de quo suprà. Thomæus.

A. D. 1392. (Quibusdam in dubium vocatur dies obitûs) ☉. D. Marquardus de VVartemberg: miles strenuissimus, & Baro Boëmiæ, magnus victor. Sepultus in æde D. Iacobi, Minoris urbis Pragensis, quâ horti sunt siti: Inscriptio.

A. D. 1499. (Hag: habet 1497. sed consentiunt plures ms.) Presbyter Iacobus, cognomine Columbus, patriâ Mysenus: sympatriota M. Iacobelli, ☉. in urbe Luna, quô sese medicationis gratiâ coutulit: non multò antè, 15 fuit Consistorij Pragen: Administrator, & Cleri sub utraq; gubernator à statibus & Clero electus: à Rege VVladislao confirmatus, purioris doctrinæ amator & propagator, ut ex MS. id ipsum liquet.

A. D.

A. D. 1507. Hoc & sequentibus diebus, in vinetis Pragen: uvæ colligebantur: quo etiam anno per hæc tempora usq; ad Februarium mensem grassabatur per Boëmiam morbus popularis: Cuius velut prænuncius fuit Cometes: Decretum præterea plebiscito Reipub: Pragensium, ut gens Iudaica ex urbe Pragensi, intra unius mensis spacium eijceretur: quod tamen postea in executionem non venit, Iudæis non inconsueta ipsis praxi, & largitione usis.

A. D. 1565. Feriâ secundâ post Galli, obijt Magnificus Baro, D. Nicolaus senior de Rziczan: sepelitur in templo Horzoviciano. Inscriptio.

A. D. 1570. Isabella, aliâs Elizabetha, Maximiliani II. Romanorum Imperatoris filia, elocatur Carolo Nono Regi Franciæ &c.

* est Aquisgrani. Beutherus ex Chron: Germa: Quum Suleimanus Othomanus, Selimi F. IV. anno præcedente ad M. sept: Turcorum quoq; rex fuisset creatus.

A. D. 1567. ☉. Sacerdos Thobias Borotinus, tum Decanus Chrudimenus.

XXIII. Octob.

A. D. 1243. Castrum Lesnam (Leßtnam) VVenceslaus Boëmiæ Rex: dedicat Ecclesiæ Misnensi, nomine Ottogari Patris VVadislai (VVladislai) Filij Agnetis sororis. Georgius Fabricius.

A. D. 1253. (Alij 1254.) VVenceslaus Ottocarus E. N. I. Rex Boëmiæ 4. ☉. sepultus solenni regaliq; pompa in cœnobio D. Francisci in maiore urbe Pragensi, quod ipse anno 1251. initio ædificationis facto, erexit, amplissimâ provisione donavit: regnavit 24. ut alij 25. annos. Hæredem regni reliquit Præmyslum Othocarum. Appellatus fuit monoculus ab eventu: nam alterum oculorum in venatione, dum densis in saltibus equo vectus feras insequitur, amisit.

A. D. 1495. In Suburbana Cracoviæ Villa, cui Nigræ nomen est: mulier quædam monstrum edidit, cætera quidem humana figurâ, sed collo & auribus leporinis & uno grandiore intestino totum ventrem, occupante, diducto rictu spirans. Sub idem tempus mulier item alia Cracoviæ in platea, quæ à S. Spiritu nomen habet, infantem exanimem peperit, cui dorso serpens vivus inhærebat, arrodens ac depascens cadaver. Cromerus.

Eodem anno caritas annonæ affligebat Pragam, & alias Boëmiæ urbes, hanc consecuta est pestilitas: eodem anno Turcus depopulatus est Russos, plurimis illorum captis, & in fœdam servitutem abductis.

A. D. 1520. Carolus Archidux Austriæ, Hispaniarum rex, electus Cæsar Romm: & Germaniæ Rex, coronatus

A. D. 1453. (Cochlæus 1452. minùs rectè) Ladislavus, iam ante designatus rex Boëmiæ, à Domino Girzikone (de Kunstat & Podebrad) supremo tum regni Boëmiæ gubernatore, aliisq; Baronibus & Nobilibus, & Civitatum Consulibus, introducitur, primò quidem in Bohemiam, pòst verò & Pragam in arcem summo cum honore: post quatriduum solenniter de more, ibidem coronatus rex Boëmiæ. Cochlæus.

A. D. 1526. [ms. quidam habent hunc diem: Hagecus 27.] A lamentabili luctuosoq; Ludovici Regis occasu, die 57 Ferdinandus Archidux Austriæ, Infans Hispaniarũ Caroli Quinti Imperatoris, Hispaniæ regis, germanus, electus trium ordinum suffragiis regni Boëmiæ: declaratur & promulgatur publicè in arce Pragensi rex Boëmiæ, horam circiter diei 19. hac declaratione publicatâ, Status Regni conferunt sese in ædem D. Viti, Deoq; agunt gratias, hymno Ambrosiano decantato, supplicationes quoq; & precationes fiunt; adhæc publica excitatur per Pragã lætitia, & congratulatio campanarum bombardarumq; sonitu.

ETEOSTICHON.

Vt pugnax fulsit rutilanti Scorpius axe,
Tunc rex electus Ferdiniandus erat. D. C.

A. D. 1262. Præmyslaus Othocarus post divortium, quod inter ipsum & Margaretham Austriacam factũ est per VVernherum Moguntinensem archiepiscopum, iussu & permissu Romani Pontificis, ducit in uxorem Kunegundem, Ratislai Ducis Bulgarorum, filiam: nuptiæ celebrantur Posonij (vel, ut Cos: in Castello Vngariæ, quod vulgò dicitur Possen) suscepta inde profectione, Pragam urbem Regiam & metropolim Boëmiæ ad 11. Kal: Ianu: ingrediuntur. Cosmas.

A. D. 1420. (interregni anno primo) Feriâ quartâ ante festum Simonis & Iudæ apostolorum, aliâs 25. Men: Oct: Communitas Novæ Civitatis Pragensis obsedit castrum VVyssegradum, familiâ olim regis Boëmiæ VVincestavvi inde depulsâ, cui communitati Iohannes Zizka, familiaris præfati regis, se adiunxit. M. L.

A D 1474. Nascitur Friderico Alberto Duci Saxoniæ filius, Regis Georgij ex filia nepos, Magister Prussiæ.

A. D. 1147. fuit eclipsis Solis circa horam diei penè quartam, subsecuta eo ipso anno est fames, famem pestilentia, & mortalitas magna, utraq; posteritati incredibilis. Tritemius.

A. D. 1314. (Onuphr. habet 15. Novemb:) anno exacto pòst, quàm Henricus septimus Imperator veneno est per monachum extinctus: Francoforti, hora quasi nonâ diei, Petrus Maguntinensis, Baldvinus Trevirensis archiepiscopi: Ioãnes rex Boëmiæ, VValdemarus Marchio Brandeburgensis, ibidem personaliter constituti, Ludovicum ducem Bavariæ in Principem, Imperij Romani, & advocatum Ecclesiæ eligunt canonicè, & assumunt. Ex parte verò altera in eadem hora, Ioan: Coloniensis archiepiscopus, Rudolphus Dux Bavariæ, Ludovici tunc electi germanus, & Ioannes Dux Saxoniæ, Fridericum tertium, ducem Austriæ, esse regem Alemaniæ, altiùs proclamant, Chr. A. R. Vide & Tritemiũ in Chr: Monast: Hirschau:

A. D. 1545. Cygani ad septuaginta cum mulieribus & pueris veniunt in Boëmiam, & in Pagis ad urbem Zaczã vagantur, inde Lunam sese recipiunt. M. Artem.

A. D. 1551. Per hos dies, annotante Magistro Collino præceptore nostro, inter cœnandum, aßidentibus mensæ tribus mercatoribus, pluit sanguis in mensam è laqueari hypocausti in ædibus Henrici Gilovvsky, civis Novæ urbis Pragen: ms:

A. D. 1578. æt: 38. Sacerdotij sui 18. ☉. Dubæ Sac: Venceslaus Melißæus, pat: Krtenus, olim Sacellanus Zatecensis,

tecensis, deinde Decanus Lunensis, postmodum Pastor Bischitij & Dubæ &c.

Illius Cenotaphion est tale.

Tu quoq; Zatcensem sequeris VATSLAE Decanum,
Qui tibi progenitor spiritualis erat.
Te pia LVNA sibi Pastorem luget ademtum,
Teq; MELISSAEVM DVBA male orba, gemit.
Te tui avent omnes, superesse diutiùs unum
Nunc sibi: diversum sed statuente DEO,
Ipse secuturos præcedis in astra Sacerdos,
Hîc ubi iam CHRISTI conspicis ora tui.
Ille greges sanctos Pastoribus augeat aptis:
Emittatvé breùi non tibi dissimiles.

Th. M Lym.

ETEOSTICHON Anni, Mensis, Dieiq; illius beati obitûs.

CLarVIt oCtobrIs LVX seXta VIgesIMa, frater
VatsLae abes, rVtILoqVe bonVs reqVIesCIs In aXe.

Iac. Melissæus fr. opt. P.

XXVII. Novem.

A. D. 1108. Bozey VVerßovvicensis, ob proditionem, iussu Ducis, Libicij interemti, cadaver hoc die in fossam temerè proiectum, citra honorem sepulturæ, tanto aliâs viro debitum, quomodocunq; humatur. Cos: & Hagec:

A. D. 1421. Ambasiata Ducis Magni, scilicet VVidoldi Pragam pervenit, optans ex parte Ducis, ut se Pragenses cum maiori, quo possunt, exercitu præparent, & Sigismundo Ducis Vitoldi consanguineo usq; ad territoriũ Ducis Iohannis Oppaviæ occurrant: qui Legatos Pragenses, ad Ducem prætactum directos, capiens vinculavit, ut simul iuncti eundem devastent & destruant, & sic suos liberent captivos: ex hac tamen legatione nondum aliquod damnum factum est: sed capti nuncij Sigismundo regi Vngariæ per Ducem Oppaviæ sunt præsentati. Ch: M. L.

A. D. 1429. Gubena (Kubin) in Sirbia (sive Zribia ut eam appellat Cos:) capta à Thaboritis. H. D. C.

A. D. 1430. ☉. VVitoldus. ms.

A. D. 1431. Sigismundus Cæsar datis ad ordines Regni Boëmiæ, sub utraq; communicantes, & Civitates, potissimùm Pragam, literis, eosdem hortatur, ut Legatos ad concilium Basiliense mittant, quod, (ut ipse eodem diplomate inter cætera scribit) nos, inquit, & concilium salubrius & utilius iudicamus eam controversiam Religionis compositam iri potiùs amicâ tractatione & colloquio placido, quàm gladio & armis: offerens etiam eudem à se & Concilio salvum conductum, audientiam quoq; liberam ac sufficientem. ms.

A. D. 1439. (Chr: Cutheni & Hag: 5 ipsum diem Simonis & Iudæ habent: sed nos mſ: item Cochlæum, Cuspinianum, N. Vignierium, sequimur) Albertus Imperator, Pannoniæ & Boëmiæ rex: ventris solutione extinctus ☉. in pago quodam ad Budam, quum, ut scribitur, nimium esui peponum indulsisset. Corpus defuncti Belegradi sepelitur. Eius mortem eclipsis solis unà cum Cometa præcessit. Cypr. Leovitius.

A. D. 1554. Perfecta est turris, per quam aqua in urbem ex VVltava ducitur ad Pontem in Antiqua urbe Pragensi ultra Balneum Regium, tecto & pinna ei impositis. Primate per id tempus existente Ioan: Chochol à Semechovva. Ea deinceps unà cum molis, conflagravit &c.

XXVIII. Octo.

A. D. 978. Visæ in Cœlo duæ acies igneæ inter sese veluti decertantes hostiliter.

A D. 1420. interregni Secundo (fuit is dies festus Simoni Iudæ aliâs Thaddæo) cum Domino Hyncone Krussina, & cæteris Baronibus, quorum nomina recenset Hagecus, & capitaneis Pragensis exercitûs, capitaneus, (Castro VVyssegradensi tum à Sigismundo Cæsare fuit præfectus Ioannes VVssembera à Bozkovvicz) & cæteri regales è castro VVysehrado amicabilem in medio viæ à VVyssehrado versùs Sanctum Pancratium, faciunt tractatum, in quo tractatu ita ex utraq; parte fuit conclusum: Quòd si rex non dederit sufficientia victualia ante quindecimam horam, quæ fuit dies Omnium Sanctorum, ex tunc possessores castri deberent sub fide & honore cedere Pragen: de VVyssehradensi castro. M. Laur: Infra eum tractatum (ut porrò scribit M. Laur: in suo chronico) una mirabilis apparuit iridis impressio: sedentibus enim quibusdam artium liberalium Magistris & Baccalaureis in vertice montis dicto Kavvcziehora super VVltavia, spectantibus felicis tractatus bonum finem, cum sic mutuò de diversis materijs loquerentur, apparuit in aëre, antea à nobis non visa, iris, cuius conus unus seu principium fuit quasi sub nostris pedibus sub VVltavviæ flumine & arcus eius per civitatem extensus, pervenit cum altero cono usq; ad exitum circa Ecclesiam S. Pancracij, ita quòd solum hoc spàcium, quod ab Ecclesia usq; ad prædictum montem extenditur, circulum non claudebat, Iris. Kawčcá hora.

quod vix fuit quarta pars Circuli à circulari iridis apparitione. Et cùm diversi de hac iridis apparitione, varia darent iudicia, in eo tamen est consensum, quòd hæc rotunda & mirabilis iridis apparitio est VVyssehradensis castri à Pragensib. in brevi acquisitio: quod & factum est. Chr: Magistri Laurentij.

A. D. 1453. Ladislaus E. N. I. Rex Boëmorum 15: Alberti Austriaci, Rom: Imper: F. Posthumus, Sigism: Im: ex filiâ nepos, Pragæ in Basilica D. Viti, insignitur coronâ Regni Boëmiæ, maxima cum pompa atq; celebritate, præsentibus quinq; Episcopis. agebat tum Ladislavus annum ætatis XV quo quidem anno, singulari DEI benignitate, in Boëmia fuit omnium rerum non expectata vilitas. ms. Idem annus est insignis amißione Constantinopoleos. De quo alibi.

A. D. 1465. Natus creditur Des: Erasmus Roterodamus, quod ut de cõmuni Præceptore, & literarum linguarumq; Græcæ & latinæ parente ex P. Ebero, P. M. huc annotare non ab re alienum censuimus. Extant inter opera Eras: cõplures ad Ioann: Slechtam Boh. epist.

ETEOSTICHON.

Octobris septena quater lux fulget ab axe,
Orbis ubi factus civis Erasmus, ovat. B. S.

A. D. 1495. (si non est in describendo lapsus amanuensis) ☉. generosus D. D. Henricus de Klynstein. sepultus in templo Horzovicensium. Inscr:

A. D. 1334. (Sequentem diem habet Franc: nonnulli & de anno discrepant) Vinceslavus, pòst & Karolus, Ioannis regis Boëmiæ filius, Marchio Moraviæ, Iohannem patrem comitatus venit Pragam, regiam Boëmiæ urbem: ibi uterq; à clero, Clericis Senatu totaq; Pragensi Repub: honorificè magna cum congratulatione omnium, atq; lætitia excipiuntur, nec multò pòst, VV. Karolus à patre præficitur gubernator seu vicarius (quē vulgo nunc locumtenentem vocant) Regni Boëmiæ. Franc.

A D. 1421. Per hos dies duces Austriæ ad regis Sigismundi instigationem cum pluribus millibus equestrium & pedestrium, castrum Genißovvicz cum oppido circumvallârunt. Et cum oppidum propter paucorum offensam obtinuissent, castrum invadunt. Et quia Domini castri non consentiebant eis, destituti auxilio promisso, cum intelligerent, se non posse defendi diu, à tumultu hostium propter suorum paucitatem, tractatu habito, salvis corporibus cum uxore & familia principali, se tamen Domino in captivitatem dante, recesserunt: castro radicitùs exciso. Chr. M. L. Eodem anno in Boëmia precium unius modij siliginis fuit duobus florenis, vulgò sexagenas Misnicas vocant, quum antea 6. großis venderetur, id quod accidit anno 1362. regnante Karolo IV.

A. D. 1453. Ladislavus sequente post coronationem die, generosiss. ex arce Pragam equo vectus ingreditur, inq; regiam suam multo & splendido stipatus comitatu, contendit regali diademate ornatus caput: mißilia tum

in vulgus quaqua versus, quà rex vehebatur, sparsa largiter.

A. D. 1551. Hoc die, ut annotavit Collinus, sepultus est Simon Hagek &c. D. Thaddæi Hagecij pater: Artium liberalium Academiæ Pragensis Baccalaureus, pòst & Civis Pragensis: Vir pius, probus, eruditus, proprietatisq; nostræ nativæ linguæ studiosissimus: quod & tabula latina ab eo scripta typisq; expressa, probat. Eam nonnullis cũ exemplis linguæ nostratis & observationibus auctam de Generibus, & numeris imprimis autem dualium Participij &c. Collinus suæ Grammaticæ inseruit cognitu dignissimam præsertim Clericis &c.

XXX. Octo-

A. D. 1357. Θ. Dominus Zbynco Filius Domini Zbynconis de Hazemburg: Thomæus.

A. D. 1396. (alij contrà 1395. Iohannes de Thurocz circa D. Michaëlis, acta hæc scribit) Sigismundus rex Vngariæ, Regis VVinceslavvi frater germanus: Baiazete damna inferente ad Constantinopolim, coactis copijs orbis Christiani principū atq; regum ingentibus, infeliciter pugnat cum Turcis ad Nicopolim, cæso eius maxima ex parte exercitu, per temeritatem, ut pleriq; scribunt, Gallorum, qui pugnæ initium imprudentes fecerunt, non expectato universarum regis copiarum ordine instructo, & Vngaris bellandi Francorum seu Gallorum usum ignorantibus. Rex Sigismundus navis ministerio est servatus. Scribit Magister de Thurocz in suis Chronicis Vngaricis: cum Sigismundo potentia Turcarum Imperatoris & apparatus belli ingens esset per legatos nunciatus, dixisse ipsum inter cætera: quid (inquit) metuendus est nobis iste homo: Vastum si Cælorum super nos pondus rueret, ipsi illud nostris, quas gerimus, hastis, ne læderemur, sustentare possemus. &c.

Anno Domini: 1249. Vilhelmus, filius Florentij Comitis non multò antè à quibusdam principibus in Regem Romanorum electus: hoc die venit Aquisgranum ad coronationem, cui & Præmyslus Ottogarus rex Boëmiæ cum suis interfuit, nec tantum interfuit, verùm & coronam argenteam, de consensu archiepiscopi Coloniensis, capiti regis imposuit. Tritemius, in Chron: Hirschaug:

A. D. 1420. Interregni Secundo, Sigismundus Cæsar ad castrum novum, vulgò Kundraticze dictum, uno milliare distans à VVyssebrado, ad prandium cum suo exercitu veniens, timuit eodem die in Pragenses irruere, maiorem gentem Baronum de Moravia expectando: qui de vespere similiter ad Novum Castrum venientes, in sylva ibidem per noctem in armis quieverunt, ut sic omnes in crastino essent parati ad repellendum de campo Pragenses cum omnibus eis auxilium præstantibus: Fecit autem Rex eadem nocte cartulam ad stipendiarios suos in castro Pragensi D. VVinceslavi existentes, ut in crastino mane sint in suis armis parati, & de castro descendentes Turrim seu Domum Ducis Saxoniæ (in minore urbe Pragensi) impugnent, &, si poterunt, etiam succendant: quòd eodem tempore eademq; hora & ipse cum multitudine gentium, quæ sibi de vespera in auxilium venit, Pragenses velit de campo repellere &c. M. L.

A. D. 1432. Przibik Klenovvsky, Zmrzlikovve, item Glatoviensis, Domazlicensis, Mysensis, & Suticensis rerumpublicarum miles, hoc die obsidione cingunt arcem Lopatam,

Lopatam, quam pòst & in Bacchanalibus ceperunt &c. Hagecus.

A. D. 1570. Θ. *Ioannes Cuttilius, Curius, Baccal. & Ludimoderator Chrudimænus.*

Epitaphium eius hoc est.

Officiȷ̈ cursum solers tibi, Chruda, peregi,
Dum pueris dixi χρήσιμα πολλά *tuis.*
Tu si nil aliud poteris mihi reddere, saltem
Hæc, ἀυτῷ μεγάλη *dic tria verba* λάσις.
Duchco Tugur Czasl.

Om-

Nouember.

Habet dies XXXI. Luna verò XXIX.
Dies habet horas IX. Nox verò XV.

I. Novemb. Kal. Novem.

Anno Domini: 1085. Publicæ sunt ab Iaremiro, aliâs Gebhardo episcopo Pragensis Ecclesiæ, supplicationes institutæ, ad placandam Numinis divini iram, & avertendum, qui tum in Boëmia atrociter per capita hominum grassabatur, morbum popularem. Hag.

A. D. 1235. Imperator (Fridericus II. Barbaroßa sive Ahenobardus) conventum principum habuit Augustæ VVindelechorum, ubi rex Boëmiæ (VVenceslaus eius nominis primus) adfuit, recipiens ab ipso Imperatore decem millia marcarum pro parte Ducatûs Sveviæ, quæ iure hæreditario ad suam devoluta fuerat uxorem. (Ea uxor VVenceslavvi fuit Cunegundis, filia Philippi Cæsaris ex Irena sive Maria, antea Ottoni à VVitelspach pacta). Hæc Ioannes Trite: in Chron: monasterij Hirschau.

A. D. 1250. (Pulk 1249.) Przemyslaus, filius Regis VVenceslai dimittitur ex custodia Prindana, in qua aliquandiu detinebatur, eò, quòd instinctu quorundam patri rebellasset, armaq; in eum sumsisset, &c. Consultores mandatu regio, affecti supplicio, nempè publicè in monte Petrino, fractis assere, de more eius temporis, illorum cervicibus.

A. D.

A. D. 1308. Henricus E. N. VII. Comes Lucemburgensis, Henrici filius, Ioannis regis Boëmiæ, pater, Karoli IV. avus, Sigismundi Imperatoris proavus, Francofurdi ad Mœnum creatus est rex Romanorum: autoribus, Cuspiniano, Peucero, Munstero, Aventino, Iacobo VVimphelingo, On: Panuinio in Fastis, quanquam in Chronico Ecclesiastico habet 8. Kal. Xbris.

A. D. 1310. Ioannes, Henrici VII. Romanorum Imperatoris filius, Karoli IV. pater, (profecturus ad capessendum regnum, quod à patre antea in feudo accepit, in Boëmiam) circa Radensfurth transivit, sed vadum difficulter superavit. Chr: A. R.

A. D. 1368. Elissabetha, quarta Caroli IV. Imperatoris Romanorum, Boëmiæq; Regis, uxor, Romæ coronatur. Karolo IV. marito eidem solennitati præsente, triumq; millium equitatu stipato. Ibi Carolus IV. duos menses exegit, usq; ad Natalem Domini durans, Hag:

A. D. 1414. Præfinitus est huius diei terminus ad celebrandum concilium generale per Papam Ioannem 23. & Sigismundum Romanorum Imperatorem, Vngariæq; regem, idq; in Constantia civitate Sveviæ. Ea synodus Ecclesiasticorum duravit usq; ad 1418. annum. Magister Laurentius.

A. D. 1420. Sigismundus Cæsar suis maximis copijs à Pragensibus, & Thaboritis &c. sub VVyssegrada arce ad D. Pangracium fugatus, cæsus, victus. Eo in conflictu ad 24. Barones Boëmiæ & Moraviæ, fortiter pugnantes, occubuerunt: fuitq; ut M. Laurentius in suo Chr nico su-

bijcit, eodem die ventus validus, & frigidißimus, qui plus armatis militibus, quàm togatis pedestribus nocebat. Apparuitq; columna in aëre, admodum iridis colorata, quā plurimi aspicientes, mirabantur, quid significaret. Hæc M. Laurentius, qui eo tempore vixit.

A. D. 1540. Ex Saxoniâ Pragā est reversus M Matt. Coll: hora 22. pro qua re agit gratias suo Deo, eumq; precatur supplex, ut hic suus in Patriam reditus sit ipsi faustus ac felix propter gloriam D. N. I. C. & utilitatem patriæ sibi caris. &c.

A. D. 1450. Georgius Podebradius, Baro Boëmicus, in synodo ordinum regni Boëmiæ declaratur & promulgatur eiusdem regni Gubernatôr, ad puberes Ladislavi Boëmiæ regis, annos.

A. D. 1575. Rudolphus eius Nominis II Maximiliani II filius. Ferdinandi I. Nepos, ex inclyta Austriacorum domo prognatus &c. designatur Romanorum Germaniæq; Cæsar Imperator P. F. Aug: Eundem annum exprimunt hæ notæ numerales: RVDOLPHVS REX ROMANVS. Extat de eodem (præter Acrostichides Davidi Criniti) hoc epigramma Th. M. Lym in persona Maximiliani II. Patris &c.

Cæsaribus proauis, & avo, patruoq; patriq;
Succeßi Austriadûm Nonus, in Imperio,
At qui succedit Decimus, mea vita RVDOLPHVS
AVGVSTVS, nostro en IMPERAT ORbe potens.

II. Novem-

A. D. 711. anno mundi, ut Funccius. 4660. Stephano II. (secundum Blondum) Pontifice Romano: Leontio orientis Imperatore: Chuniberto Longobardorum: Hildeberto Galliæ rege: Przæmyslao primo Duce Boëmiæ, (die silentio præteritâ, nos id ita dubium, parumq; adhuc compertum, ad huius mensis initium reijciendum esse duximus.) iuxta supputationem quorundam Genethliacorum: Antiqua seu maior urbs fundatur, cui Lybussa, Præmysli Ducis Boëmiæ coniunx, Praga (Latini h. in g. elementum de Polonico Idiomatismo immutato, Pragam enunciant.) a limine: Prah enim Slavinica seu Heneta linguâ, Latinè limen significat: nomen indidit. Cuthenus. De causa Pragæ fundatæ Hagecus & Dubravius. item AEn. Sylvius ex Chronico Boleslaviensi, & alijs vetustis annalibus, scribunt. Ab ingressu Czechi in Boëmiā ad conditā urbem Pragā fluxerunt anni, secundum Cuth. 162.

A. D. 1420. Post eam, quæ hesterno die contigit, stragem, arx VVyssegrada à furente plebe devastatur, &c. Cuthenus, Hagecus, M. Laurentius, Dubrav. AEn: Sylvius.

A. D. 1480. Presbyter Michaël, de quo suprà, multis modis in carcere Carolosteinensi excruciatur, & enecatus exhalat animam. De eo extat, cum Latino tum Vernaculo sermone scripta, quam habemus, narratio.

A. D. 1507. Emigravit ex hac vita presbyter Ioannes, cognomento Bechynka: Theologus & verbi Dei prædicator fidelis: vitæq; innocentiâ conspicuus. De eius viri ex hac vita excessu habetur narratiuncula: item conciones non paucæ manuscriptæ, lectu non indignæ.

A. D. 962. Nix in Boëmiæ profunda, ità quidem, ut non patuißet exitus hominibus ex domibus, urbibus, pagis, feris è ſyluis: Pòſt liqueſcit ſubitò XI eiuſdem menſis die, & ſequitur inundatio maxima, unde à fluminibus, fluvijs, fluentis damna ſunt illata plurima. &c.

A. D. 1414. M. Iohannes Hußius ingreditur Conſtantiam ad Concilium œcumenicum, idq; frequentißimum; evocatus, & literis publicæ fidei à Sigiſmundo Imperatore munitus. Diverſatur apud honeſtam viduam, nomine Fidam.

A. D. 1420. Is fuit dies Dominicus: Thaboritarum Pragenſiumq; copiæ triumphum celebrantes, factaq; ſolenni proceßione ex arce VVyſſegrada profectæ usq; in campum Martium (na Bogiſſtě) ad D. Pancracium, ubi nudiustertius de ſuis hoſtibus obtinuerunt victoriam, Deo victoriæ largitori agunt gratias; ἐπινικιόν, piosq; concinentes hymnos atq; cantilenas linguâ vernacula à ſuis maioribus compoſitas. Hag. Cuth.

A. D. 1453. Ladiſlaus Rex creat Senatum in Vrbibus Pragenſibus. &c.

A. D. 1527. Ferdinandus I. coronatur rex Vngariæ. Sambucus. &c. Abrahamus Bakſſaius habet 28 VIIIbris: mſ. ſeptimum Novembris.

A. D. 1038. * *Iaromirus Dux Boëmiæ, cognomento Cæcus, instinctu Versoviciorum, qui ad Boëmiæ Ducatum aspirabant, à Cochano VVerschovicense (quem & Ravvitam nominat Cromerus) quam levaret ventrem per insidias dolosè crudeliterq; interficitur. Cosmas. Simili genere mortis sublatus esse è vivis scribitur Antonius Imperator. &c. Fuit hic Iaromyrus filius Boleslavvi eius Nominis tertij, Ducis Boëmiæ Boleslavvi II. nepos. Cochanus, qui tam nefariam cædem patravit, paulopòst dignum suo facinore luit supplicium. De quo Cosmas, Hagecus, Dubravius,*

* de die dissensio est

A. D. 1108. Svvatopluk, cùm festinasset in opaca nocte per sylvam, ardens latenter subigere (adoriri) inimicum Colomannum regem Vngariæ, invadentem Moraviam, & cum eo in crastinum commitere pugnam, inter tot millia militum secum festinantium, (mira res) ipsius Ducis in pupilla oculi, malè prominens præcisus ramus, tam fortiter fixus est, ut surculo vix eruto simul, oculo seminecem tollerent ducem. Itaq; eo tristi casu factum est, ut dux æger unà cum suo exercitu mœsto ad propria reverti cogeretur. Cosm.

A. D. 1240. ut Cos: Pulk: & Hag: (quidam ms. habent 1230. ita & Luciani ms.) ✝. Constantia regina Boëmiæ, coniunx olim regis Przemysli antiqui (senioris) fuit soror (Pulkavva: filia) Belæ regis Vngariæ. Mater VVenceslavvi regis Boëmiæ. Sepulta in Cœnobio Tyßnovv, quod extruxit situm in Moravia. Scribitur &

Tyrna-

Tyrnaviam in Vngaria aut condidisse, aut restaurasse & mœnibus latericijs cinxisse. Suscepit ex ea Przemysl liberos mares: VVenceslavum regem Boëmiæ hæredem & successorem, & Przemyslum, post creatum Marchionem Moraviæ: Filias tres: videlicet Bozislavvam, elocatam Duci Carinthiæ: Annam Duci Poloniæ, & Agnetem, quæ Friderici Imperatoris repudians connubium, claustro. S. Francisci se mancipavit. an: 1233, (sumens habitum pauperum dominarum, ubi & sepulta est. ms.

A. D. 1419. Pragensium exercitus fert suppetias Thaboritis, quos Barones & officiales Regij, Pragam tendentes, adoriebantur: Prælium ab vtrisq; consertum ad Domum Ducis Saxoniæ in Minore Vrbe Pragense, & in aditu pontis VVltavvæ impositi: Victores evadunt Pragenses aq; Thaboritæ, fuitq; nox illa, (ut M. Laurentius ait) multis nox tribulationis, & angustiæ, nox mœsticiæ & luctus, novißimo quasi diei aßimilata: tantopere, ut Sophia regina de castro Pragensi aliò se conferre cogeretur.

A. D. 1438. In Maiore Vrbe Pragensi fundatur Collegium Reczek. (Vniversitatis Pragensis) a Iohanne de Ledecz, cognomento Reczek, cive Antiquæ Pragæ, eiusdemq; Reipublicæ senatûs quondam Primate.

A. D. 1531. Nascitur generosa puella virgo Anna inclytæ domûs ab Hasemburg. &c. Dessen: Sen:

V. Novemb.

A D. 1344. Sol deliquium passus. Franciscus. Iohannes Rex vastat Poloniam

A. D. 1370. Θ. ex equo delapsus in venatione Cazymirus rex Poloniæ: is fuit avus Elizabethæ, quartæ numero uxoris Caroli IIII, matris Sigismundi Romanorum Cæsaris. Huius Regis occasu occidit etiam vetus prosapia regum Sarmatiorum. Successorem in regno Polonico habuit sororis suæ filium, Ludovicum regem Pannoniæ, patrem Mariæ prioris coniugis Sigismundi.

A. D. 1419. Post festum Omnium Sanctorum, facto prandio, communitas Antiquæ & Novæ civitatis Pragensis, manu armatâ Parvam Partem. (Minorem Civitatem) iterum invadunt, & certamine cum regalibus (Sigismundi Imperatoris) inito, parte ex utraq; aliqui occiduntur. Suntq; eo die tàm per regales, quàm per Pragenses multa damna in eadem civitate facta. M. Laurentius.

A. D. 1420. Sigismundus Imperator ulturus stragem suorum ad VVyssegradum acceptam, vastat agrum Podebradianum, Victorini à Cunstat, qui fuit unus ex præfectis exercitûs Pragensium & Thaboritarum. Tum & Hynconi de Podiebrad cepit rex villas eorum inhumaniter comburere, & pauperes spoliare. Quâ iniuriâ communi irritatus Boczko iuvenis, à Sigismundo, cui priùs militabat, defecit, seq; Pragensibus coniunxit. Ita (subdit M. Laurentius (qui antea fuerat communionis sub utraq; specie persecutor, effectus est eiusdem strenuus defensor & promotor.

A D.

A. D. 1425. fortiter in prælio N. dimicantes ceciderunt: nobilis & generosus VVilhelmus Kostka de Postupicz, & Milota de Notijkovv, atq; Petrus cognomine Zul. Inscrip. Iakobæa.

A. D. 1432. ☉. honesta & generosa matrona N. à VVartemberga, uxor Domini Aleßij (Alexij) de Kosti: mater atq; tutrix egenorum & pauperum. M S.

A. D. 1435. fuit obscuratio Lunæ, sequuta sunt certamina synodi Basiliensis cum Græca Ecclesia. &c. mſ.

A. D. 1419. In die Leonhardi. Thaboritæ, quorum fuerunt ad quatuor millia pugna ad Kninum oppidulum cum regalibus (Sigismundi regis exercitu) commissa, eo in prælio superiores evadunt. Thaboritarum hi erant Seniores (præfecti): Dominus Brzenko de SSvvihovv, Chvval de Machovv, aliâs de Rzepicze, & Kunaß huius frater germanus. Regijs verò copijs præerant Dominus Petrus de SSterneberg. D. Ptacziek de Rattay: Ioannes nominatus Svvidnicky: Coldicz cum filijs D: Michalconis de Michelsperg, & VVenceslavus Doninsky Iudex (prætor) de Montibus Cuthnis. M. Lauren:

A. D. 1487. ⊖. Iohannes de Radicze, civis antiquæ urbis Pragensis, & eiusdem Reipublicæ quondam Marescalcus.

A. D. 1510. ⊖. Dominus Victorinus de Ronovva, Baro Boëmiæ; strenuus defensor calicis Domini, eiusq; sacro sanctæ Veritatis; quam ei laudem scriptor eius temporis tribuit.

A. D. 1514. Cives Antiquæ & Novæ Vrbium Pragensium, ipsi creant sibi Senatum: à quo illorum archigrammateus exegit iusiurandum. Id egisse de Privilegio & immunitate VVladislavvi regis scribuntur: quòd ijs Rebuspublicis tum rex contulit, quum ipsi Pragenses suppetias, misso milite adversus Cruciferos, in Vngaria tumultuantes opportuno tempore tulissent. De quo prolixiùs Hagecus & Dubravius.

A. D. 1348. Carolus IV, & rex Bohemiæ hoc die ingressus est VVratislaviam regiâ pompâ: quo tempore à Nicolao principe Monsterbergensi, filio Boleslavvi, emit Francosteinum. Cureus.

A. D. 1439. Post obitum M. Christiani sive Christanni,, concilio Sacerdotum in Curia Antiquæ Pragæ habito, designantur Administratores in Spiritualibus Consistorij Pragensis, sub utraq; specie Cœnam Domini sumentium: &c, Magister Przibram & Magister Procopius de Plzna. Hagecus.

A. D. 1516. Pragæ in vico Iudæorum tres domus conflagrârunt incendio: Quâ occasione nonnulli ex plebe cœperunt in Iudæos tumultuari, eorumq; bona diripere. Sed ea vulgi turbatio opportunè Senatûs Pragensis authoritate repressa atq; sedata est. Insignis hic annus habetur & morte VVladislavvi, Vngariæ & Boëmiæ regis.

A. D. 1570. Fœmina quædam prægnans, animi mœrore desiliens ex ponte imposito VVltavvæ, vitam sibi ademit. Ne nos, ô Pater, inducas in tentationem.

Anno Domini: 1414. Hora tertiarum, vel quaſi, Sigiſmundus Rex unà cum Domina Barbara, legitima ſua, Aquisgrani fuit coronatus. Ephemer: SSindel. Sed ſunt, qui ab hac die; notatione diſſentiunt.

A. D. 1462. Georgius Rex Boëmiæ, hoc die Pragâ eſt egreſſus, ſuppetias laturus Friderico E. N. III. &c. quē tum Viennæ frater eius urgebat obſidione. &c. de his & noſtri annales & Volfangus Lazius in Genealogia Auſtriaca ſcribit copioſiſsimè.

A. D. 1472. Die feſto quatuor Coronatorum ☉. inclytus Dominus Iohannes de Roſemberg, filius Domini Vlrici de Roſenberg. Sepultus honorificè in Cœnobio Altivadenſe ſuorum maiorum conditorijs. Habuit in matrimonio uxorem nomine Annam, filiam Principis Sileſiæ, Ducis Freyſtadienſis. Cochlæus.

A. D. 1558. Ferdinandus, recèns deſignatus Romanorum Cæſar, Pragam ingreſſus: eſt ab Ordinibus Regni, honorificè atq; ſplendidè inſtructâ pompâ, exceptus, cuius deſcriptio à Matthæo Collino, & Martino Cutheno, alijsq; eruditis viris inſtituta Latino ſermone Pragæ eſt quoq; expreſſa typis Melantrichianis. Eidem novo Imper. gratulationis ergô, Citharæ multiformi genere metrr. effigiatæ, Th. Mitis Lym. obtulit TYPUM, cuius acroſtichides his Adonicis conſtabant:

FERDINIANDE, CAESAR IN ORBE
VIVE PROBATVS.

In Electionem Ferdinandi I. ac obitum Caroli V. CaS.
ETEOSTICHON.

CAROLVS in cœlo, FERDNANDVS vivit in orbe:
Plausibili fruitur Cæsar uterq; statu.
G. Handschius D. M,

A. D. 1572. (variant de die apparitionis) Stella nova in imagine Cassiopeæ effulsit, & duravit ferè menses 15, de quâ extant iudicia Mathematicorum, scriptaq; cùm exterorum, tùm domesticorum, plurium : utpote ; quod quidem nos sciamus: Cornelij Gemmæ, Lovaniensis: Thomæ Diggesei, Angli : Tychonis Brahæ, Dani : Cypriani Leovvicij : Thaddæi Hageci ab Hayk : Petri Codicilli, Bohemorum.

✠ recens verò inauguratus Rhomann. Imperator P. F. A. ingreditur Pragam sedem regiam; honorificentissimè instructâ pompâ ab Illustr. Ferdinando filio Archiduce Austriæ, perq; id tempus in Boëmia Suæ Imperat. Maiest. Vicario, & omnib. Regni Boëmiæ Ordinibus, debita cum congratulatione plausuq; exceptus. Extat ea pompa à M. Collino & M. Cutheno descripta, typisq; Georgij Melantrichi ab Aventino &c: P. M. Pragæ expressa.

IX. Novem-

A D. 1037. * Vdalricus I. Dux Boëmiæ, Brzetislavvi Ducis pater, Boleslavvi, E.N. III. Ducis Boëmiæ filius; infirmitate & senio aggravatus, feliciter vitam finit, &

* Pulk. L. habet contra Cosmā 1030 librarij fortasse mendo.

Linquens terrena, captat cœlestia regna. Cos.

Sepultus in arce Pragensi, phano D. Georgij. Præfuit rebus Boëmicis anno 35. Vir prudens, sagax, & iusti, atq; veri tenax. ms. Ei surrogatur Brzetislavus filius, E. N. I: Dux Boëmiæ 17.

A. D. 1577. Cometes, hoc primùm die (qui fuit sabbatum, antecedens D. Martini ferias nostrate supputatione) Pragæ conspectus apparuit. De eo extant in publicum edita & nostrorum scripta quæ quidem vidissemus: nimirùm Doctoris Thaddæi Nemici ab Hagek; & M. Petri Codicilli à Tulechovva. &c. VV. PP.

A. D. 1431. ab obitu verò Zisçæ, Ducis copiarū Thaboriticarum, anno 7: Orphani magnâ vi atq; manu invadunt Vngariam, & ultra Vagum flumen usq; progrediuntur. Conserto autem cum Vngaris prælio; locorum & itinerum malignitate inferiores existunt. Hærentes enim ipsi unà cum plaustris onustis & impedimentis quoq; in locis cœnosis ac humidis, eòq; minùs idoneis ad congrediendum dimicandumq;, subitam hostium irruptionem & impreßionem non satis commodè reprimere, seseq; armis tegere, & vim irruentium arcere poterant. &c. De ea Orphanorum in Pannoniæ agrum expeditione habetur narratiuncula, Bohemico sermone conscripta.

A. D. 1558. Ferdinandus, rex Hungariæ, Bohemiæq;

A. D. 922. Corpus Divæ Lidmilæ (quam Aventinus Laodamiā Græcanicâ appellatione vocat: Cosmas, (Pulkavva, Marignola: item exteri Ludmillam; i in u per suum idiotismum immutato; & altero l interiecto) Ducissæ & martyris Boëmicæ, mandatu D. VVenceslavvi, Ducis quoq; Boëmici, & ipsius Lidmilæ nepotis; ex castro Tetino (non longè à Beronâ oppido dissito) Pragam magna cum devotione transfertur, & in æde D. Georgij arcis Pragensis, sepulturæ traditum conditur: quod & incorruptum in sarcophago fuerat repertum: Anno à martyrio eius, secundo.

A. D 1444. anno mundi 5406. Eugenio Quarto, P. M. Friderico III; Archiduce Austriæ, Romm. Imper. Carolo VII, Galliæ: Iohanne II, Castellæ: Ladislavvo Boëmiæ, & Vngariæ: Henrico VI Anglorum, regib. Europæis. Amurate VI Mahometi F. Turcarum tyranno. Pridie Martiaiarum feriarum pugna: & cum Turca luctuosa clades VVladislavvi, Vngariæ Poloniæq; regis ad oppidum Varnam, non procul à Nicopoli dissitum: Ea Rupti, quod cum Turca initum fuit, iureq; iurando firmati fœderis divinitûs inflicta pœna censebatur.

Ah miser: etsi quis primò periuria cœlet:
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

De ea pugna passim extant, & quidem fusissimæ, historicorum narrationes: Non multò antè, vid: A. D. 1440. ars imprimendi libros Moguntiæ inventa à Iohanne Faustio. Mass. Quidā Gutenbergiū vocant, &c. De typographia scribit inter alios & Polyd. Verger. de Inuentorib. rerum.

A. D 1402. VVenceslavus Rex Boëmiæ: altera vice ex custodia Vienensi elapsus, inq; Boëmiam reversus, hoc die arcem VVissegradam, quæ tunc in possessione Pragensium fuit, capit & occupat, captoq; arcis præfecto, quosdam ex Pragensibus ad sese, sed nomine capitanei VVissegradensis citat, citatos capite plectit ms.

A. D. 1420. (nonnullis sequente die) Zizka, suorum militum facta impreßione capit Prachaticium, regulorũ à Rosis oppidum ubi ad 230. (Hagecus ad 258.) viri partim trucidati miserabiliter, partim exusti: oppidum subiecto igne vastatum; mulieribus tamen & pueris, vita condonata, ex oppido emigrare jußis. Ei sæviciæ scribit M. Laurentius Prachaticios ansam præbuisse, quum Ziscæ, deditionem postulanti, & pacem offerenti, obseßi insolenter admodumq; superbè & contumeliosè respondissent &c. Chronicon Laur: & Hagec:

A. D. 1422. (Hagecus diem sequentem) Sigismundus, aliâs Coributhus Dux Lithvaniæ, eiusq; commilitones, Karolostænæ arcis, quæ ad octo menses fuit obsessa, re infecta, solvunt obsidionem. Cuthenus, Hagecus, Dubravius, AEneas Sylvius.

A. D. 1437. Sigismundus Cæsar morbo correptus atq; languens: unà cum uxore totaq; aulâ suâ hoc die Pragâ egressus contendit in Vngariam: sed non multò pòst Olomucij in Moravia moritur &c. ut infrà pluribus dicetur.

A. D. 1446. Anno, post obitum Alberti regis Boëmiæ, interregni septimo, conventus Ordinum regni Boemiæ, &

Marchionatûs Moraviæ, atq; Ducatûs Silesiæ Pragæ habitus frequentißimus: ubi id primarium, communi consensu est decretum, ut legatio ad Imperatorem institueretur, & Ladislaus Rex hæres Boëmiæ, ad regni gubernationem deposceretur. &c. ms.

A. D. 1459. Georgius Rex filiam suam Sidoniam, (quæ vulgò Zdena est nominata) despondet Alberto Duci Misniæ, Friderici II. Electoris filio. Sponsalia ad hos dies facta in nobili oppido Egra, & rege & regina Boëmiæ præsentibus: inde & splendido comitatu deportatur in Misniam. &c. ZOENA: pro ZDENA: & Bodobrat: pro Podebrad; perperam, hauddubie typi vitio, est in Kalendario Eberi postremæ editionis impressum.

Anno Domini: 1375. Die festo Martyrum Boëmorum, quinq; numero fratrum D. Alberti (à paganis pro fide Christi occisorum anno 1004. Hag:) ☉. *Iohannes Marchio Moraviæ: Iohannis Regis Boëmiæ filius, Caroli IV. frater germanus. Reliquit duos filios superstites: Iodocum seu Iustum, Romanorum Regem, & Procopium, inter quos, ut patruos suos, Carolus IIII à morte fratris sui Marchionatum Moraviæ, ab uno in alterum devolutione futurâ, est dispartitus.*

*A. D. 1409. VVenceslao Romanorum & Boëmiæ rege: Friderico I. Bellicoso, Landgravio Turingiæ, & Marchione Misnense: solenni ritu introducta & inchoata est Academia * Lipsensis, colonia Pragensis Academiæ: Iohanne Ottone Munsterbergio, primo eius rectore & Collegij Mariani fundatore. P. Eber: & G. Fabr:* * Lipsia.

A. D. 1421. Facta congregatione (conventu) Magistrorum Pragensium & Sacerdotum in Collegio Karoli, lecti sunt & promulgati articuli, per Magistrum Iacobũ de Myza & Magistrum Petrum Englisch conscripti eo fine, ut errores, si qui pullulârunt, reprimerentur. Sunt numero septem, quos M. Laur: in suo Chronico recẽset.

A. D. 1421. Viasilco, (fortè Basilius) Sigismundi Coributi frater sub ipsam iam obsidionis Carolestianæ solutionem, exonerato ex arce tormento maiore perimitur. Hagec.

AD. 1475. Iohanna, gente Rosmitalensis: Georgij Boëmiæ Regis, uxor secunda, in oppido Mielnik, suo dotali

tali ☉. ibidem post duos dies sepulta, secundum Cuthenum & inscriptionem sepulchralem: quanquam Hagecus, Pragam deportatam, inq; basilica D. Viti inhumatam fuisse scribat, quod in medio relinquimus; fidem inscriptionis, quæ etiamnum hodie extat, sequentes.

A. D. 1489. Feriâ secundâ, post festo D. Martini, sole occidente, fuit corruscatio cum tonitru & fulmine, & validâ ventorum procellâ, contra eius partis anni constitutionem. ms. VVrzeßovicianum.

A. D. 1496. ☉. Dominus Nicolaus filius Iohannis Antiqui Leporis, febre pestilentiali correptus. ms.

A. D. 1558. Nascitur Maximylianus, Maximiliani, E. N. II. Imperatoris & regis Boëmiæ, filius.

A. D. 1543. Vitebergæ vitam finivit, ipso die S. Martini, Matthæus Aurogallus Conmutoviensis, Bohemus, Hebrææ Græcæ & Latinæ lingg. peritiS: posteaquam illic egisset Professorem & Acad. Rectorem.

Eius tale est epitaphion.

Qui triplici citharam plectro pulsare sciebat,
Et triplices una fundere voce sonos,
Aureus hoc tristi gallus sepelitur in antro
Inq; solum cristas deijcit ille suas.
Illo defuncto sacrâ mysteria linguâ
Obliviscetur Saxonis ora loqui. M. Coll.

A. D. 1578. fer. 6. post festum S. Martini, honorab. Sac. Gallus Altæmythenus, in Veteri Praga Pastor ad D. Martini 37. annos & paulò minùs Consistorij Pragensis assessor piè ☉. & sepultus est in AEde &c. hac inscrip.

Hic

Hic Gallus venerabilis sacerdos,
Sacræ Pastor, at huius ædis annos
Septem, terq; decem, situs quiescit
In spe non dubiâ excitationis
Ad vitæ alterius fruitionem
CHRISTI demerito immolationis:
Quem constanter amabat & sonabat
Longævus populi pater fidelis,
Et custos vigilans ovilis IAE.
Cunas præbuit Altamytta alumno:
Bustum Praga Nova & Vetus sepulto.
Consistorio in eius eminebat
(Antiquissimus ordinis sacrati
Patrum) consilij fidelitate,
Ac usu, experientiâve rerum:
Fori spiritualis adiuvando
Rem lustra octo, tribus tamen sine annis.
Quas frugalis, amicus atq; amicis
Vbi acquisijt, has opes reliquit
Hic Gallus venerabilis sacerdos.

Th. M. Lyn.

Anno Domini : 1420. Coranda presbyter & Magister auxilio & præsidio quorundam Thaborensium liberatur carcere Przibenicensi, in quo ultra tres menses fuerat detentus. &c. ms.

A. D. 1420. (ms. 1421.) Præfinita dies hæc ad pacificationem reginæ Sophiæ Dominiq; Czenkonis de VVartenberga, aliorumq; Romanæ partis: & Pragensium atq; Taboritarum : Pactæ igitur sunt inter utrosq; induciæ ad D. Georgij proximè venturi festum : pignusq; dictum quinquaginta millia florenorum, si alterutra partium eiusmodi pactis non stetisset: regina adhæc atq; Czenko receperunt se legem Dei, Calicisq; participationem pro virili esse defensuros. &c. ms. ex M. L.

A. D. 1457. Per hos dies visus Cometes ad Septentrionem: alter ab illo, qui prius conspiciebatur circa ferias Pentecostes eiusdem anni. M. Nicolaus Pragensis, peritus Mathematicus, eo viso, multis astantibus: vereor, inquit, ne nobis Ladislaus, iuvenis præclarus, & elegans, inopinâ atq; insperata, vel inusitata etiam, subitaq; morte pereat. Extitit autem verus vates. Nam Rex decimo ab hoc elapso die, præter spem, cum dolore omnium maximo Pragæ ex hac vita subitò decessit. Hac de re & suprà dictum, variantibus nimirum de die scriptoribus.

A. D. 1455. ☉. Iohannes de Rabenstein, Decretorum Doctor : factus per Regem (Ladislaum) præpositus Ecclesiæ VVyssegradensis, extra mœnia Pragæ. Decessit decem diebus ante obitum Regis Ladislai. Hæc Cochlæus.

A. D. 1509. Reginæ Hradecij suborto incendio, ades 22. unà cum turri atq; campanis deflagrarunt. Hagecius.

A. D. 1559. Neapoli in Austria nascitur Albertus, Cæsaris Maximiliani Secundi filius in serie Sextus, Archidux Austriæ.

ETEOSTICHON.

Dux satus ex alto vivis, Alberte, cruore,
Sol Chironis adit signa ubi Peliaci.
David Crinitus.

ALIUD.

Excipit ut Chiron, Ducis in sua tecta quadrigas,
Ponitur Albertus nobile ventris onus. B. S.

A. D. 1575. Magna, tetra, & horribilis corporis solaris obscuratio. Nec multò post, altero nimirum insequente mense, ⊖. Selimus, Turcorum Imperator. &c.

XIIII. Novemb.

A. D. 1266. Hedvigis, Berdoldi, Ducis Mœraniæ (Quæ regio antè Nariſcorum, nunc Voytlandia nominatur.) Carinthiæ, Iſtriæq́ʒ, & Agnetis natæ ex Marchionibus Auſtriacis filia, Dux Sileſiæ à Clemente IIII pontifice Romano in numerum divorum refertur. mſ. & Cureus.

A. D. 1283. Lucardis, uxor Præmyſli Ducis Poloniæ, à pediſſequis ſuis iugulatur, &c. Cromerus. Fuit hic annus Boëmiæ gravis fame atqʒ inediâ: nam (quod propè fidem excedit) cum incolæ facultates emendis cibarijs exhauſiſſent, eo tandem fuiſſe deventum, ut eos, qui ad ſe diverterunt, hoſpites clam iugularent, &, fame compulſi, coquerent, itaq́ʒ abſumerent, humanis atqʒ adeò ſuorum hoſpitum carnibus veſcentes, Hagecus.

Chronicon verò Boleſlavienſe ait, pleroſq́ʒ parentes & propriorum liberorum carnibus fuiſſe uſos. non multò autem pòſt à tam atroci fame conſecutam eſſe peſtem validiſsimam. In ſequenti porrò anno tantam, pòſt annonæ caritatem, vilitatem extitiſſe, ut modius ſiliginis 6. (ſex nummi ſeu obuli, quos vulgò vocant parvos: efficiunt quatuor obulos Germanicos, id eſt, cruciferū.) nummis Boëmicis væniret. Idem Boleſlavienſe Chronicon.

A. D. 1420. Congregatâ communitate Pragenſium, cum Capitaneis Cruſsina, Boczkone & Hynecone dominis ac regni Baronibus, concludunt, ut legatio ſolennior, quàm antea miſſa fuerat, ad regem Poloniæ, pro acceptãdo regno, & Legis DEI defenſione expediatur: cui decreto quidam Taboritarum ſeſe oppoſuerunt, dictitantes,

eam fuisse & esse voluntatem Taboritarum, ut ne ullum alium, quàm de corpore regni Boëmiæ regem eligant: sed vicit primum suffragium. M. Lauren:

A. D. 1510. (*Alij alium diem annotant, sed nos ms. Iohannis Slechtæ VVssehrdy, qui eo tempore vixit, & Domino Bohuslavo fuit familiaris, subscribimus.*) *Vir Magnificus atq; illustris, Bohuslavus ab Hassistana & Lobcovicio, ex hac vita excessit.* (*cuius monumenta Literata, cum pedestri tum equestri oratione scripta extant, à nostro Thoma Mite publicam in lucem atq; usum edita, ex ijs, qui, & quantus is vir fuerit, non obscurè iudicare lector poterit.*

A. D. 1528. Nascitur Dominus Iaroslavus à Pernestain, Domini Iohannis maximus natu filius. ms.

A. D. 1591. nascitur "Slawkouii Moravorum" Bernhardus Polenus Benedicti Polenii, filius, circa horā 12 matutinam, de q° parens Clossi:

Imbris ubi noni septena bis affuit Eos,
Polenius vitæ jura Bernhardus init

XV Novemb.

A. D. 1279, Vt Cosmas, Thobias (quibusdam, ait Cuthenus, Thomas) præpositus Pragensis, nobili prosapia ortus, Dominus à Bechina, eligitur Episcopus Pragensis Ecclesiæ: succedit Iohanni Episcopo: vir pius & literatus: præsul Pragensis in ordine 25.

A. D. 1372. Ludovicus Rex Hungariæ, hoc die (qui fuit Dominicus, proximè insequens D. Martini festum) inauguratur rex Poloniæ. Hic Sigismundo Caroli IIII filio, puello tunc quadrimo, despondit filiam suam nomine Mariam: factum id est ante Caroli IIII obitum, anno 6.

A. D. 1574. Sepultus est Mag. Nicodemus à Paumberga patriâ Chotieborenus vir de rep: B. M. &c.

Eius istud est epitaphium.

Pragensis Studij tituli sub honore Magister
Antiquâ civis, Scribaq; in Vrbe fuit:
Eiusdem multis quoq; Cancellarius annis,
Conscriptosq; Patres inter ad usq; obitum:
Hîc à Pamberga tumulatur Nicaodemus,
Coniugibus coniux appositus geminis.
Posthuma fama viri, virtusq; exempta sepulchro
Vivit, & in CHRISTO mens rediviua cluit.

Th. M. Lym.

✠ *D. Beatrix, patrio sermone (Bohunka) gente Rosenbergensis: coniunx verò generosi ac magnifici Baronis, D. Iohannis à Lobkovicz &c. Purgravij regni Boëmiæ: fæmina lectißima. ms. S. F.*

A. D. 1103. Cùm Boleslavus Tertius Dux Poloniæ concelebraret Cracoviæ nuptias cum Zbyslava, Svatopluci Principis Kyioviensis filia; interea Spitygnevus, eius frater (uterinus) omisso convivio nuptiali, celerrimè in Boëmiam contendit, ut Boëmicum Ducem & Moraviensem ad arma, in fratrem sumenda, incitaret & extimularet.

A. D. 1384. Is dies fuit festus D. Etmundo, sive, ut alij scribunt, Edmundo: nonnulli Eadmundo: ⊖: venerabilis Dominus & Pater, Dominus Petrus de Rosenberg. Inscr.

A. D. 1514. Feriâ sextâ: Iohannes Papa eiusdem nominis 23. Constantiæ degens inchoat concilium. ms. At M. Laurentius, in die, inquit, Omnium Sanctorum incepit generale Concilium Constantiense. &c.

A. D. 1543. ⊖. Magister Briccius à Liczko &c. cuius inter cætera ingenij & scriptorum monumenta, extat & opus seu volumen Legum sive Constitutionum, quibus & Pragensis & aliæ per Bohemiam urbium sunt usæ Respublicæ. &c. Eius hoc est epitaphium. M. Ioh. Fortius Gurim.

Quem varijs preßit fortuna laboribus olim,
Vexavit livor quem sine fine furens:
Briccius hac tandem tutus sub mole quiescit,
Briccius à veteri stemmata Licsko trahens.
Incipe livor iners proprias agnoscere culpas,
Et læsum toties post sua fata dole.
Dic, bonus hic Vir erat, sed non fortuna favebat
Illi, nunc rapto det meliora DEVS. M. Coll.

A. D. 1557. Horâ diei duodecimâ deceßit Crumloviæ

A. D. 1314. Ludovicus Dux Bavariæ, à nonnullis Electoribus Imperij Romani; quorum in numero fuit & Balduinus Trevirensis archiepiscopus, & Iohannes rex Boëmiæ; designatur Imperij Cæsar Romanorum. E contrario, alij Electores, quorum à parte stetit & Rudolphus Palatiuus Rheni, præfati Ludovici, frater elegerunt Fridericum Austriæ; unde inter hos duos de principatu contendentes, tum ob principum Imperij diversa, & vero contraria studia sunt maximæ exortæ contentiones atque certamina. &c. Cuspinianus. Tritemius. De his & suprà.

A. D. 1328. Iohannes Rex opulenta cum præda reversus è bello Austriaco victor, hac die maximo comitatu Pragam ingreditur: ubi & solenni congratulatione. honorificè excipitur. &c. Hagecus, Pulk: Cuth:

A. D. 1420. Nicolaus Hus, Capitaneus Taboritarum, à Praga ad fratres suos, qui Castellum Popovvicz vallaverunt, recessit, quo acquisito ad munitionem Lestnam Domini Vinceslavvi, regis Sigismundi, supra cætero s sibi dilecti, Consiliarij, applicant, & eandem obtinere contendunt: sedtamen, necessitate urgente, Taboritas Pragam profecturos, fiunt cum Lestnensi treugæ pacis (induciæ) ad certum tempus.

A. D. 1442. Eclipsis Lunæ &c. P. Codicil: ex Sind:

A. D. 1370. VVinceslavvus, Karoli IIII F. eius nominis IIII, iam designatus & inauguratus rex Boëmiæ, ducit uxorem Ioannam filiam Alberti Ducis Bavariæ: Comitis (ut Cusp.) Hollandiæ, Hanoniæ & Selandiæ: in inclyta Imperij urbe Noriberga nuptiæ regio, splendido, atq; magnifico apparatu concelebratæ. Ioanna nonmultò pòst & Pragæ inauguratur regina Boëmiæ. &c: In quibusdam mmss. hic dies coronationis assignatur: at ea annotatio nobis non cohærere videtur. &c.

A. D. 1438. Albertus Imperator, Vngariæ & Boëmiæ rex, Pragâ in Silesiam profectus, venit VVratislaviam, ubi cum paucos dies exegisset, ex gradu prolapsus pedem fregit, ex quo ab eo ipso tempore claudus emansit. Cureus. Cuspinianus. Is casus infausti ominis loco est à plerisq; habitus.

A. D. 1062. VVratiſlavus ex Adelheita, filius VVratiſlavi primi, tum adhuc Ducis Bohemiæ deceßit impubes: Coſ.

A. D. 1231. Elißabetha, filia Andreæ regis Vngariæ: Ludovici Lantgravij Turingiæ uxor à Pontifice Romano in numerum Divorum refertur. &c. Cureus.

A. D. 1400. ☉. Elizabetha (quibuſdam & Ludmilla) Iodoci ſive Iuſti Marchionis Moraviæ: (qui fuit patruus Caroli IIII:) filia Vilhelmi Marchionis Miſniæ (Moraviæ) uxor. Tumulata in oppido Miſena, choro templi Cathedralis. G. Fabr:

A. D. 1414. Naſcitur Albertus Marchio Brandeburgenſis; cuius ſororem habuit in matrimonio. N. filius Georgij regis Boh:

A. D. 1420. Poſt diſceſſum Nicolai Hus Capitanei Taboritarum, de Praga; communitas Antiquæ Civitatis Pragenſis congregata, depoſitis Conſulibus, faventibus Taboritis, novos eligunt; & quoſdam de depoſitis ad conſulatûs apicem reſtituunt: pro qua Conſulum depoſitione fremebant quidam Pragenſes, qui de conſortio fuêre Taboritarum: Quod factum Nova Civitas cernens, convocata ſimiliter communitate, & depoſitis ſuis Conſulibus, alios concorditer eligunt in ipſorum loca. Hæc novitas cum ad aures Taboritarum, qui Leßtnam arcem obſidebant, perveniſſet, turbati cogitabant, qualiter ſuorum Conſulum, ſic ſubitò depoſitorum poßint reſtituere honorem; pro quo treugas (inducias) pacis cum Leſtnenſi ad certum tempus ſuſcipiunt. M. L. Eodem anno &

die Dn: Krußina, protunc Civitatis Pragensis Capitaneus, cùm intellexisset, quòd oporteret Pragenses saluo sub honore armorum gentes in auxilium Taboritarum ad Rziczan dirigere, officium Capitaneatus Pragen: resignat, & ad propria redit, accepta occasione, quòd inimici vellent sua bona invadere. M. L.

A. D. 1449. ☉. generosa fæmina ac Domina Domina Cunegundis à Sterneberga, uxor (prior) generosi ac magnifici Domini D. Georgij à Cunstat & Podiebrad, gubernatoris inclyti regni Boëmiæ, Inscr: Sepulta in templo Podiebradij oppidi.

A. D. 1497. Georgius Dux Saxoniæ, Alberti Ducis Saxoniæ, ex Sidonia uxore filius, Georgij regis Boëmiæ (cuius & nomen referebat) nepos: Lipsiæ hoc die celebrat nuptias, ducta in uxorem Barbara virgine puella sorore VVladislavvi, Vngariæ & Boëmiæ, regis.

A. D. 1550. Iudaica fæmina Pragæ vico Iudæorum peperit infantem, quasi galeâ cancellata caput & reliquum corpus armis equestribus obvestitum. MS. Artemis:

A. D. 1560. Emigravit ex hac vita, piè mortuus M. Adamus à Radkovva, patria Zatecensis, civis & archigrammateus Novæ Vrbis Pragensis.

ETEOSTICHON.

Radkovius tuus hic, Nova Praga, quiescit honestis,
Cui, fœcunda viris, patria Zaca fuit. I. R. Z.

De sua Conjuge Benedictus Polonius. Eteostichon abortium facientes.
Anna parit conjunx, septeno in mense, sub auris:
Sic pater in coelis, quod facit ipse facit.

A. D. 1457. Is fuit dies Dominicus, Ladiſlavus rex in morbum incidit, duobus bubonibus ad inguen ipſius erumpentibus. Manuſcriptis noſtris omnibus, quotquot mihi videre contigit, de hoc die conſentientibus. &c.

A. D. 1555. Lue peſtilentiali extinctus in domo Caroli IIII (quod vulgò Collegium magnum vocant) Θ. M. Sebaſtianus AErichalcus, natione Bohemus (Polonus apellatur perperā in Bibliotheca Geſneriana, recuſa: Quod nō mirum, relatione ſeu famâ de noſtris hominibus apud exteros tam remota.) patria (Przeſticium oppidum eſt; à Tuſta quatuor, à Praga miliaribus diſtās XI.) Præſticenus: publicus in Academia profeſſor: ac Domûs Carolina, ſenior: Vir pietate & eruditione, græcæq; linguæ, cognitione præſtans, Sepultus in fano Bethlehemitico. Non pauca reliquit ſui ingenij monumenta: quorum pars edita, typisq; ſunt expreſſa: ut Argumenta in duas priores Terentij Comedias: Carmen Heroicum de affectibus, à Philippo Melanchthone deſcriptis. Oratio Virgiliana Annæ ſororis Didonis, reddita Paraphraſi pedeſtri, &c: De re numaria, compendium ex Aſſe Budæi confectum: quod poſt eius obitū in lucem protulit. M. Coll. &c. Item complura ad D. Ioh. Hodieiovinum ſcripta carmina in Farraginibus, à Mite noſtro publicatis, &c. Scripſit & in Officia Ciceronis annotationes eruditas, item præfationes in metra Th. M. & alia non pauca, luce digna: ea tamē intra privatos parietes alicubi deliteſcunt. &c. Eius mortis eſt hoc eteoſtichon.

A. D. 1215. Andreas, Præpositus Capituli Pragensis, Romæ consecratur: is præsul est Ecclesiæ Pragensis, numero 18. sedit annis novem. &c.

A.D. 1254. * Austria subdidit se VVenceslavvo Vnoculo, Regi Boëmiæ, ad cuius possessionem ineundam missus est Præmyslus Othocarus, VVenceslai Frater, qui intravit civitatem Viennam & alias civitates, & urbes, & castella. Sic Cosmas. Cuthenus verò ita: Dux inquit Præmyslus ducit uxorem, Margaretham, sororem Ducis Austriæ: accepitq; pro dote vxoris, Austriam & Styriam. Hagecus quoq; aliter narrat, quod, nunc non examinantes, in medio relinquimus.

* Cuthen. 1253. ut & Hagecus.

ETEOSTICHON.

* Vixit: at hinc abijt doctâ gravis arte Sebastus,
Conditur inq; tuo, bellica Praga, sinu. B. S.

A. D. 1392. VVenceslavus, Romanorum & Boëmiæ Rex, Vniversitatem (Academiam) studij Pragensis libertate & immunitate, confectis super ea re tabulis, donat regaliter, actum id est eius regni anno Boëmiæ 30. Romanorum 17. à fundatione (erectione) autem eiusdem Academiæ, anno. 45. ms.

A. D. 1457. (Vt Cuthenus, Hagecus, & omnes, quotquot vidi. ms. nam exteri historici annotant annū 1458) Ladislaus eius nominis primus. Rex Boëmiæ XV. Pragæ in urbe Regia, ægrotare cœpit horam circter. 24. duobus apostematibus in eius inguine erumpentibus. medici regij de salute Ladislai desperant. Hoc ipso anno duo Cometæ visi in Boëmia, mortis regiæ, ut Boëmicis Mathematicis visum, anteambulones.

A. D. 1497. Horâ ferè sedecimâ, mortuus est Martinus N. de alta Muta (Myta) publicus Pragensis Academiæ professor, ms.

A. D. 1500. Frequens ordinum regni Boëmiæ habita Pragæ Synodus: ubi inter cætera deliberatum de creando Archiepiscopo. &c. sed id est deinceps in aliud tempus reiectum. &c.

*A. D. 1343. Carolo IV. sedulò in eam curam incumbente, episcopatus Pragensis, * Ecclesiæ ad archiepiscopatus dignitatem evehitur à Clemente eius nominis VI. Pontifice Romano 200: pontificatûs eius anno primo, à fundatione verò episcopæ Pragensis anno 377. Ernestus primus fit archiepiscopus: cui duo suffraganei, quos ita vocant, adduntur, nimirum Olomucensis, (qui tum temporis fuit Iohannes cognomento Oczko, ex clara Procerum de VVl.ßim familia (Augustin: in Dubr:) et Lythomyßlensis. &c.*

* quæ antea sub Metropoli Moguntina Cathedralis erat.

A. D. 1457. Dum Pragæ maximis sumptibus apparantur nuptiæ regales, dum in Galliam pro sponsa legatio splendidißima mittitur: ecce tibi, Ladislavus Vngariæ & Boëmiæ rex, florentißimus ætate formaq; iuvenis, hoc die, qui fuit D. Clementi sacer, hora 23. pestilentiâ correptus, Pragæ in regia suâ, è vita emigrat; cùm regnaret in Boëmia annos quatuor: ætatis anno, ut Hagecus notat, 17. & recte quidem Est enim natus anno Domini 1440. Vt Nauclerus & Cuspinianus 19: minùs rectè.

Eteostichon vetustum.

Te sacer, heu, Clemens, optate Ladislaë, cadit.

Aliud.

Sunt Ladslaë tribus lustris, annisq; duobus
Exactis, vitæ fila recisa tuæ. D. C.

A, D. 1526. Legati ex Boëmia, Viennam Austriam, ubi tum Ferdinandus Archidux degebat, ingreßi, cui ibidem & nova læta nunciant, nempè eum ab Regni Boëmiæ ordinibus esse lectum Boëmiæ regem. &c.

Anno D. 1413. Lucta, atq; tempestas ventorum, per Boëmiam suprà hominum memoriam exorta, insolens: quæ plurima arcibus, oppidis, oppidulis, pagis, multisq; locis intulit detrimenta: atq; illa ipsa tam violentorum flatuum turbatio seu intemperies ad duas noctes unũq; diem duravit. Fuerunt eo tempore iudicij sagacioris homines, qui graves motus secuturos ac Boëmiam concussuros esse, ominarentur. Atq; eventus deinceps ipse ominis veritatem comprobavit: quod eius temporis historiæ docent copiosißimè.

A. D. 1439. Qui fuit dies Solis, Consules & Senatus Vrbium Pragensium instruxerunt iusta & exequias Alberto Regi Boëmiæ: impositis loculo, pomo, sceptro, ponè gestatur gladius &c. De quibus prolixiùs Hagecus.

A. D. 1480, Rege VVladislao, & post menses proximè insequentes Ianuarij & Februarij, præter solitam brumæ constitutionem atq; naturam, clemens & amæna erat in Boëmia aëris tepiditas, ita ut multæ herbæ erumpentes è terræ gremio florerent crescerentq;. Consecuta pòst verno tempore est ingens illuvies & inundatio aquarum, potißimùm VVltavæ ad Pragam, tantâ altitudine, ut contingeret Barbatum hospitalensem, quem vulgò sic vocant Eo ipso anno Czygani, (quos quidem Mauros apellari volunt) non parvo numero Pragam ingrediuntur; inq; Nova Vrbe subsistunt.

Anno Domini: 1308. Henricus VII. Dux Lucemburgensis, eligitur Romanorum Imperator: Est tamen inter scriptores de hoc designationis die dissensio. &c.

A. D. 1333. Karolus, Ioannis Regis Boëmiæ filius, victoriam obtinet in Lombardia. Quam ipse in sua vita describit.

A. D. 1335. Θ. Henricus Dux Silesiæ. &c. Franc: Lat:

*A. D. 1346. Carolus IIII. in oppido * Bonna, (Bruma habetur in Hageco, fortasse typographi vitio) ad Rhenum, à N. inauguratur rex Romanorum: superstite tum Ludovico Bavaro Cæsare.*

A. D. 1373. Θ. Dominus Leo de Levvnovv, aliâs de Horzovicz. Thomæus.

A. D. 1387. Pragæ Cœnobium Divæ Catharinæ consecratur.

A. D. 1410. Magistri & professores Bononienses ad quæstionem seu interrogationem M. Ioannis de Gessenitz (Gessenicz pagus est non procul à Praga distans, huius Magistri natale solum: unde & Gessenicij cognomen est adeptus. Geßinecz in quibusdam libris mendosè legitur) in Decretis Baccalaurei, de comburendis libris, Viglesi, respondent eosdem libros minimè fuisse comburendos propter confusionem Oxoniensis & Pragensis Vniversitatis, quia maius schisma oriretur in Regno Boëmiæ &c. Hæc ex ms. vetusto.

A. D. 1415. Hußius, quanquam munitus publicæ fidei

tabulis Imperatorijs (quem ſalvum conductum vocant) Conſtantiæ tamen capitur. M. L.

A. D. 1420. Hynco Podebradius, Georgij, poſt Regis Boëmiæ, patruus, Teutones cecîdit ſub Satska: non SSarka, ut in quibuſdam libris perperam legitur) ad Lhotam pagum, duobus miliaribus poſitum à Nymburgo oppido. Scribitur captis manus amputaſſe, nareſq; detruncaſſe, atq; ita fœdè deformatos Sittaviam remiſiſſe. mſ.

A. D. 1454. Rex Ladiſlaus Pragâ egreſſus contendit in Sileſiam, venitq; Vratiſlaviam, ubi ab omnibus Ducibus Nobilibus, necnon & civitatibus rex & Dominus agnoſcitur. mſ. VVrzeſovvicianum.

A. D. 1484. Cometa magnus apparet, qui, quorundam opinione, præſagiebat morbum, quem vulgò appellant Gallicum, Mſ. M. Iohan:

A. D. 1457. Ladiſlavvs rex, inſtructo de more, regio ſolenniq; apparatu, magna cum pompa omnium ordinum Boëmiæ & Pragenſium civitatum, ingenti luctu ex aula regia Antiquæ Pragæ elatus in arcem usq; Pragenſem D. VVinceſlavi, iuſtis & exequijs peractis in baſilica D. Viti tumbæq;, Regum Boëmicorum honorificè tumulatur contiguus ſepulchro, Karoli IIII proavi ſui. (proavi ſui, nō patrui, ut in hiſtoria Cuſpiniani legitur, quod mendum inſcitia forte atq; imperitia librarij ſive typographi eò irrepſit.) De Regis Ladiſlavvi, (quem Lancelotum, fortaſſis patriâ enunciatione nominat Cominæus) obitu quatuor (quantumquidem mihi ſit lectione cognitum) ab hiſtoricis ſive ſententiæ ſive opiniones recenſentur. I. Alij

enim

enim veneno, ipsi ab eius adversarijs dato, extinctum.

II. Alij, a Podiebradio & Rokyczano per insidias clam interemptum: de quo & cantilena quædam, per id tempus Germanico sermone scripta, etiamnunc circumfertur. Krantz. Com: Bonfin.

III. Alij, in balneo pomum ei à femina quadam nobili, ad quam hic aliquando allusisse ferretur, exhibitum, & per medium cultello divisum, qui veneno tinctus erat: Quod nos solummodo apud Philip: Cominæum, Commentariorum eius historicorum libro X. legimus. (Atq; id fortè à Legatis Boëmicis, dum in Gallijs agerent, ibidem fuit invulgatum) IIII. Alij, pestilentiâ correptum, duobus nimirum bubonibus in ingvine erumpentibus, è vita excessisse, produnt: inter hos postremos primus, adeoq; princeps est M. Simon de Slana (Slanæus) vir fide & integritate perspectus, qui & eo ipso tempore vixit, & in aula regia omnibus propè Proceribus erat benè notus atq; familiaris: & ijs, quæ tum, aut quomodo gerebantur, testis oculatus sine dubio interfuit. Quo circa & illa ipsa, de quibus nunc agimus, scripto suo prodidit, adq; posteritatem monumentis literatis transmisit, unde & non aliena à fide, reiq; gestæ veritate retulisse est censendus. Cuius sententiā post Procopium Rabensteinium, illustrem ea tempestate ex ordine procerum Boëmiæ Baronem, & Nicolaum Listium, (de quibus Cochlæus) & Cuthenus ex antiquis annalibus, & alij omnes (quotquot nos quidem vidissemus & legissemus) manuscripti Chronologi uno ore eademq; consensione, non tam sequuntur, quàm confirmant. Neq; diversum Hagecus, quanquam nonnihil

præiuditio

præluditio, ex AEneæ Sylvij commentarijs concepto, sub-occupatus, atq; hæsitabundus, sensisse videtur. Quantum autem hac in re cæteris: qui tum erant animis, à Boëmicarum Ecclesiarum (quas sub utraq; specie communicantes appellabant) religione omnino alienis, atq; adeò abhorrentibus: & in nostram gentem aliâs subacerbiore odio: sit tribuendum, atq; deferendum, id, veritatis studioso, lectori dispiciendum, discutiendum, & examinandum relinquimus. Verùm memorabile est, quod M. Iohannes de Turocz, ijsdem temporibus admodum proximus, in suis Hungariæ Annalibus scriptum reliquit: Vtrum autem, inquit Ladislavus, ut quibusdam placuit, ordinante Georgio de Podebrad, aliâs eiusdem regni Gubernatore, lætiferum per venenum? an vocatione divinâ occubuerit? ipse pro comperto dicere nequeo. Sæpè enim multorum ora multas discoloratas in narrationes dissolvuntur: omnibus tamen adhibere fidem quis queat? Hæc ille. Sed nunc de his nos in isto libelli compendio satis, aut etiam nimiùm. Dabitur alibi fortasse super hisce & fusiùs & argumentosiùs dicendi locus.

A. D. 1520. Pestilentia Pragæ & alibi grassante, mortem obijt M. Venceslaus cognomento Lopatsky, cuius aliquot legi epistolas, quæ eius viri, exosi barbariem, linguæq; & orationis Latinæ impuritatem; ingenium quomodocunq; exprimunt.

XXVI. Novem-

A. D. 1328. Iohannes Rex in prælio Austriaco victor, cùm non multò antè Pragam se recepisset, inde in Prussiam susceptâ expeditione iter ingreditur. Chr: Brævvnovv. ms.

A. D. 1373. Per hos dies ferè ad mensis exitum, mandato Imperatorio transferuntur corpora antiquorum Ducum & Regum Bohemiæ, ex vetustis eorum sepulchris, atq; debita cum reverentia sunt, novis bustis extructis, in novo Choro fani D. Viti arcis Pragensis recondita: quæ hîc brevitatis studio non persequimur: Nam Hagecus eorum nomina & quietis domicilia recenset. Inde, qui volet, ea petiverit. Illud Hagecianum nobis non fuit hîc silentio prætereundum, ubi scribit Gutam sive Iuditham (filiam quondam Othonis cognomento Albi Palatini Rheni, à Brzetislavvo Duce Bohemiæ raptam fuisse Romæ [w Rzijmě] *quum Ratisbonæ* [w Rzeznè] *id factum ex annalium fide constet: quod tamen aut librarij aut typographi est erratũ aut scriptoris* ἁμάρτημα μνημονικόν.

*A. D. 1570. Carolus eius Nominis IX. rex Galliæ celebrat nuptias * Maceris ducta in uxorem Isabella Maximiliani II. Cæs: Imperatoris &c. filia. De quibus uberiùs in Tomis Germaniã describentibus. &c.*

* Maceræ est Galliæ Oppidũ, ad Mosam in finibus Campaniæ positum. Phil. Cominæus.

XXVII Novem-

* Hagecus 1065.

A D.1058. Cos. * *Severus Episcopus Pragensis sextus, hoc die, ut Hagecus (ut Cosmas 5. Idus Decembris)* ʘ. *Sepelitur honorificè in basilica D. Viti, arcis Pragensis: vir fuit pius, religiosus, prudens. Sedit annos 38. Huic suffectus est Iaromirus, VVratislavvi regis frater: in confirmatione vocatus Gebhartus, sive Gerardus, ut Dubravius.*

A. D. 1093. Eclipsis solis. Mercator. Cosmas & Marignola ad 12 Kal: Octobris referunt. Vrspringen. ad nonum Kal: octobris. Ea solis obscuratio tanta fuit, ut homines ingruisse noctem putârint, Hagecus. Et duravit ab hora prima usq; ad sextam. Meyer. secuta est mortalitas (pestilentia) magna. Liechtenavius.

Lucomoriæ hominibus mirabile quiddam ac incredibile (& fabulæ persimile) aiuot accidere: quos in singulos annos, nempè 27. IXbris, quæ apud Ruthenos. S. Georgio sacra est, mori aiunt (opinio est, ipsos tempus hoc dormire) ac vere insequente, maximè ad 24. Aprilis ranarum instar, denuò reviviscere. Sigism: Herberstein: Hæc, quanquam ab re, institutoq; nostro aliena, hic tamen scribere placuit vel varietatis, quæ delectat, causâ.

A. D. 1515. ʘ. *M. Petrus, patria Pisnensis, sive Pisecensis: Academiæ Pragensis professor, sepultus in æde D. Galli Pragæ. Ad illum scriptas ex Italia Epistt: aliquot necdum excusas, habnt Th. M. Lym.*

A. D. 1378. Dominicâ, qua in Eccleſia canitur: Ad te levavi (quæ eſt prima Adventus Domini) Hoſpitale Cruciferorum ad pedem pontis Pragenſis conflagrat. cremati tum aliquot ibidem inquilini pauperes eodem incendio ſcribuntur. Lapſis ab eius cœnobij fundatione annis. 127. Id quidam ominis locò habebant propter obitum, ſtatim inſequentem, Karoli IV. Imperatoris.

A. D. 1523. Mane diluculo ventus ingruit validus & inſolitus, domos ædificiaq; convellens, atq; diruens: alicubi tonitrua, fulgura, fulmina: per urbem Pragam multa damna ventorum illa rabie (quæ & Caroloſteinam perculit) illata: terrore non parvo perculſi homines: Inſequente anno quidam ſacerdotum & civium Pragenſium mittuntur in exilium: &c. De Iudæis quoq; factum ſenatusconſultum eſt, ut Praga eijcerentur.

A. D. 1534. Eleonora Ferdinandi I. Imperatoris filia, ſexta, naſcitur Viennæ Auſtriæ. &c.

A. D. 1314. (Gaguinus, AEmylius, Tilius 1313.) ☉. Philippus cognomento pulcher, rex Galliæ. &c. Vignierius, Cuius in Caroli IV. vitâ non infrequens fit mentio: eoq; nomine et nos, eius regis mortis meminisse hîc voluimus.

A. D. 1378. CaloIoanne cum Emanuele F. Græcorum in Oriente. Imp: Turcarum Baiazete I. Franciæ Carolo V. Sapiente: Karolus E. N. IIII. I. F. H. N. Romann: in occidente Imperator 32. (Exterorum historiæ ut de anno, ita & de die variant: Nostri annales, quos legimus & contulimus plurimos manuscriptos, in utroq; pariter consentiunt.) Rex Boëmiæ XI: instituto prius testamento de successione, moritur Pragæ in arce VVyssehrado, anno ætatis suæ. 63. elatus ordinum Civitatisq; luctu maximo, sepelitur in basilica D. Viti, in arce D. VVenceslavvi. Regnavit in Boëmia annos 33. Imperavit 22.

ETEOSTICHON.

Sol ubi Chironis tangebat signa biformis,
Ablatus terris, Carolus astra subit. D. C.

A. D. 1520. feriâ V. ante Andreæ, ☉. generosa D. Domina Elissabetha de VVrtby, coniunx Dn: Iaroslai de Kolovvrat, Baronis Boëmiæ: sepulta in templo Horzovvicense. Inscr:

A. D. 1562. Maximilianus II. Francofordio coronatur. On: Panuinius ad VIII Kal: Xbris refert.

A.D. 1571. Conflagrat igne subiecto turricula (qua in ferrèam, ut vocant, plateam itur,) domus Carolinæ. &c.

XXX. Novem:

A. D. 1436. Cometa apparuit, tresq; menses duravit, Chronologus, qui per ea tempora vixit. Eundem annum habet Massonus. At Ioach: Camerarius & Garceus notant annum 1314. Pestis & fames premebat Boëmiam gravissimè, confinesq; ipsi regiones. &c.

A. D. 1394. VVenceslavo E. N. IIII Boëmorum Rege XII. eodemq; Imperatore Romano. Θ. in Domino Mathias de Ianovv, natione Boëmus: Parisijs studuit 9. annos: vnde illi cognomentum Parisiensis: Pragæ 8. annos. Sepelitur in Ecclesia Pragensi: vir & presbyter bonus, pius, fervens Zelator Veritatis CHRISTI, & doctrinæ Evangelicæ: acerrimus impugnator eius corruptelarum & abusuum: quo nomine & persecutionem est passus. Scripsit inter cætera librum de Antichristo, qui à quibusdam inscribitur Hussio: Scripsit item librum seu opus de crebra communione sacramenti Corporis & Sanguinis IESV CHRISTI: In eo sub finem sic legitur: Explicit opus &c: Magistri Mathiæ Parisiensis ac Pragensis, mira devotione insigniti, qui propter prædicationem asiduam; multam perpessus est persecutionem, & hoc propter veritatem Evangelicam.

A. D. 1427. Nascitur Cazimirus rex Poloniæ. VVladislavvi regis pater. Deß: mſ: ad 23 Novembris refert.

A. D. 1433. Compactata, quæ ita vocant (hoc est pacificatio inter Boëmos & Pontificios instituta) per delectas ad id muneris personas, collecta, conscripta, & datis dextris confirmata. &c. Tribus tamen elapsis post an-

nis Iglaviæ publicè. mandatu Cæsaris Sigismundi; promulgantur rataq; haberi iubentur.

A. D. 1437. Sigismundus Imperator Vlricum Ciliæ creat comitem. acta hæc sunt in circulo Antiquæ Pragæ, in præsentia Cæsarissæ Augustæ, Ducum, Baronum; & Nobilium Boëmiæ. &c.

* dies ordinum regni conventus. Consenssum à Statibus Regni est in publicam contributionem, quam vulgò Bernam vocant, ad arma tyranni Turcici (quæ de propinquo inminerent cervicibus Austriæ atq; Moraviæ, confinibus Boëmiæ) ex Pannoniâ propulsanda.

DECEMBER.

December.

Habet dies XXXI. Luna verò XXX. Dies habet horas VIII: Nox verò XVI.

I. Decemb. *Kal. Decem.*

A. D. 1406. Vitam finijt Iohanna, dux Brabantiæ, uxor VVenceslavvi Ducis Lucemburgensis & Brabantiæ: filij Ioannis regis Boëmiæ: fratris Karoli IV. Meyerus.

A. D. 1421: frater Zizka à Trosnovva, aliâs de Calice, quamvis utroq; oculo captus: tamen cum suis fratribus (Thaboritis) ac sororibus, equitibus & curribus, sacerdotibusq; in Civitatem Pragensem, campanis magnis pulsatis, in prætorio ac Ecclesijs, occurrentibusq; sibi tam clero, quàm utriusq; sexûs populo, velut terræ princeps, à cunctis honorificè est susceptus, & in victualibus abundè procuratus, ut fideliter assistat Pragensibus ad inhumani Regis de terra repulsam. M. Laur:

A. D. 1431. Frigus fuit inusitatum, adeoq; intensum & vehemens gelu, decidente adhæc & nive, ut perdices atq; lepores, & eiusmodi aves atq; animalia in itineribus creberrimè captarentur, aut nimio brumæ rigore exanimarentur. Quod non hîc annotassemus, nisi & M. Iohannes SSindelius id sibi adscribendum in suis Ephemeridibus posteritatis causâ duxisset. &c.

A. D. 1541. Ea fuit feria quarta post D. Andreæ, Ferdinãdus rex advenit Pragã, ubi habendus erat per hos

A. D. 1517. Post obitum M. Pauli Zateceni Administratoris : designatur Administrator Consistorij Pragensis sub utraq; M. Mathias Chorambus, tum Parochus Lithomericensis: quo tamen munere non diu est functus etc.

A. D. 1572. Decessit Paulus Zipansky à Drazicze; Civis ac Consularis Maioris urbis Pragensis : præterea primas etiam per multos in ea Repub: annos, atq; ibidem Prætor Sacræ Cæsareæ Maiestatis. Sepultus Pragæ ad ædem D. Egidij. Vir præstans, sapiens, atq; prudens, legumq; patriarum & historiæ bene gnarus. Epitaphium, quum & cæteras eius viri Virtutes exponat & celebret, huc integrum adscribimus.

Hoc conclusa iacent Zipanecîj. marmore Pauli
Ossa, diem vitæ clausit ubi ille suæ.
Multarum fuerat cuî tanta peritia rerum,
Quantam consulto est laus habuisse viro:
Cuî grave iudicium, cuî publica commoda curæ,
Iunctaq; cuî pietas cum gravitate fuit:
Qui scelerum vindex, qui iuris amator & æqui,
Magnanimos inter magnus & ipse viros;
Qui primo in celebri decoratus honore senatu,
Munia laudati præstitit ampla viri.
Hic quoq; Cæsareo gessit de nomine fasces:
Eloquioq; potens, consilioq; bonus.
Quem, dum protracta est ad iustam vita senectam,
E misero clemens evocat orbe DEVS:
Fama sed & nomen, decus, &, quos gessit, honores
AEternùm gratis quæ memorentur, erunt.

A. D. 1280. Tanta ventorum vis & rabies in Bohemia, præcipuè Pragæ coorta, ut gravissima & validissima culminum ædificia, suo impetu violento deijceret: demolitũ est fastigium turris in arce VVyssegradensi, quæ dicitur ad maiorem portam, Pragensis castri primum ædificium: aliaq; turrium Pragensium ad 24 eadem vi ventorum muri civitatis corruerunt, multæ domus in Civitate, extrà horrea, in sylvis evulsæ arbores: qualia ab antiquis diebus non dicuntur accidisse. Cosmas. Insequente anno ab Ottone Brandeburgensi capitur VVenceslavus puellus. hæres filius VVenceslavvi cum Khunegunda matre, & in arce Bezdiezziensi traditur custodiæ. Atq;, quas Boëmia eo interregno perpessa est calamitates & mala, eas Cosmas & Hagecus prolixè describunt.

A. D. 1310. Iohannes rex Boëmiæ X. cum Elizabetha coniuge sua, regni Boëmiæ hærede, cumq; suis copijs Pragam hora quasi 9. venit, missus in Vrbem Antiquam à Pragensibus lanijs, qui virtute strenui, roboreq; fortes effregerunt portam D. Francisco vicinam, atq; ita regi suo iter liberum in urbem metropolim Boëmiæ patefecerũt: Ioanne rege: pax: pax: pax: sæpius ingeminante: Idem rex tantam fidem & cum strenuitate virtutem laniorum Pragensium præclaris insignibus albo videlicet Leone perpetuæ memoriæ causa cohonestavit exornavitq;. ms.

A. D. 1137. (Crantz & O. Panuin. habet 3. Aventinus 6. Iunij mensis diem.) Lotharius Saxo, Occid: Imp: 20. (Sobeslavvo 25 Duce Boëmiæ) ☉. Tridenti, dum ex Italia cum exercitu rediret: fuit is Imperator literarum & literatorum amans: inq; Sobeslavvum Bohemiæ Ducem gentemq; Bohemicam favore atq; benevolentia propensissimus. Cos: Cæsus à Boëm: ad Chlumecz an: 1027. Sepelitur Brunsvigæ, Ei in Imperio successit Chunradus. Chr Slav. Helm.

A. D. 1551. Senatus Cuthensis Reipublicæ magno cum honore corpus Philippi Episcopi Pragensis, qui 21. Octobris decessit: transferunt à D. Iacobi Alta æde, (ubi antea fuit tumulatum) ad ædem D. Barbaræ, quod & Corporis Christi templum appellatur. (ut ait presbyter Stanislaus in suo Chronico) ubi etiam quiescit. Atq; id sepulchrum, episcopum decente, insignitum & adornatum marmore. idem.

A. D. 1512. Tabulæ vetustissimæ, quibus iura, leges & constitutiones inclyti regni Boëmiæ inscripta continentur: iussu VVladislavvi regis ex aula regia in Maiore Vrbe Pragensi sitâ, ubi multis retrò annis fuit regum Boëmiæ sedes, deportantur in arcem Pragensem, qui & mons sive Castrum D. VVenceslavvi antiquitùs vocabatur, è regione VVyssegradi positus. Caussam sive occasionem eius rei Hagecus exponit paulò prolixiùs.

A. D. 1549. Frequentissima Boëmicarum Ecclesiarum sub utraq; (ut vocant) presbyterorum in arce Pra-

gensi habita synodus: propositi tum sunt certi ordinibus regni Boëmiæ articuli seu capita de religione &c.

Qua de re cùm extet scripta narratio, nos hoc in compendio ab ea fusiùs persequenda supersedemus. Id prætereundum nullo est modo: quod veraciter narratur. Cùm in illo conventu esset inchoanda actio, sub tempus matutinum eius diei, tres esse conspectos soles. Sol eo fuerat loci, quem naturalis cursus requirit, atq; præcedens consuetum tenuit curriculum; alter autem sol ad Septentriones, tertius ad partem meridionalem apparuit. Id magna pars hominum aspectabat.

A. D. 1562. Die D. Barbaræ, tempestas, commotioq; aëris, huc accedente corruscatione, fulgure & fulmine, per hos brumæ dies planè inusitata extitit Nymburgi. &c.

A. D. 1266. ⊙. Henricus VVratislaviæ & Silesiæ Dux. Sepultus in Cœnobio ad D. Claram

A. D. 1392. Hoc die & sequentibus nix (quæ non multò antè decidit plurima) liquefacta tantam VVltavæ Pragensis attulit inundationem, ut vis aquæ ex suis alveis egressæ, in circulum maioris Pragæ sese effunderet, & in cellas subterraneas penetraret: hinc domibus & structuris magna damna illata. Anno proximè insequente tanta ingruit siccitas, ut VVltava ad Pragam flumen facile à quovis vadari potuerit: Atq; ipsa aqua annis extitit viridis adinstar graminis. Ea inundatione & siccitate insolita, quidam iudicabant puniri insontem cædem presbyteri Iohanconis, quem rex in VVltavæ profluente submergi mandavit.

A. D. 1509. Ludovicus Palatinus Rheni Dux Bavariæ, advenit Pragam, suscepturus feudum à VVladislavvo rege Boëmiæ. Huic rex obviam usq; ad VVeissenpergum montem unà cum suo comitatu processit. congressi mutuò, postquam humanissimè sese consulatassent, Pragam contendunt.

A. D. 1517. Moritur strenuus, manuq; promtus miles, Procopius, cognomēto Zialud, de Poricio: Dux copiarum Pragensium tempore belli, quorum & stipendiarius annuus erat. In monasterio Iacobitano sepultus.

A. D. 1522. Est Friburgi in ventre mactatæ vaccæ inventus vitulus, figurâ monachalis capitis, plattæ, cappæ, formâ oris simiæ; caudâ & pedibus vitulinus. Des: sen:

Anno Domini: 1197. VVladiſlaus E. N. II. Dux Bohemiæ numero 32. Præmyſlavvo fratri ſuo ſponte ſuâ reſignat Ducatum Boëmiæ, Moraviæ gubernatione ſibi relicta. Quo facto Przemyſlus, aliâs Ottocarus, regis VVladiſlavvi filius maior natu, inthronizatus, (ut tunc loquebantur,) ab eo ſtatim tempore in Bohemia rerum potitur.

A. D. 1197. ☉. Boleſlaus Procerus, princeps Sileſiæ, qui ex Adelheide ſorore coniugis Conradi ſvevi (inter cæteros liberos) ſuſcepit & Adelheidem filiam, nuptam Diopoldo Marchioni Moraviæ. Cureus.

A. D. 1296. Ioannes II. filius Regis VVenceſlai II. ☉. ſepultus Pragæ ad D. Clementis.

A. D. 1399. Hypocauſtum Curiæ forenſis in Antiqua Praga unà cum armis conflagravit: abſumtæ tum igne multæ Privilegiorum tabulæ, & literæ publicæ. &c.

A. D. 1432. Ad concilium Baſilienſe, quod inchoatũ fuit anno 1431. à Statibus regni Boëmiæ ſuſcipiunt iter, hoc die egreſſi Pragâ, legati, Theologici, pro defendendis publicè 4 articulis Boëmicæ Eccleſiæ: fueruntq; hi: M. Iohannes Bohemus de Rokyczana, M. Petrus Peyne, aliâs Clericus, Anglus, fr. Vlricus. Nicolaus Biſcupecius. His adiuncti fuerunt, ex Thaborenſibus, Procopius Raſus: Vilhelmus Koſtka, Beneſſius Makrovvuſus. Pervenerunt Baſileam ipſo die Epiphan: anno 1433. De his & Cochlæus & mſ. quod habet M. Marcus Bydzovinus à Florentino, Profeſſor Academiæ Pragenſis, tit. Conc. Bas:

A. D. 1543. D. Iohannes Novvohradsky unà cum u-

xore

xore sua, correpti, de hinc & sublati pestilentiâ moriuntur, inq; uno sepulchro duo coniuges pariter inhumantur. ms. Artemisij.

A. D. 1560. Ernestus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Alberti & Kunegundis, Friderici Imperatoris filiæ, proles; 59. Salispurgensis episcopus; humanioribus literis à Ioanne Aventino &c. bene institutus; decedit in tractu, seu potius Comitatu Glocensi (ut scribit Ioach: Curæus: Glacensi; ut nos pronunciamus: pertinente ad regnum Boiemiæ: quem tamen ipse de proprio patrimonio emit corpus eius defuncti deportatur Monachium, inq; maiorum suorum conditorijs est sepultus. P. Eb: Vvigulezus in Metropoli Salisburgensi.

VII. Decem.

A. D. 1291. VVenceslavus rex Boëmiæ à Ludovico Palatino Rheni, Electore septemviro per literas evocatur, ut, tanquam electorum unus, Francfurtum profectionem suscipiat, ad electionem novi regis, Romanorum, sublato nimirum morte Rudolpho Habspurgio: Cumq; Boëmiæ Rex eidem declarationi per imbecillitatem suæ valetudinis (ut Moguntini diploma testatur quod Hagecus citat) minùs ipse præsens interfuisse valuisset, eodem, instituta legatione splendida, oratores, qui suas absentis partes agerent, misit. Literarum evocationis pars extat in annalibus Hageci &c. ut & Moguntini, & Saxoniæ Ducis &c

A. D. 1576. Pragæ suis in ædibus piè ex hac vita excessit Simon Proxenus à Sudetis, patria Budehovicensis, natione Bohemus: Iuris utriusq; Doctor, publicus in Academia Pragensi professor, omni doctrinarum genere clarissimus: Imperatoris Romani ad Appellationes regni Bohemiæ in arce Pragensi, Consiliarius, & in legatione Polonica Ordinum R. Boh. adiunctus Sup. Cur. Mag. D. D. Ladislao Seniori à Lobcovitz &c. extat illius Oratio VVarssaviæ habita in Comm. Poll.

ETEOSTICHON,

Lux iuris Phœbiq; decus, patriæq; voluptas
Cœlicolas gaudens Proxenus inter ovat. B. S.

Scripsit complura, quorum pars in lucem edita, typisq; expressa, interq; alia Duces & Reges Boëmiæ ad Carolum usq; IIII. eiusdem carmine heroico descripti: cætera sine fructu publico delitescunt apud legatarios. &c.

A. D. 1383. ⊖. VVenceslavus Dux Brabantiæ, avunculus Philippi Audacis, Burgundionum Ducis. Natus .n. Burgundio est, matre Bona (Guta) Lucemburgensi, Iohannis, Bohemiæ regis, filiâ, sorore istius VVenceslavvi. Meyerus.

A. D. 1421. Frater Zizka, plura pertractans cū Pragensibus, hoc die, cum suis omnibus à Praga (quo I. Xbr: venit) versùs Montes Cuthnas iter arripit: quem die altero Pragenses cum suo exercitu sunt secuti. Montani verò fratris Ziscæ cum Thaboritis sentientes adventum, eidem occurrunt, equestres, exteriùs simulantes Thaboritarum gratum adventum, cui corde interiùs murmurando detrahebant. M. L.

A. D. 1437. Sigismundus, Karoli IV. filius ex Elizabetha quarta coniuge, Iohannis regis nepos, Henrici VII. Imperatoris pronepos, Imperator: Vngariæ & Bohemiæ Rex, cum Pragæ in morbum incidisset, sacro igne correptus pedes, profectione susceptā in Hungariam, in itinere Znoymæ, quod est oppidum Moraviæ, ex eodem morbo obijt, horam noctis in diem sequentem circiter quartam: anno ætatis 69. sepelitur Varadini in Vngaria. Imperavit 27. Regnavit in Vngaria 51. in Boëmia 17. annos. Doctus fuit, & doctorum amans: extat eius apophtegmatum libellus. Plurimùm huic Regi debet Respub: Thaborena, quam & nomine Civitatis donavit, & optimis statutis ac legibus exornavit atq; excoluit; eas nos MS. vidimus. &c.

A.D.

A. D. 1576. Exuviæ D. Proxeni funere honorifico maximaq; hominum frequentiâ ex Maiore urbe Pragensi in Novæ urbis sacellum Corporis Christi elatæ, ibidem inæde sacrâ terræ mandantur, & Cenotaphio typis excuso, cum eiusdem insignijs decorantur. Legavit 500 Ioachimicos pro erectione Ludi literarij, seu sustentatione studios. Bibliothecæ insuper suæ partem, Iuridicæ facultatis potißimùm, cognatis: quomodò etiam pecuniæ reliquū amicis & clientibus patr. desideratis.

Eius hoc est Epitaphion aureis exaratū literis, sepulchroq; affixum.

Cœlum telluri litem movisse refertur
PROXENVS in mortis cùm stat agone SIMON
Redde meum, illud ait, Patri quem Natus adoptat,
Quem sibi sacratum Mens utriusq; sacrat:
Ne referam ingenio, studijs, virtute politum,
Et lingvarum aliquot voce, stiloq; virum.
Ad quæ terra: meus non sit, mea portio factus,
Atq; ab humo, reliqui ceû, vocitatus homo?
Adde, quòd hîc opibus, titulis, & honore celebris
Inter honoratos, Consilijq; viros,
BVDVICII genitus, PRAGAE sua busta triurbi
Debet, ab externis busta videnda domi.
Interea CHRISTVS, desistite litibus, infit:
Cœlum animam functi, terraq; corpus habe.

Th. M. Lym:

A. D. 1583. ☉ Iacobus Klivvecius à Morchmdorff, Rochesanæ civis & tum temporis Primas &c. vir præstans, comis & liberalis &c.

Anno Domini: 1067. (Hagecus 1065. & 29. Novembris: Cuthenus 1058. anno.) VVratislavo Duce Boëmiæ. Severus Episcopus Pragensis: in serie sextus: & morbo vexatus, & senio confectus, ex hac vita emigrat. In basilica arcis Pragensis honorificè celebriq; funeris pompâ tumulatus. Sedit annos 37. Vir pius & prudens: Habuit in præsulatu successorem Iaromirum nomine patrio: exteris, peregrino, Gebhartum (Dubravio Gerardum) fratrē VVratislavi ducis. &c.

A. D. 1310. Henricus Dux Carinthius, Praga quàm Iohannes Lucemburgensis, rex Boëmiæ, recèns occupavit, excedit &c. cum uxore atq; exercitu suo: captivos ducens secum quosdam Pragenses, quos tamen vindicant in libertatem, Bohemi, Carinthiacum discedentem insequentes, VVilhelmo Lepore de Hasenberg duce. A. R.

A. D. 1420. Nobilis Dominus Vlricus de Nova domo cum cæteris sibi iunctis nobilibus, ac utriusq; partis (Thaboritarum & Pragensium) consensu, disposuit cum Consulibus, ut omnes presbyteri Pragenses cum Thaboritis sacerdotibus hora determinata post prandium conveniāt Pragæ ad Collegium Karoli ad habendam inter partes collocutionem, vide M. L.

A. D. 1420. feria tertia post Nicolai, Zizka cum aliquot suis prandium in prætorio cum magistro civium sumsit: eodemq; tempore disputatio Magistrorum Pragēsium cum Taboritis de articulis controversis habenda fuit, sed ea tum expiravit, dum quidam alia atq; alia in

medium attulissent, de quibus copiosè. M. L.

A. D. 1457. Terræ motus permaximus ubiq; potissimùm ex Neapolitano regno, ut Capuæ, Caietæ, cæterisq; Capuæ veteris urbibus, multa templa plurimæq; domus cũ interitu magno hominum pecorumq; corruerunt. Supplem: Chron: Hoc ipso anno in Boëmia visus Cometes: duravitq; per menses plus minùs quatuor.

X. Decem-

Anno Domini: 1098. ut habet Coſmas & Chronicon Brzevnovienſe & Pulkava Latinus, exceßit ex hac vita in æternam vitam Coſmas, (quidam mſ. aßignat 5. Kal. Octobris) Epiſcopus Pragenſis Eccleſiæ, in ordine octavus: in eadem Eccleſia eſt & ſepultus, ſedit annos 7. Vir plenus virtutibus & operibus bonis. Ei ſufficitur Hermanus, antè diaconus & præpoſitus Eccleſiæ Boleſlavienſis.

A. D. 1184. Fridericus Dux Boëmiæ, miſit Przemyſlum fratrem ſuum maximis cum copijs in Moraviam adverſus Conradum Ducem Znoimenſem, patruum ſuum, (hic VVenceſlavum, ſenioris Sobeſlavvi filium, Friderici hoſtem, apud ſe fovebat) ubi ad Lidomiriam maximum eſt factum prælium, cæſi utrinq; multi tam Moravicorũ quàm Boëmicorum Baronum atq; procerum: deſiderata ſunt etiam ad 4. hominum millia, ut quidam produnt annales. Strepitus quadrupedum, armorumq; fragor ultra mille paſſus auditi feruntur. Manſit tamen penes Boëmum victoria.

A. D. 1328. Rex Iohannes cum maxima multitudine Prußiam & Litvaniam ingreditur. &c. Pulkava Lat: & Franciſcus de his uberiùs.

**pòſt, videlicet ad 6. Ianuarij lectæ ſunt ex Statibus perſonæ certæ, quæ Ludovicum Regem VVladiſlavi filium, in Regnum Boëmiæ adducerent. mſ. De quo & Hagecus.*

XI. Decem.

A D. 1117. Eclipsis lunæ facta posterior: prior eodem anno 16. Kal. Iulij. Marianus Scotus, & Tritemius. Sequente anno inusitata extitit eluvies VVltavæ amnis ad Pragam: Quam describit Cosmas. Fuit & motus terræ, de quo & Garcæus.

A. D. 1275. Tartari sive Scythæ: vulgò Cumanos tum vocabant, in Polonia, quam maximus invaserunt copijs, ingentem effecerunt vastitatem atq; cladem stragemq;. Eam irruptionem ante 12. annos puellus quidam, vix semestris, claris & apertis verbis prædixisse scribitur, ait Cromerus. De his & Cureus.

A. D. 1452. Sol passus defectum maximè apud orientales populos. Effecta non multò pòst sunt consecuta, duosq; annos durârunt. Id potissimùm, quòd à Turcis Constantinopolis, vetusta Græcorum sive Orientalium Imperatorum sedes, est capta. Capistranus Monachus Germaniam, Boëmiam, Moraviam, Austriam. &c: pervagatus suum dogma sparsit, multosq; à communione Calicis, (ut est in vetere manu scripto) avertit. Verùm disputationem Magistri Iohannis Rokyczani sibi oblatam, defugit: Qua de re extant apud nos literæ ms: de Capistrano multa quoq; Cochlæus in historia Hussitica.

A. D. 1492. N. Magister Missahel mortuus in pago. ms. cætera scriptor reticet, quæ & nos, ut nobis incomperta, prætterimus:

A. D. 1518. Interregni à morte VVlatislavvi anno secundo, synodus ordinum regni Pragæ habita: nec multò

A. D. 1467. Georgio Podebradio aliâs à Cunstato, Boëmiæ & Mathiâ Pannoniæ, Regibus, Iodocus, sive Iustus, è præclara atq; illustri familia Dominorum de Rosemberg, Filius Domini Vlrici à Rosis, Bohemus, E. N. I. Episcopus Vratislaviensis, ☉. Nissæ ex nephritide, & Vratislaviæ in æde, D. Iohannis Baptistæ sepelitur. Is, cùm Idiomatis Germanici minùs esset peritus, Latinâ linguâ Contiones in suo templo habuit. Plura de eo Cureus.

A.D. 1501. Alexander, VVratislavvi, Vngariæ & Boëmiæ regis frater, Cracoviæ solenni ritu inauguratur rex Poloniæ.

A. D. 1525. Profesto D. Luciæ nascitur generosus Eques auratus, Dominus Humprechtus Czerninus à Chudienicz, gente Chudieniczia, residens ibidem, hoc tempore præfectus arcis Pragensis, quo ipso anno non multò antè ab inclyti Boëmiæ regni Ordinibus legitimè designatus, cœpit eiusdem regni imperium Ferdinandus Archidux Austriæ, Caroli V. Augusti Romanorum Imperatoris, frater germanus.

A D 1210. Imp: Cæs. Fridericus E. N. II. Rogerius: Henrici IIII filius: rex Siciliæ cognomento Aheno-barbus. P. F. Aug: creatus Idib: Xbris. Imperavit annos 40. O. Panuinius. Summa cum benevolentia, favore & gratiâ propensus in Duces & Reges, qui per id tempus vixerunt, Boëmiæ, quos & præclaris ornavit immunitatibus atq; privilegijs. Res huius Friderici gestas erudito carmine describit Gunterus Ligurinus: suntq; libri X, & lectu & cognitu planè digni.

A. D. 1240. ut Cosmas & Cuthenus (Hagecus mense VIIIbri) ⊙. Constantia (Quam AE. Sylvius Cunegundam appellat minùs rectè, errore fortasse à vicinitate nominũ suborto.) regina Boëmiæ, Præmysli Ottogari coniunx. VVenceslavvi regis mater, Stephani regis Vngariæ soror. &c. Sepulta in Cœnobio Tissnoviense. Pulk. Hæc regina oppidum Tyrnaviam benè muniri & muris latericijs cingi mandavit. Hagecus.

A. D. 1516. Ludovicus rex Boëmiæ, primum à morte patris sui VVladislavvi agit Pragæ Ordinum regni conventum: ubi per Oratores Imperatoris & regis Poloniæ, actum inprimis est de publica statuum concordia. &c: Verùm ad sextum tandem Ianuarij diem, solutâ synodo, disceditur. De his fusiùs Hagecus.

A.D 1563. Hoc die sepulta est generosa Dn. D. Anna. &c. D. Domini Adami de Nova domo, Coniunx. Inscrip.

A. D. 1568. In die D. Luciæ, incendio circa 11. horam mane exorto, Pragæ in domo Karolina conflagrat musei ea parte, qua Novam Portam & orientem solem spectat.

A. D. 999. Cometa visus. Eodem anno tempore æstatis fuit æstus vehemens squalorq; terræ: item pestis.

A. D. 1378. Karoli IV. Romanorum Imperatoris & Boëmiæ regis corpus, post solennes exequias, in phanis Pragensibus actas: XVI demum à morte ipsius die, sepultum honorifice in D. Viti Ecclesia arcis Pragensis, suis uxoribus contiguum, requiescit. Chr. Brzevno:

A. D. 1507. Nascitur Christophorus Carlovicius, eques auratus: sapientiâ, eruditione, & dignitate clarus, &c.

ETEOSTICHON.

Lux Carloviciæ gentis, terræq; Bohemæ
Vivit Christophorus nobile natus onus. B. S.

Extat eius præfatio in Operibus Laurentij Vallæ &c.

A. D. 1510. Fridericus Dux Saxoniæ, Alberti Ducis filius; Georgij Podebradij à Cunstat, regis Boëmiæ ex filia Sidonia nepos, è vita excedit Roklicij. &c.

A. D. 1515. (quidam ms. 18 eiusdem mensis habet diem.) VVladislavvo rege Boëmiæ, ☉. Iohannes Albus, patriâ Pragensis, honesta claraq; natus familia: Vir dignitate Consularis, professione medicus: Magistri VVenceslavvi Albi, Pragensis Reipublicæ Cancellarij, frater.

A. D. 1561. VVilhelmus Vrsinus Baro, vetusta præclaraq; à Rosis gente ortus: Illustris Domûs Rosenbergæ Gubernator Supremus, tùm inclyti regni Boëmiæ Camerarius: Krumlovij, Boëmorum, sed suæ ditionis, oppido celebrat nuptias cum Sophia Ioachimi II. Electoris Septemviri; Marchionis Brandeburgensis, filiâ, quam ille

suscepit ex Hedvige uxore alterâ, Sigismundi I. regis Poloniæ, natâ. De his nuptijs scripsit Carmen Epithalamion D. Proxenus à Sudetis &c. Quod & impressum typis extat. &c.

A. D. 1000, circa horam nonam cometes apparuit. Sigbertus. At Ioh: Tritemius Chr: monaster: Hirsaugien. notat annum 999: apparuit, inquit, Cometes, qui multos terruit suo adventu: fueruntq; maximi terræ motus per loca Germaniæ, & totam penè Europam,

** A. D. 1570. Moritur Legnicij Fridericus E. N. III. Dux Legnicensis & Brægensis: Friderici II. Ducis filius, & Georgij regis Bohemiæ ex Ludmilla suâ avia pronepos. &c. ms.*

A. D. 1574. Animam exhalat Selimus Turcarum Imperator. Imperavit annos octo. Mortem eius antegressa est solis obscuratio, visiq; Cœli ardores.

A. D. 1230. Gregorio IX. Pontifice Romano: Iohanne E N. II, Pragensi Episcopo in ordine XXI. Balduino II, Græcorum in Oriente: Friderico II. Barbarossa Romanorum in occidente, Imperatoribus: Ludovico D. Francisco Galliæ: Ferdinando III, Hispaniæ: Andrea, Belæ filio, Vngariæ: N. Poloniæ: regibus Christianis. Hoc die naturæ concessis Przemyslavus Ottocarus E. N. I. rex verò Bohemiæ in ordine Tertius: Multis præclarè gestis rebus heros inclytus. Elatus honorifico & solenni funere, cumq; & filij & cuiuslibet ordinis hominum lachrimis atq; planctu: in Basilica D. Viti arcis Pragensis conditur. Regnavit, ut Cosmas & Cuthenus scribunt, annos 32: ut Hagecus 30 (Cuthenus & Hagecus huius regis obitum referunt in mensem Ianuarium. At hunc recte esse diem, fidem facit inscriptio sepulchralis: Huc accedit unanimis de eo ipso die Pulkavvæ, Opatovicensis & Brzevvnovvien. chronicorum consensio &c. Liberos habuit ex Constantia, Belæ regis filiâ: VVenceslavum Ottogarum, in regno Boëmiæ successorem: filias: Annam Henrici pij Ducis Silesiæ: Bozenam sive Beatricem, Vdalrici ultimi Ducis Carinthiæ: Bozislavvam, Othonis Marchionis: coniuges: & Agnetem, quæ, spreto matrimonio, monasticen est professa. Vt taceamus, quæ de Ludmilla sive Laodomia S. Munsterus, & Hag. produnt memoriæ &c.

A. D. 1507. Turris, quâ impellitur, & per tubos in Novam urbem Pragen. aqua ex VVltavva ducitur, per indiligentiam igne excitato, conflagrat.

Anno Domini: 1117. Mirabile signum apparuit, varijs coloribus permixtum. Marianus Scotus & Tritemius. Sequente anno, ex crebris & magnis imbribus exorta in Boëmia est inundatio, mirifica aquarum altitudine: ut Cosmas & Hagecus id prolixiùs describunt.

A. D. 1325. (Carolus IIII. vitâ sua notat diem Purificationis: qui tamen certus nō est neq; ab AEmylio, neq; à P. Massono expressus) ☉. Carolus IIII. Pulcher, Valesius 48. Franciæ & Navarræ rex. Scelerum severus animadversor, iustitiæ & æquitatis cultor. Eius uxor secunda fuit (Maria) Iohannis regis Boëmiæ soror, Henrici VII Lucemburgensis, filia.

*A. D. 1393. Bonifacio IX. Pontifice Romano: VVenceslavvo IV. filio, Romanorum Germaniæq; simul, & Boëmiæ, rege: Carolo VI. Beneamato Galliarum: Iohanne I. Castellæ: Carolo Neapolitano Vngariæ. Iagellone Poloniæ, regibus Nascitur Modinæ * Alfonsus rex Aragoniæ, liberalium disciplinarum patronus incomparabilis: itaq; ipsius munificentia & pia cura Astronomiæ studia restituta & excitata sunt: Quo nomine & est dignus, ut omnium literatorum ore celebretur, quia* * Medinæ

" Dignum laude virum Musa vetat mori.

A. D. 1515. Rege VVladislavvo (fuit is dies Dominicus) horam circiter noctis XI. ☉. in Domino, strenuus miles & Eques auratus Nicolaus de Horzicz: regis Georgij quondam Curiæ Magister: fidelis Boëmus: amator Calicis Domini; sequenti die sepelitur Pragæ in templo

Deiparæ Virginis ante Lætam Curiam, non procul à sacello. Inscrip:

** Sol quoq; signa dabit: Solem quis dicere falsum*
Audeat. Ille etiam cœcos instare tumultus
Sæpe monet. Virgilius.

Nullus Cometa est, qui malum haud portenderit.
Ioach: Camerarius.

Anno Domini: 1109. ☉. Iuditha coniunx Vigberti, filia VVratislavvi regis Bohemiæ &c. Chr: Pegavien:

A. D. 1355 Præmyslus, designatus rex Boëmiæ maxima cum vi Baronum & Nobilium Boëmiæ potenter invadit Prußiam (Borußiam) ubi eo tempore pagani & rustici erant: eos ipse subactos ad profeßionem religionis Christianæ convertit, provinciamq; istam Cruciferis sive Marianis habendam & gubernandam tradidit. ms.

A. D. 1371. Carolo IIII. Romanorum Imperatore & Bohemiæ rege. Ludovicus, antea rex Vngariæ, succedit Cazimiro avunculo in regnum Poloniæ, & in basilica Cracoviensi diadema solenni ritu accipit. Hic Ludovicus fuit Sigismundi, Karoli IV. è quarta uxore suscepti, filij, socer, cui in aula sua aliquantisper à teneris educato, filiam suam Mariam despondit. Crom:

A. D. 1442. Eclipsis Solis totalis. SSindel: ms.

A. D. 1491. Sub id tempus, videlicet post medium Decembrem, Soles tres in meridie visi sunt, deinde Cometes, duûm fere mensium spacio post occidentem solem apparuit: Prodigia, ut creditum est, mortis regiæ. Nam sequenti anno M. Iunio animam exhalavit Cazymirus, rex Poloniæ, Vladislai (I. R. B. 17) pater, Ludovici avus. M. Cromer: Eodem anno (1492) pestis in pecora grassata est. Iudæi &c. propter sua scelera VVratislaviæ, Paßoviæ, Ratisbonæ, atq; alibi durißimè habebantur, multis ex eorum numero partim submersis partim cæsis, flammæq; incendio absumtis. Hag:

✳ Retrò ☉ ♈ Sol

A. D. 1256. mſ. Coſmas habet 1253. H. 52. Pertoldus de Pertolticz, vir Equeſtris ordinis, cognominatus eſt Schrank à ſuis, quæ in clipeo geſtabat, inſignibus: Regi VVinceſlavo, eius nominis primo, ob virtutes chariſſimus, acerbo & luctuoſo caſu extinctus obijt. Cum enim equo vectus tranſiret pontem Pragenſem, ac propè ad turrim Minoris urbis Pragenſis deveniſſet, ecce tibi in culmine eiuſdem turris duo corvi (aves infauſtæ dirum mortalibus omen) unà acerrimo impetu concertantes, grande ex illa ipſa turri ſaxũ ſupra caput Pertoldi magna vi deijciunt: cuius ille ictu violento percuſſus, atq; ab equo deiectus, in eo ipſo loco, ubi fuit collapſus, ſtatim animam expirat. regi, regniq; Proceribus, atq; aulæ regiæ magno ſui deſiderio relicto: ac omnibus eius miſerabilem caſum deplorantibus. Probus enim & egregius vir fuit. Neſcia mens hominum fati ſortiſq; futuræ. Virgilius.

A. D. 1432. Albertus Archidux Auſtriæ declaratur rex Vngariæ. mſ. SSindel: Verumtamen ſunt, qui ab ea annotatione diſſentiunt.

A. D. 1552. Generalis ordinum regni Boëmiæ habitus Pragæ, præſente rege Ferdinando, conventus &c. quo abſoluto, rex Pragâ in Hungariam ſub exitum ferè Ianuarij, contendit. &c. M. Artem. mſ.

A. D. 1442. (De die obitus non conveniunt scriptores. Meyerus sequentem annotat diem) Elizabetha regina Vngariæ & Boëmiæ, vidua relicta à morte Alberti Imperatoris & regis: mater Ladislavi in castro Rab moritur. *Heroina nobilissima, fuit enim Alberti Imperatoris uxor: Sigismundi Imperatoris, filia. Karoli IIII. Imperatoris neptis. Cochlæus sive Dubravius. Pleriq; fato naturali defunctam, alij veneno fuisse sublatam suspicabantur: ait idem Cochlæus. Cureus verò, uteri inflammatione aut veneno. Eius liberi: filius Ladislaus Rex: filiæ duæ: maior nupta Gvilhelmo Saxoniæ Duci: minor Cazymiro regi Poloniæ. Meyerus.*

A. D. 1526. Nicolaus quidam, cognomento vernaculo VVrzetenarz, unà cum Clara uxore suâ cremantur. *Rei agebantur; quòd de quibusdam fidei Christianæ articulis (capitibus) præcipue de Cœna Domini, parum Christianè crederent. Extat de eo narratio Boëmica &c.*

A. D. 1559. Henricus, Friderici III. Ducis, filius ex prosapia Georgij Podebradij Regis Boëmiæ: accedente cõsensu Ferdinandi E. N. primi Romanorum Imperatoris Augusti &c. Boëmiæq; Regis, potitur ducatu Legnicensi & Bregensi. &c.

Anno Domini: 1100. In vigilia D. Thomæ, Brzetislavus E. N. II. & Boëmiæ Dux in serie 21. VVratislavvi I. Regis ex Adelheita filius primogenitus: hoc die sub noctem à quodam Lorca, instinctu Bozeij & Mutinæ VVersoviciorum: qui ad ducatum aspirasse ferebantur: cùm è venatu rediret, per insidias arcu emissâ sagitta, vulneratur; unde & tertia pòst die moritur. Cuthenus. *Hagecus. Dubravius. AE. Sylvius: Item Chronicon monachi Pegaviensis paulò prolixiùs instituta de ijs narratione. Id genus mortis, quo est hic Brzetislavus sublatus è medio, Idem Pegaviense & Liechtenavius, errore, nescio, quo, VVratislavvo I. regi Boëmiæ, huius Brzetislavvi patri, adscribunt.* Naturali *enim morte Vratislavus rex, de fide nostrarum annalium, ex hac vita excessit. Quod historiæ tyronum causa hic annotamus.*

A. D. 1118. Apparuit in Cœlo exercitus igneus: is progredi est visus, à septentrionibus ad solem orientem &c.

NB. ex hac stirpe fuit Georgius Rex Boë: *A. D. 1255. ⊖. D. Boczko, Comes Bernecensis & Nisdæ: summus & primus fundator monasterij Sanctæ Mariæ ordinis Cistercienfis in Sora, (nos vulgo vocamus* we ʒdarc*) ms. vetustum.*

A. D. 1510. Tanta Pragæ fuit annonæ vilitas, ut una quarta modij pisi 14 imò 12 obulis vaeniret. ms. (Vnus obulus nostros valet duos haleros, ut sic dicam, Germanicos).

A. D. 1551. Conspecti *sunt in* Cœlo *tres soles.*

A. D. 1539. Paulus Schedius Melissus Mellerstadius,

excellens Poëta & Musicus, &c. nascitur intra horam prandij 10. & 11. merid: P. Eb.

In illius Rosetum, admonitus à Casp. Cropacio. P. L. hos lusit Phalæcos Th. M. Lym:

O Rosaria Schedij virete
Fragrantißima Lilijs Melißi,
Quo mellita poësis utriusq;
Musicæ propè gloriatur uno
In Germanidos orbis orâ & Vrbe
Hildbergâ Aonidûm choris celebri;
Huic plantare roseta de Rosina
Det uxore DEVS boni omnis autor
Et fons: quo solidante, quo rigante
Incrementa ferunt sata universa,
Quibus templa, forum, scholæq; florent
In rem Christigenæ sodalitatis
Ac spem posteritatis & salutis.
O Rosaria Schedij virete
Fragrantißima lilijs Melißi.

A. D. 1523 Circa hunc diem horâ antelucanâ, nascitur Nymburgi, Civitate supra Albim Thomas Mitis, Boëmicus (quomodo eum vocat D. Cr.) Lyricen &c. amisso ante triennium patre Ioanne Kamaritho, Pisecensi, al: Mite: cuius PP. MM parentãs, hoc Epitaphion scrib. cum esset Brodæ Bohh. Ludimoderator, ãte ãn: 30.

Qualia Iusta tibi, pater, Inferiasvé iacenti
Quas solvam? cineres quo decorabo tuos?
Artibus ingenuis, tituloq; à Baccare lauri
Ducto, Cantorum par tibi rarus erat:

Sed

Seû vox spectetur dulci modulamine dulcis
Seû quoq; cantandi partis & artis honos
Nymburgi factus civis, vigilansq; senator,
Semper ei de te commoda magna dabas.
Te moriente, salus urbis depressa notatur:
Solus ego soboles nunc tua dicor adhuc.
Hactenus ipse tibi nullius signa doloris,
Muneris extremi nec monumenta, dedi:
Te tamen id raptum fato solabitur, à te
Quòd patre progenies degener haud fuero:
Tunc quoq; Boiemis adscribar quando Lyricen
Vatibus: Aonij pars quotacunq; chori.

Ante diem raptum donat patrem ultimus hæres

A. D. 1229. Hagecus (MS. Cutheni habet 1227. annum, & 14 Kal. Ianuarij) VVenceslavvo E. N. I. rege Bohemiæ IV. Ab obitu Budivvogi (Budibogi) præsulis Pragensis Ecclesiæ, in eius locum suffectus est Ioannes E N II: Is fuit antea Scholasticus Ecclesiæ Pragensis, virq; staturæ egregiæ: inprimus tamen metuens DEVM. &c:

A. D. 1421. Festo D. Thomæ, in quem tunc incurrit dies Dominicus, Zißka. egressus cum suis è Montibus Cuthnis, tendit Czaslavviam, (uno indè miliari distans oppidum regale) cum Sigismundo Cæsare pugnaturus. &c. M. Laur.

A. D. 1500. Glacies in flumine VVltavvæ ad Pragam disrupta, in tantumq; tepore est eliquata, ut, maßis elevatis, nataret. MS. Vnde colligere est, eo temopre brumam præter suam constitutionem admodum tepidam extitisse.

*A. D. 1522 Rhodus * insula a Solimano Turcarum Imperatore obsessa, atq; intra tres dies pòst etiam capta. Quam insulam Christiani adeptam anno 1309. ad annos 213 in sua possesione habuerunt. Milites Rhodij indè se Melitam (insula Siciliæ adiacens) contulerunt, ubi etiamnum hodie manent.*

* Rhodus Insula maris mediterranei clarissima.

A. D. 1100. Brzetislavus Dux, ex eo vulnere, quod à perfidioso Lorcone, ut superiùs dictum, per insidias accepit, in eo ipso pago Stebna, dispositis animæ suæ & regni negocijs, in galli cantu expirans, placidè ex hac vita excessit Cosmas. Inde corpus eius demortui Pragam deportatum, cumq; planctu omnium ordinum in cæmiterio basilicæ D. Viti ad sinistrum latus conditur &c. Hagec: Præfuit rebus Boëmicis annos 8. Memorabile est, quod idem Cosmas in scripta retulit, Brzetislavum non multis ante suam necem diebus, solitò tristiùs sedentem ad mensam, inter cætera sui sermonis verba protulisse. Quòd evitare,

Non fas mortali sit inevitabile fatum:

Id affine est illi Persæo apud Herodotum:

Quòd decretum est à DEO, non posse ab hominibus averti.

A. D. 968. Deliquium Solis ad horam diei tertiam extitit, tam grave, ut stellæ de die ab aspectantibus hominibus cernerentur. Venti tum etiam vehementes flabant. Secuta annonæ caritas, indeq; enata fames.

A. D. 1301. Ad hos dies, ante Natalem Domini post occasum Solis, conspectus Cometa in signo Scorpij, iubam sive crines ad solem orientem sparsit. Visus per 15. dies. Siffridus Misnensis. At Hagecus, Partim ad ortum, inquit, partim ad septentriones evagabatur, & ad unum mensem duravit. Secuta est è vestigio pestilentia, quæ non tantùm Boëmiam sed Moraviam quoq;, indè & Poloniam

loniam invasit: ubi per oppida & pagos plurimi mortalium è medio sunt sublati: Rex quoq; Galliæ cæsus. &c.

A. D. 1314. Ante Natalem Domini visum est sidus crinitum: ad tres menses luxisse scribitur. Eodem anno tres Lunæ comparuerunt. Anno insequente lues contagiosa vehementer seviebat unà cum peste, tam dirâ atq; atroce, ut ad humanas carnes deventum esset. Ad has. DEI, peccatorum ultrices, clades, accessit insolens ad Pragam VVltavvæ eluvio. &c.

§ mentem plateà, nisi per aquas, eò infusas, iter facere non possent. &c:

A. D 1085. Iuditha uxor Ladislavvi Ducis Polonorum, quæ fuit filia VVratislai Ducis Boëmorum, peperit filium: Tertia pòst die ☉. Cosmas.

A D 1105. fulgor ignis visus : duoq́3 globi instar solis resplendebant. Non multò pòst Cæsar E. N. IIII, à filio dignitate Imperiali privatus, ☉.

A. D. 1421. Zizka à Cæsare Sigismundo in quodam monte, qui vulgariter Taurkank *vocabatur, obsessus, hoc die, suâ ordinatâ acie, in Cæsarianos fecit impetum, atq3 omnes perrumpens hostiles copias, unà cum curribus, cæterisq́3 impedimentis Coloniam usq3 ad Albim venit. M. Laur.*

⁂ alij 1437. *A. D. 1432. ⁂ Decretum factum à concilio Basiliense, non esse ex præcepto communicare sub utraq3 spetie Cœnam Domini. Eius synodi verba alibi recitantur. &c:*

* In diei assignatione discrepantia est. *A. D. 1466. * Paulus eius nominis II. excommunicationis sive execrationis fulmen in Georgium Podebradium, Bohemiæ regem torsit, ità quidem, ut eum & regno exueret, & subditos eius, quicunq3 tandem illi essent, obedientiâ ipsa debita solveret. &c. Eiusdem excommunicationis, quàm ità vocabant, formula, ut & ad eam regis responsio apud nos extat. Eo ipso anno tres Soles conspiciebantur : fortasse eiusdem actionis velut indices aut veriùs præcursores.*

A. D. 1539. Inundatio VVltavvæ insperata, inusitata, adeoq́3 effusa cum impetu, maximè ad balnea, cognominata Stemmatum, ut homines in eadem ad D. Cle-

§ retrò. *mentem*

A. D. 1109. * Borziboius Dux Boëmiæ à VVladislavvo fratre suo expulsus, cum Polonis insperatò Pragam invasit, expoliatisq; civibus, urbem unà cum VVyssegrada cepit: At verò VVladislavus, qui per id tempus Plznæ in itinere degebat, atq; ad Henricum Cæsarem Augustum, suum sororium contendebat, quum, quid Pragæ ageretur, cognovisset, extemplò reversus, auxiliaribus copijs Imperatoris, ducatum est adeptus: Borziboio ad mandatum Cæsaris in custodiam coniecto. Cosm:

* iLechtenavius refert annum 1110.

A. D. 1414. Huius diei nocte mediâ Cæsar Sigismundus ingressus est Constantiam Svevorum urbem, ubi Synodus Ecclesiastica frequentißimo utriusq; Ordinis tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium, quos vocant, conventu ad Kalendas Novembris agi cœpit.

In Natalis verò Domini matutino fanum ingressus, ubi Pontifex Romanus ipse celebrabat sacrum, diaconi habitum indutus, cecinit lectionem Evangelicam: Exijt decretum à Cæsare Augusto. Cochlæus. Exemplo parentis sui Caroli IV. condocefactus, qui, narrante Hageco, idem Pragæ ad hanc solennitatem facere fuit solitus.

A. D. 1443. Ventus impetuosus Thaborij & circumcirca extitit, damna inde multa illata. Sequente anno Thaboritæ disputationem Pragæ in Collegio Karolino cum Magistris Pragensibus instituerunt. Porrò in Nova Domo, quod est Procerum à Nova domo, gentis illustris, oppidum, totoq; eo districtu grassatur pestilentia. ms. Pau: Lucini.

A. D. 1444. Visus est cometes tribus cum caudis ad meridiem: apparebat partim de nocte, partim & de die occasum Solis. Sequente (alij hoc ipso) rex Vngariæ & Poloniæ à Turca cæsus. In Bohemia sævijt lues contagiosa, fuit & inundatio. &c.

※ Cochlæus 1448. & 30 Xbr.

A. D. 1447. ※ Emigravit ex hac vita Iohannes cognomento, à patria Przibram dicto, (Pezibram ut in quodam ms. legi, corruptum est) Przibramus, Magister & Professor in Academia Pragensi: presbyter, & Theologus eiusdem Ecclesiæ. Celebris inter cætera & legatione Basiliensi, quò à rege & Ordinibus regni Boëmiæ missus, propugnavit articulum sive caput de sacra Eucharistia paruulis distribuenda &c: Qua de re pluribus Cochlæus libro X. Habetur & scriptum eius, hunc ipsum articulum ex patrum autoritatibus confirmans. Scripsit complures libros, atq; inter cætera & explicationem Orationis Dominicæ: item de septem peccatis mortalibus sermone Latino, quæ ms. penes nos sunt.

A. D. 1487. Stephanus SSlik Comes nascitur hora 3. pomeridiana, qui cum anno CHRISTI 1516 autor fuisset colendæ (De ortu & cultu Vallis Ioachimicæ & G. Agricola libro de veteribus & novis metallis.) Vallis Ioachimicæ oppidi non ignobilis in Boëmiâ, & rem metallariam ibi constituisset; post annos decem fortiter pro patria contra Turcos dimicans, vnà cum Rege Vngariæ LVDOVICO occubuit, anno 1526; ætatis verò suæ 39. P. E.

Ei

Ei ſub lemmate IN PRAELIO AMISSI, hoc F. epitaphion.

Pannoniæ regis non proſpera ſigna ſecutus,
Sliconum Stephanus nobilitate potens:
Occubuit magnis generoſum pectus in armis,
Atq; peregrinam ſanguine tinxit humum.
AEterna felix cum CHRISTO vivit in aulâ,
Quiſquis pro verâ ſumpſerit arma fide.

G. Fabr. Chem.

A. D. à conditione mundi 3962. Anno urbis conditæ 753, anno Imperij Iulij Octaviani 29: Anno Herodis ENI. alienigenæ, Iudæorum regis, 36. Coss: Cosso Cornelio Lentulo, L. Calpurnio: assumtâ humanâ naturâ, natus est Dominus & Salvator liberator noster IESVS CHRISTVS, DEI filius æternus, ex Maria semper Virgine in oppido Bethleem Iudæ: iuxta Micheæ prophetæ vaticinium.

ETEOSTICHON.

Exhaurit qua luce Syrus venerabile templum,
Factus homo DEVS est, salva virago parens. B. S.

A. D. 1099. Dux Brzezyslaus, Boleslaum per sororem sui (suum) propinquum invitat ad convivium, quod erat in urbe Zacz (Zatecio) dispositum: ubi consentientibus omnibus (proceribus sui &c: regni) Boleslaus factus est ensifer avunculi sui: &c: Cosm: & ex Cos: Hagec: & Dubravius.

A. D. 1100. Cosmas: (Hag: 1099: Cuthenus 1101) Borziboius Bretislavvi F. electus à Logothetis & Statibus dux Boëmiæ, regni gubernationem suscipit. Pragæ ritu solenni inauguratus, atq; ita propè annos 4. præfuit rebus Boëmicis. Iterum anno post 1105. à Svvatopluco filio Ottonis, quondam fratris regis VVenceslavvi, Marchione, svasu & instinctu VVersoviciorum, ex Boëmia in Poloniam pellitur: eo pacto, ut, amoto gubernationis consorte atq; æmulo, solus rerum potiretur.

A. D.

A. D. 1251. Przemyſlus Ottogar E. N. II. unà cum Cunegunde coniuge ſua ſolenni ritu inauguratur rex Boëmiæ atq; coronatur à VVernhero archipræſule Moguntino.

A. D. 1257. ut Coſ: Præmyſlus, qui & Othocarus rex Boëmiæ Quintus, maximo nobilium Boëmiæ, Moraviæ, Auſtriæ commilitio ſub exitum huius anni (Hagecus aſſignat menſem Aprilem) ſuſceptâ expeditione in Boruſſos paganos, cui ſe coniūxit cum ſuis Germanorum copijs Otho Marchio Brandeburgen: VVratiſlaviæ, quæ eſt mater Civitatum Sileſiæ, celebrat Natalicia CHRISTI; cum magno honore à Ducibus Poloniæ, nobilibus & epiſcopo VVratiſlavienſi ſuſceptus atq; exceptus: ubi commoratus aliquot dies, ſub initium anni 1258. ingreſſus Pruſſiam, eam vaſtat &c. Boruſſi Chriſtianam religionem amplectuntur. Cuth: Dub: Iohannitarr.ann.

A. D. 1305. Quidam Presbyter Drazdianæ (Dresdæ) hoc die vidit ſomnium, præſagum futurorum, loc eſt., ut pleriq; opinabantur, præſignificans obitum VVenceſlai II. regis Boëmiæ. Id prolixè deſcribitur in epitoma Sifridi.

A. D. 1308. Cum fratres ad matutinarum vigilias in Aula Regia ſurgerent, tria ſigna triplicis crucis in ſplendore prælucidæ nubis conſpexerunt: in medio verò crucis mediæ ſtabat luna, ac ſi pro clavo fuiſſet artificialiter fixa, Summitas quoq; illius triplicis crucis cœlos videbatur, in vertice tangere: pars verò inferior, terræ putabatur ab omnibus quaſi radicibus, inhærere. Hoc ſignum,

ut audivi, ubiq; à vigilantibus tunc, & considerantibus visum fuit. Et, ut vulgata refert opinio, communis pacis commodum, quod in Almania sub isto Monarcha viguit, præmonstravit. Hæc Chronicon Au: Regiæ.

A. D. 1356. (in anno pleriq; scriptores dissentiunt, sed hic est verus, attestante aureâ Bullâ.) Karolus IIII. Natalem Domini celebravit Meti, (non Moguntiæ, ut est apud quosdam scriptores perperam) ubi & aurea bulla promulgata est: paludamento Imperatorio ornatus, Evangelium more diaconi canit: Exijt decretum &c. epulum eo die datum splendidissimum, quôq; Electorum suum obeunte munus, de præscriptione diplomatis Cæsarei, quam auream bullam vulgò vocant. Consalutatum eò per hoc tempus advenerunt duo filij regis Galliæ, sobrini ipsius Caroli IIII. &c: habiti splendidè atq; magnificè.

A. D. 1419. Sigismundus Imperator maximum & frequentem Brunnæ egit conventum Ordinum Officiariorumq; regni Boëmiæ, præsente & Sophiâ, viduâ regis VVenceslai, &c: Vbi Legati Rerumpp: Pragensium ea, quæ in mandatis in Causa religionis habebant, prolixiore oratione ad Cæsarem exponunt. Hæc copiosiùs persequitur Magister Laurentius & Hagecus.

A. D. 1420. Nicolaus Hus, fracto per casum pede, moritur. Is supremus fuit Thaboriensium copiarum imperator, in cuius locum suffectus est Iohannes à Trosnovva atq; Calice, genere nobilis, & VVenceslavvi regis quondam familiaris, &c: Vir consilio manuq; promtus. M S. ex. M. L.

A. D.

A. D. 1421. (alij sequentem diem) Conradus Archiepiscopus Pragensis: Rudnicij, quæ ipsius tum sedes fuit, moritur. Pragæ in D. Viti sepelitur. Atq; hic est postremus Pragẽsis Ecclesiæ archiepiscopus & electus & confirmatus.

A. D. 1427. M. Iohannes Przibram publicè instituit disputationem cum M. Petro Peyne, aliâs Clerico, Anglo, de sacramento Cœnæ Domini &c.

A. D. 1542. ☉. Magnificus D. VVolfgangus, Domini Zdenkonis filius, Dobrohostus, à Ronsperga, dum à Clero nocturnum Nataliciũ in Ecclesia decantaretur. ms. S. F.

A. D. 1556. Oriente sole, tres soles lucidi conspiciebantur, ea propemodum specie atq; figurâ, quâ die D. Barbaræ anno 1549. fuerunt visi. ms. ipse dies aliâs fuit serenus & tranquillus.

A. D. 1283. Interregni Boëmiæ (sic enim illud tempus appellare est visum) anno quinto: Iris magna & lucida, miraq; pulchritudinis conspicitur, totamq; civitatem Pragensem ambit atq; circumdat, à mœnibus, quæ ad meridiem sunt sita, ultra VVltavvam usq; sese extendens: plerisq; omnibus ista hoc potißimùm tempore hiberno cœlestis arcûs visio admirationi fuit: acutioris verò iudicij homines bona & prospera portendi eo signo divinitùs monstrato ominabantur. Futurum enim, ut post tot calamitates, ærumnas, tempestates, quibus per aliquot annos acta & afflicta fuit Boëmia, iam tandem optatißima pax, quies, atq; serenitas patriæ effulgeat, & exoriatur. Atq;, DEO sic statuente, eventus rem approbavit. Sequente enim anno VVenceslaus, suis restitutus, rerum in Boëmia potitur &c.

A. D. 1331. Fuit defectio lunæ post mediam noctem, quam defectionem multi & validi venti præcesserant per tres menses, & pluribus diebus quoq; sunt secuti. Franc.

A. D 1420. Horâ quasi tertia noctis Dominus Hynek de Kolßieyn: aliâs miles; (Eques auratus) Simon Consul antiquæ Civitatis ab Albo Leone, & cæteri cum eisdem seculares: ac Iohannes dictus Cardinalis, necnon Petrus Anglicus: Spirituales (Theologi) Artium Magistri, de Pra gaiter arripiunt, legem DEI defendentium: pro desensa (defensione) legis DEI ac pro acceptandâ coronâ regni Boëmiæ ad regem accessuri. M. Laur: & Hagecus.

A. D. 1420. Stipendiarij Sigismundi Imperatoris ex

Nymbur

Nymburga egreßi, fuderunt Hynconem Podebradium: cæsi ad 70 viri. Ibi interfuit Dn: Ernestus N: & Dn: Puotha N. mſ. Eodem & anno & die Capitaneus oppidi Iaromirij, dum sacrum peragеretur, in templum irruens, multos ibidem, qui ad sacram concionem & preces publicas convenerunt, capit atq; trucidat, &, quod plus, equos quoq; de Calice Domini potavit, reliquâ parte in solum effusa, quod, horrendum sanè, propè fidem excedit facinus. Sed complurimi sunt MS. annales, ubi hæc eadem, quæ adnotamus, certò facta fuisse legimus.

A. D. 1429. Iohannes (nostri quidam mſ. eum appellant VVenceslavii) Dux Monsterbergensis (Cureo & Tropaviensis) in prælio, quod non procul à Glacio est commissum, à Boëmis Husßitis, fortiter dimicans, in acie interimitur. mſ. & Cureus. Hi deinde magnam eius regionis partem percurrerunt, donec sese ipsis VVratislaviensium copiæ opposuissent. &c. idem.

A. D. 1442. ⊖. Catharina, Henrici Ducis Brunsvigij filia, Henrici primi, Saxoniæ Electoris, uxor. Hæc ante annos 16 exercitum Turingicum & Misnensem, cum in Vngaria maritus abesset, in Boëmos collegerat. &c. Sed est infeliciter pugnatum. G. F. De eo & Cantilena nostrate sermone composita, extat, vulgòq; decantari est solita.

A. D. 1484. ReginæHradecium igne, per hostes tectis subiecto, unà cum præurbio conflagrat.

A. D. 1551. ⊖. Brodæbohemorum, Vitus, cognomento Fayt, Sittaviensis, vir gravis, præstans, senator ac Musicus insi-

insignis, utpote puer inter Cæsareos Musicos educatus &c.

Illi id epitaphion F.

Quicquid fuit mortale Fayti, conditur
In hoc sepulchro: Spiritus gaudet polo.
Ex incolatu Mundi eum D E V S, sui
In invocatione verâ Filij
Et spe resuscitationis à nece
Ad perpetem, diamq; consvetudinem
Cœtus beatorum evocavit hinc, die
Vicesimâ quartâ Decembris, quæ fuit
Tum Stepphano sacrata Protomartyri,
Post mille, quingentos, decemq; quinquies
Annos, & unum, posteaquam Virgine
Natus Redemtor visit orbis climata.

ETEOSTICHON.

Solertis Viti tellus capit altera corpus:
In CHRISTI vivit mens bene nixa sinu. T. M.

* mellæ à D. Bohuslavvo, Boëmo Barone, scriptæ epistolæ.

A. D. 1565. ⊖. Vitus, cognomento patrio Rzezaba, patriâ Mysensis: Artium liberalium in Academia Pragensi Baccalaureus, civis, senator, pòst & Primas Novæ Vrbis Pragensis. Sepultus ad DD. Petri & Pauli.

A. D. 1261. Cœnobium D. Iacobi in Maiore urbe Pragense consecratur à Vernhero archiepiscopo Moguntinẽsi: præsente ei consecrationi rege Przemyslo, quod & ipse fundavit ante annos 36.

A. D. 1410. Mortuo Roberto Imperatore, Sigismundus Caroli IV. filius, Ioh: nepos, Henrici pronepos: Marchio Brandeburgensis: Rex Vngariæ: electus Francofordi ad Mœnum Romm: Imp: coronatur Mediolani ferreâ coronâ.

A. D. 1437. Hagecus (sed Cuth: ms. 1438) Albertus Austriacus Dux, gener Sigism: Imper: Pragæ eligitur à Statibus & Pragensibus rex Boëmiæ: quibusdam tamen suffragia dantibus Cazymiro, fratri Regis Poloniæ. Hæc dissensio fuit seminarium tumultuum bellicorum, qui in Boëmia pòst sunt subsecuti. ms.

A. D. 1441. Fuit eclipsis Lunæ. SSindelius.

A. D. 1459. Nascitur Ioannes Albertus, rex Poloniæ, Kazymiri filius, VVladislavvi verò, Vngariæ & Boëmiæ regis frater.

A. D. 1513. Bohuslavus, cognomento Legatus, civis & patricius Maioris Vrbis Pragensis, moritur Viennæ Austriæ: cum ab eadem Republica fuisset cum nonnullis aliis in legatione ad VVladislavum regem, tum degentem in Vngaria, missus. Ibidem Viennæ in D. Stephani ad summam aram, honorifico funere instructo, sepultus.

A. D. 1513. Θ. Martinus Polichius, Melerstadius, primus Academiæ Vitebergensis Rector, ad quem extant nõ-

A. D. 1099. Ad exitum huius anni sæviebat in homines pestilentia, ità quidem, ut, qui à fame relicti fuissent superstites, hac lue contagiosâ, ex fætore aëris coortâ, è medio tollerentur. Magnopere tum exinanita incolis fuerunt Boëmiæ urbes, oppida, oppidula, pagi. Hagecus. Fulsit & antea mense Novēbri Cometes. Liechtenavius.

A. D. 1320. In die Sanctorum Innocentium, Iohānes Rex de Praga Boëmiorum cum paucis in crepusculo egrediens, versus Lucemburch iter arripuit, ubi per unius anni circulum manens, cum Remensi ac Leodiensi Episcopis atq; cum alijs Principibus, Comitibus & cæteris vicinis prælia multa commisit. Franc: L. De his & Tritemius paulò uberiùs & clariùs in Chr: monasterij Hirschaugië: in anni tamen notatione evariat.

A. D. : : : : ☉. Dominus Hynco reverendißimus, frater (ordinis D. Augustini). Hæc Thomæus, ita nudè & breviter, præterito quoq; anno &c.

Anno Domini: 1023. ut Coſmas & Cuthe: (Hagecus habet 24 annum) Vdalrico 16. duce Boëmiæ, Izo 5. Boëmorum epiſcopus (ſucceſſor Eberhardi, quem Hagecus Helicardum vocat) ordinatur ab Haimone archiepiſcopo Moguntino. Sedit annos 7.

A. D 1055. febribus langvens obijt Chrudimij Brzetiſlavus E. N. Dux Boëmiæ numero 17. VVratiſlavvi Primi, regis Boëmiæ, pater. Chrudimio Pragam deportatur, & in fano D. Viti ſepelitur. Præfuit rebus in Boëmia annos 18. & menſes duos. Succeſſorem habuit Spitignevum filium &c.

A. D. 1248. ut Pulkavva & Cuth: (Hagecus habet 1251. mſ. 1256. ſed ſubeſſe hîc mendum opinor) Ioannes Cztiborius, regiarum cauſarum Iudex ad Pragam, ſententiâ regis VVenceſlavvi damnatus cum coniuratis, qui fuerunt numero 24. in monte Petrino, aſſere, ut tum fuit moris in Boëmia, collum percuſſus, interimitur: alijs rotâ franguntur crura: eò, quòd fuiſſent autores ſeditionis, à Premyſlo F. movendæ in Patrem &c. Cztiborius cognominabatur vernaculâ lingvâ: Maudrá hlawa: *Sapiens Caput: homo elatus & ſuperbus &c. De quo multa Hagecus ex Coſma.*

Frangit DEVS omne ſuperbum.

A. D. 1420. Interregni 2. Pragenſes miſſis ſuis copijs arcem Kundraticium, aliâs dictam Novam arcem, (extructam à R. VVenceſlao anno 1391 in qua & mortuus eſt) cingunt obſidione: pòſt feriâ ſecundâ ante Purificatio-

nis aliquot septimanis, expugnant, diripiunt, incendunt.

A. D. 1523. sole oriente, Pragæ & in vicinia, impetuosa, & horribilis ventorum vis coorta, qualis à pluribus annis extitisse non memoratur: multæ in templis fenestræ vitreæ ventorum istorum violentiâ excutiuntur, eijciunturq́; pluribus ædificijs, ædibusq́; gravia damna illata: insequente anno dissensiones inter sacerdotes exortæ graves &c. item intestini tumultus in urbibus Pragensibus: de quibus nostri Chronologi fusè: Atq; in Germania etiam sub idem tempus horribiles motus ab agrestibus in Alsatia, Svevia, Francia, Thuringia, & Rheno vicinis civitatibus, sunt excitati, de quibus & Sleidanus.

A. D. 1555. Horribilis, inusitataq́; ventorum tempestas, fulgurum, coruscationum: fulmina, item chasmata, ardores cœli, uno eodemq́; tempore nocturno pluribus in locis, ut ferebatur coorta videlicet Pragæ, Melnicij, Cutbergæ, in arce Kuneticensi: de cœlo tanguntur templa, arces. Porro G. Fabricius & ipse, notavit hoc eodem anno, verùm 3. Kal. Ianu: tempestate ventorum & fulgurum per totam ditionem Misnensem fuisse multa templa, multasq́; arces de cœlo tactas. De ea tempestate extat iudicium M. Iohannis Hortensij; tum Rectoris Academiæ Pragensis, publicè scripto propositum. Item presbyteri Matthæi, tum Pastoris ad altam ædem Cutebergensis. Atq; eam ipsam tempestatem adeò insolentem, & nos carmine descripsimus &c. Memorabile item est, quod Meyerus in literas retulit, anno Domini 1406: Per hos quoq; dies fulguribus horrendis & grandibus, atq; tonitruis

A. D. 1255. ut mmss. (Cos: habet 1528.) post meridiẽ sol eclipsim passus: consecuta est in Boëmia caritas annonæ: vini, olei, aliorumq́ id genus, pòst & fames motusq́ terræ. Eodem anno & Borussi à Præmyslo Rege Boëmiæ debellati, & ad fidem Christi conversi.

A. D. 1487. Θ. D. Sezema ex Vsstiek. ms. Pauli Kbelsky: breviter, admodumq́ obscurè.

nitruis. Flandros fuisse territos.

A. D. 1565. Mezericij: piè ex hac vita emigravit M. Iacobus Camenicenus, eo cognomento à patria sua (Kamenicze) appellatus. Edidit vernaculo sermone scriptum libellum concionum Dominicalium. Et extant eius precationes aliquot adiectæ ad cantilenas latinas M. VVenceslai VVodnani &c.

ETEOSTICHON.

Arte Iacobe, potens, Camenicene, Galeni,
AEternæ ac vocis, pure professor, obis. I. R. E.

A. D. 1325. (quidam habent 2. Ianuarij diem.) Domina Elizabeth, regina Bohemiæ, Iohannis regis uxor de partibus Bavariæ, ad regnum proprium est reversa. Igitur in adventu ipsius, tripudiat populus universus: eamq; suscipit cum leticia. Exegit autem in Bavaria, quo se ad filiam suam Bavariæ ducis coniugem contulerat, annos duos atq; insuper semestre, à genero suo lautè habita ac tractata regaliter. Fran: Causa huius absentiæ fuit quorundam flabellorum aulicorum, ipsius ad regem odiosa criminatio &c. idem. Item Hage: & Dubravius.

A. D. 1368. ☉. Zbynco ab Hasenburg, cognomento vernaculo Zamorsky, Is tempore Karoli IIII. fuit supremus regni Boëmiæ Camerarius.

Finis Ephemeridum sive Kalendarij historici.

LAVS DEO.

DE CORONIDE.

AD CANDIDVM LECTOREM AVTOR.

SI, humanissime Lector, ab ijs, à quib. expectabatur; in tempore, dum videlicet istas Ephemerides sive Kalendarium nostrum conscriberemus; Clarorum virorũ natales atq; obitus, & cætera id genus, quę ad hoc opus locupletandum spectant, suppeditata fuissent: quomodo amicos in præfatione nostra, tribus primis mensibus, à nobis in lucem antea editis, præfixâ, amanter oratos habueramus; hanc, quam ad calcem huius libri adiectam leges, minimè fuisset opus instituere Coronidem. Quæq; enim suo loco & mensibus aptè opportunèq; intexuisse, de nostro officio, haud quaquam prætermisissemus: atq; ita & certa & iusta, digestaq; huius operis extitisset series & ordo: id quoniam tempori factum non est: idcirco & nos negligentiæ (hac equidem in parte) culpâ seu potiùs suspicione vacamus, & ea, quæ demum inter typographices operas; nimirum typis calentibus, & verò ad expressionis libri finem

nem atq; absolutionem unà cum operariâ manu properantibus; communicata ac subministrata nobis, accepimus, in hanc, quam vides, Coronidem contulimus: non multa illa quidem; quum multò plura requiramus: ea tamen, qualis qualis sit opella, quemadmodum & Kalendarium historicum, quod iam publici factum iuris, exhibemus atq; repræsentamus; ut tibi, Lector candidissime, grata sint, etiam atq; etiam rogamus. Tu hoc labore, quin & sudore nostro utare fruare felix; eundemq; pro opportunitate & occasione datâ, porrò promove sedulus: eo te vel ipsâ pietate, sacroq; sancto in patriam atq; in communia honestissimarum literarũ studia amore instigante. Nam

Vt Pius est patriæ facta referre labor: sic
Et Pius est patriæ noscere facta labor.

Id te facturum esse, nimirum communicandis reconditioribus, nobis certò persuademus. Quis enim, vel cumulatissimarum, si terræ infodiantur, divitiarum usus atq; commoditas? planè nullus: similis librorum, (qui sunt sapientiæ magistri) quantumvis grandis, thesauri, sors atq; conditio est: ubi ij in lucem prolati fuerint, fructum, eas tractantibus ferunt, fœnusq; insuper

super

super reddunt: sin autem in tenebris reconditi, situq́; obducti, delituerint, non usurā, imò ne usum quidē ullum retulerint possidenti: verùm, instar ruderum atq; lapidum, arcas tantùm inaniter occupaverint. Bene vale, mi optime Lector, nostrisq́; conatibus pro tua humanitate fave.

CORONIS EPHE-
meridum eodem autore.

27. Aug:) Adde:

Ottagari, magnanimi simul, atq; bellicosi regis Boëmiæ, lamentabilem in bello fortiter gesto occasum portenta quædam antecesserunt. Quum enim Rudolfus Imperator, paulò antè, quàm prælio Othocarum hunc vicisset; in campo, ubi prælium commissum fuerat, pernoctârit, ferunt, intempestâ nocte lemures exercitum horribili clamore & tumultu turbavisse. Quòd autem lemures fuerint, hinc apparuisse, quòd fumi instar disparuerint. Hæc L. Lavaterus in libro suo de spectris, citat ex libro (de Nobilitate, capite 30) Felicis Malleoli V. I. Doctoris, Præpositi Salodorensis, Canonici Tigurini, multæ, (ut idem Lavaterus subiungit) lectionis; uti ex ipsius scriptis, quæ adhuc extant, facilè apparet: &, quæ iam huc adscripsimus, illa haberi in historia eiusdem Rudolfi Romm. Imper. ex illo ipso Malleolo affirmat.

13. Martÿ) Adde:

Eodem anno magna erat in Boëmia caritas annonæ: co-

rus siliginis, Pragæ in foro frumentario vendebatur primò quidem 30; pòst verò 40, item 50 adeoq; 60 grossis, ut vulgò nostri appellant, Misnensibus. Consecutus annonæ caritatem est morbus popularis, graviter multùmq; grassatus per capita hominum in regno Boëmiæ.

Augusti 27. Iohannes rex cæsus) Ad. Cum rege multi Procerum & Equitum Boëmiæ atq; Marchionatûs Moraviæ pulchrâ occubuerunt morte, inter quos & hi recensentur: generosus DN. D. Henricus, Magnifici ac Generosi DN. D. Petri à Rosis, fil. &, qui præterea nostrate linguâ annotantur: Pan Plichta z Žerotjna: Pan N. Klimberk (aneb Zwjkowec) Strakonický: Walkún z Bozessyna: Gessek z Rozdalowic: Zawisse z Gymlina: Dalibor z Kozoged: Kunáč z Pawlowic: Fryček: Wyssek: Benessyk: Arberker. Hæc ita breviter & nudè ex quodã manuscripto vetusto.

A. D. 14:. Febr: 14. ☉. D. Angelus, patriâ Florentinus, apothecarius R. VVenceslai. Ab hoc Angelo quidam opinantur nuncupatum esse Hortum Angelicum, sive Angeli, ædes quondam M. Matthæi Collini, præcept: nostri P. in Nova urbe Pragensi, vico D. Henrici sitas: Nobilium puerorum scholâ atq; in literis institutione olim celebres.

A. D. 1410. Mart. 5. ☉. Matthæus Cracovianus, ex Poloniæ regno natus: episcopus Vormaciensis: Academiarum Parisiensis ac Pragensis rector. C. Brusch.

A. D. 1442. Dec. 28. ☉. Catharina &c. Friderici Primi, Saxoniæ Electoris, uxor: ea ad Vstam sive Austiã opp. Bohemiæ, in absentia sui mariti, per septennium, ut fama

ut famâ vulgo ferebatur, collectas copias educit: qua de re sic Georgius Fabricius:

Czechorum fortes mittit in arma viros.

Vsta, ut id hîc ceu in transcursu adijciamus, ex Boëmico in latinum, redditum, metaphoricè significat os amnis sive fluminis.

A. D. 1525. Augusti 29. ☉. nobilis strenuusq; Iohan. SSlechta, Nicolai SSlechtæ F. de VVssehrd VVladislavvi II. R. Boh. Secretarius: vir cùm lectionis tum eruditionis plurimæ. Eius epitaphium in opp. Kostelecio ad Albim; cuius ipse erat dominus; in templo D. Martini, saxo insculptum, & literis pice perfusis, quò sint durabiliores, tale habetur:

Nobilis strenuusq; Iohãnes SSlechta de VVssehrd hac sub rupe quiescit.

Aliud.

Iohannis SSlechtæ recubant hoc membra sepulchro,
Commendat animam qui tibi, CHRISTE, suam.

Patris verò ipsius, Nicolai: adsculptis & medij lupi insignibus; ibidem hæc legitur inscriptio.

Lapide isto teguntur ossa nobilis viri Nicolai *ex VVssehrd, qui mortuus est 3. d. Maij, Anno à Nativitate Domini 1508, cuius animæ concedere dignetur misericors Dominus æternam suam pacem & quietem.* *Ioh. SSlechta pro divite ingenio multa scripsit, quorum quædam publicam viderunt lucem; & inter opera Boh. Hasisteinij excusa habetur: verumtamen multò maior pars intra privatos parietes adhuc asservatur: inter cætera est & Microcosmus; de quo in quadam ad B.*

Hasistein, epistola ipse nonnulla subijcit. Extant publicè editæ, eiusdem SSlechtæ ad D. Erasmum Roterod. & è diverso, Erasmi ad SSlechtam epistolæ.

A. D. 1442. Ad 15. Iunij, conflagravit Bydzovium opp. arsit ibi & parochus N. cognomine Zásſek/ cumq; eo viri quinq; numero.

A. D. 1552. Oct. 21: In præurbio Novæ Bydzoviæ, quà vergit ad meridiem; igne domestico 21 una domus, & 22. horrea sunt cremata: ferunt, quendam calcearium, qui globulo picam avem ab arbore voluisset deijcere, bombardam horreo temerè applicuisse: itaq; stipulæ, quarum ibidem magna erat copia, concipientes flammam, ingens, & universo oppido admodum periculosum, excitârunt incendium: eius detrimenti, per imprudentiam tractato igne, civibus illati, autore fugâ sibi vitam conservante.

Damna dat; imprudens hunc si tractaveris; ignis:
Sin rectè utaris, commoda multa parit.

Lapsi sunt à priore incendio anni 110.

A. D. 1420. Iunij 15. arsit Bydzovium) Ad. Is luctuosus casus accidit annis 821. à condito Bydzovio: id sua primordia atq; fundationem acceptam ferre debet Bydo, Slavvimili, principis Gurimensis, filio.

A. D. 1507. Oct. 19. ☉ Philip. episc.) Ad. Eius inscriptio saxo, quo illius sepulchrum ornatur, in templo D. Barbaræ & sacello S. Vrsulæ in Montibus Cuthnæ tale est: Extremum spiravit clarum ad æthera, animum, die Mercurij ante undecim millia virginum Claris. præsul, Dominus Philippus, episcopus Sidoniensis, ac Vicecomes Pala-

tinus, supremus Administrator utriusq; speciei: A. D. 1507.

Obitus aliquot Magnificorum ac Illustrium virorum.

Sequemur autem in hac recensione, annorum seriem &c. eosq; subijciemus Proceres, quorum dies obitûs in hac potissimùm operarum typographicarum festinatione temporisq; angustia consequi valuimus.

A. D. 1579. Decemb. 14. ☉. Pragæ generosus atq; magnificus DN. Dn. Henricus à VValdsstein, Baro in Dobrovicio & Charvvaticijs &c. In eius epitaph. hæc inter cætera:

Iudicij Cameræ Consultor pluribus annis:
Pauperibus clemens: sontib. æquus erat.
Principib. gratus, quos ad, legatus adibat,
Auxit familiæ nomina clara suæ.
Magnanimi heroës pereunt ubi morte feroci,
Tum patriæ clades sepè venire solet. P. C.

A. D. 1581. Novemb. 25, qui dies est D. Catharinæ sacer, piâ, sed immaturâ morte raptus ex hac vita, decessit Opt. & literatis. iuvenis ac D. D. Sigismundus Helditus à Kemento, & in Mezerzicio &c.

Ei hoc scriptum epitaph. scr.

Vivere qui longùm matri, patriæq; scholæq;
Debuerat, studijs & pietate senex,
Deseruit iuvenis matrem, patriamq; scholamq;
(Primgenitus, columen, rara columna domûs)

Mole Sigismundus, Kementhi stemmatis, Heldius,
Voce, lyraq; potens, hac Baro contegitur:
Eius at eximiæ dotes, studiumq; merendi
Non malè de tota posteritate, vigent.
A genitrice Helena structuræ nobilis ædes
Mezricij ludo vidit ut esse datas,
Exilijt, morbi oblitus, longamq; poposcit
Vitam, cum scholico, quam grege contereret:
Senserat id Christus: mea nunc schola te sibi poscit:
Hic vives prosper, nec magis æger; ait.

A. T. M.

A. D. 1583. Aug. 25. O. Magn. DN. D. Boh. felix &c.)

Ad.

DEO OPT. VOL.

Bohuslaum Felicem Hassisteinium, Baronem à Lobkovvicz, Dominum in Chomutovv & Liezkovv, summum regni Bohemiæ Camerarium: Tri: Impp. Ferdinando I: Maximyliano II: & Rodolpho II charum: virum sapientiâ, virtute, & studio purioris religionis insignem, mœstis hæredes: Iohannes VValdemar, Bohuslaus Ioachim hac tumbâ poni curaverunt. Obijt maturâ senectute, A. D. 1583. M. Augusti 27 die, mediâ nocte. Vixit annos 68. Requiescit in spe futuræ resurrectionis.

Iam sequuntur & aliorum clarorum virorum; prout sese obtulerunt, annotati obitus.

A. D.

A. D. 1568. Februarij 6. ☉. Nobilis vir, D. Caspar Granovvsky à Granovva &c. S. Cæs. M. Consiliarius; & in Camera regni Boëmiæ Secretarius. Virtute, prudentiâ, humanitate præstans.

A. D. 1571. d. 16. Febr. Patavij, dum Iuri dat operã, immaturâ morte decessit D. Iosephus à Lidlavv: iuvenis tum à maiorib. tum à propria virtute atq; eruditione nobilis. Symbolum eiusdem D. Iosephi; in quo mortem, paulò post eius confectionem subsecutam præsensisse videtur, tale est:

I. A. L.

Iani Altera Lethi.

Iosephus A Lidlau.

Id hoc carmine explicatur:

Esto secuturæ monitrix frons altera vitæ.

Dialogus Symbolum præmissum explicans.

Amicus. Iosephus.

A. Quid sibi vult bifrons inter tua Symbola Ianus?
Io. Altera me vitæ frons monet alterius?
A. Quid verò hæc elementa I. A. L? Io: Iani altera lethi.
A. Nunquid præterea? Io: nomina nostra vocant:

Altera

Altera enim Iani, completo nomine IOSEPH,
Annos me prohibet frons superesse duos.
A. Quid frons anterior? Io: Nihil ad me pertinet ista.
Curæ autem frons est altera sola mihi
Adde quod alterius mensis pars altera partis
Alterius me lux altera, amice, petit.
A: Hei mihi? Io: quid ploras? A: Tu me Iosephe relinqs?
Io: Id minime. venies tu quoq; Ianus ait:
Interea nostri Ianiq; bifrontis, amice,
Dum tua fata sinunt, viue valeq; memor.

Caspar Stöckerus Gottingensis.

A.D. 1568. Aug. 2. ☉. OrnatiSS. vir, D. Georgius VVelik à SSonovva: SereniS. reginæ Bohemiæ, dotalium civitatum præfectus, quem Hoffrichtirium vulgò vocant. Sepelitur honorificè in æde D. Nicolai Minoris urbis Pragensis. Pietate, virtute atq; humanitate vir eximius: In primis autem Musices & Musicorum amans.

A. D. 1569. Apr. 13. ☉. spectatæ probitatis vir Duchko Chmelirius à Semechovva, Artium Liberalium Baccalaureus, & pòst Antiquæ Pragæ civis, Senator, Primas. Sepultus in sacello Bethleem.

A memori Iustus dignè celebrabitur æuo,
Deq; viro insigni fama loquetur anus. T. M.

A. D. 1583. Mart. 23. evocatus est ex hac mortali in illam cœlestem & immortalem vitam reverendus vir & senex venerandus M. Mathias Curius ab Hagek, Præpositus Collegij Reg. VVenceslai: virtute, eruditione, prudentiâ,

dentiâ, usu rerum, humanitateq́; præstans. Sepultus honorificè in sacello Corporis Christi. Creatus est Magister in Academia Pragensi, A.D. 1545. Decanũ Facultatis egit annos 2: Rectorem verò eiusdem 21. annum. Administratoris officium, sub utraq; communicantium sustinuit ad sex plus aut minus annos. Scripta eius pro Rectoratûs munere, publicè in hac Academia proposita, nonnulla, typis excusa, extant: verùm eorum pars maior intra privatos parietes delitescens asservatur.

A. D. 1554. d. : : ☉. Sigismundus, Gregorij Gelensky F. Gelenius, natione Boëmus, patriâ Pragensis; anno ætatis 57. Hic vir egregia ingenij sui documenta dedit, vertendis in linguam Latinam scriptorib. Græcis: Iosepho: Iustino Martyre: Dionysio Halicarnassensi: Philone, & Appiano Alexandrino: Multa & suo Marte edidit, quorum catalogus extat in bibliotheca Gesn. De Gelenio Eras. Roterod. lib. 27, epist: 39. Item Philip. Mel. in Dialecticis. Præceptore Gelenius à primis annis cùm domi tum foris, præcipuè in Italia usus est M. VVenceslao Pisceno, viro ut in Latinis, ita & in Græcis literis bene erudito: cuius rei exemplum præstant ab ipso purè & eleganter scriptæ, sed nondum in lucem emissæ epistolæ: tum & quædam ex Luciano in Latinum conversa &c.

A. D. 1574 Maij 25, inter 8 & 9 horas post occasum solis, Lauingæ ☉. Cyprianus Leovitius à Leonitia: natione Boëmus, patriâ Reginæ Hradecensis: insignis Mathematicus, & summus Matheseos artifex: Quod ei elogium tribuit V. C. D. Ioh. Sturmius: & ipsius scripta, reconditioris doctrinæ plena, attestantur.

A. D.

A. D. 1571. Iul: 13. ☉. Georg. Fabricius Chemnicensis: ingenij monumentis apud exteros quoq; clariS: quum vixisset annos 55. m 2. d. 21. Rexit Scholam Illustrem Misenæ ann. 26; fideli & felici institutione. Eius de Boëmia hoc extat distichon:

Germanos inter populosa Boëmia regnum
Constituit populi fortis & acris opus.

Anno ultimi seculi 1580. XIX. M. Nov. ☉. ClariS pietate, virtute & doctrinâ præstans D. Georgius Melantrichus ab Aventino: civis, senator & typographus Pragensis. AEtatis S. anno 69. Sepultus in sacello Bethleem.

De eo Ioh: Ros. Sutic. sic in Cenotaphio;

Rozdalovicium primas mihi præbuit auras,
Praga domum, natos, rẽ, thalamum & tumulum,
Vixi: nec vixisse piget me: tota DEO nam
Et patriæ & Musis vita dicata mihi est.
Evulgare bonos plebiq; scholisq; libellos,
Hæc mea præcipuè curaq; resq; fuit.
Bacca mihi testis doctrinæ laurea nostræ:
Virtutis stemma est: Curia consilij.
Tu mihi, cui vixi, tu, quem moriendo vocavi,
Da requiem in regnis, rex pie Christe, tuis.

A. D. 1583. Aug: 25. ☉. V. pietate, virtute, eruditione doctrinæ, prudentiâ Pr. Sixtus ab Ottrsdorf, patriâ Rakovvnicensis: civis, senator, pòst & Cancellarius Maioris urbis Pragensis.

Et meritis Sixtus fuit & virtute celebris:
Cum grauitate pius, cum pietate gravis.

Sepultus ad D. Benedicti in conditorio, quod adhuc superstes S. P. C. Edidit sui ingenij documentum inter cætera & conversis non paucis ex Latino in Boëmicum sermonē, ut Tertij libro Machabæorum: Ammonio de vita Christi: Isidoro: & alijs, quæ tamen nos nondum vidimus ac legimus.

A. D. 1546. Mart. 27. ☉. nobilis vir, ac pietate, & multivariâ doctrinâ Claris Nicolaus Finitor (vernaculâ lingvâ appellatus Konacz) ab Hodisstkovva Proiudex in Iudicio Curiæ R. Boh. Sepultus in Minore urbe Pragensi ad D. Iacobi inter hortos. Ei scripsit epitaph. M. Coll: Reliquit multa sui fœcundissimi ingenij monumenta: partim typis excusa, quorum nobis nunc hæc accelerantibus non venit in mentem: partim nondum in publicum edita, inter quæ & Chronicon est rerum Boëmicarum, iudicio prudentiâq; singulari conscriptum: Item liber titulo Mirmecia, cui Boëmicâ lingua titulum præfixit Mravvissko: in quo plurima, petita ex historijs, & virtutum & vitiorum recenset exempla.

A. D. 1559. d. 3. Iul. ☉. V. CL. Ioh. senior VVartensis à VVarta; Hebrææ, Græcæ Latinæq; Lingg. peritis. Sacrorum Bibliorum in Boëmicum sermonem interpres: quæ sunt mnss. penes Ioh. VVartensem Iuniorem &c. Ei scripserunt epitaphia Th. Mitis Latinum: Georgius verò Cropacius Teplicensis; trilinguæ, nempe Latinum, Græcum, Hebraicum, quæ extant impressa.

A. D. 1545. Oct: 24. ☉. Andreas VVelassius ab Hosto vvicia: civis ac Senator Reginæ Hradecensis,

A. D.

A. D. 1573. Oct. 21: ☉. Matthaeus VVolinus de VVladorze Reg. Mai: apud Colonienses primus Iudex, idq per 18. annos. vir eruditus & magnae experientiae.

A. D. 1569. Maij 24. ☉. VVenceslaus Moravus &c. civis, Senator, deinceps & primas Novae Bydzoviae. Vir spectatae virtutis & eruditionis: praeclarè de Rep. Bydzoviensi meritus. Ei enim ipse unà cum caeteris per id tempus in Senatu suis collegis; plurimis exhaustis laboribus; dulce libertatis κειμήλιον, Deo Opt. Max. tam pulchris conatib. annuente, comparavit.

Eius epitaphion tale est:

Lilia cui florent Aquilae sub corde, Magister
Marcus in hoc tumulo condidit ossa patris.
Quòd per eum studijs Laurum sit adeptus honestis,
Debebant reddi iusta didactra seni.
Huic pietas, cultusq; Dei verbumq; placebat,
Quamq; fide coluit, relligionis amor.
Virtuti studuit iuvenis, vitaeq; pudicae,
Familiae curans munia iustae suae.
Sustinuit Senior patriae quoq; fulcra cadentis,
Bydzovium Primas dum reparare studet.
Nam sua cum socijs servat dum assertio Cives,
Dum libertatem restituitq; focis,
Non ita pro vitulis pugnare leonibus audent
Tauri, cùm iustis cornibus arma movent:
Ausus ut ille fuit linguae concurrere nervis,
Commodior patria quò sit in urbe status.
Quae nunc in muto taceat cùm clausa sepulchro,
Eloquiū ipsius fama per ora feret,

Et funct

Et functi surget laus posteritate sub altum,
  Civibus æternùm commemoranda pijs.
Quisquis es, impendas patriæq; scholisq; laborem,
  Hîc, & in æternum, nomine perpes eris. I. R. Z.

Quo circa idem oppidum dotalibus Reginæ Boëmiæ civitatibus, incorporatur A. D. 1568. ad 25. Ianuarij.

  Optima libertas: fuluo preciosior auro:
    Qui parat hanc patriæ, munera summa parat.

A. D. 1578. Aug. 25. ☉. Ioh. VVenceslai F. Kamarithus Iunior, à Rovvin: Protonotarius Reip. Minoris urbis Pragensis. Ibidem in D. Nicolai sepultus honorificè. Longiore vitâ dignus. Scripsit de origine Iuris Romani &c. Reliquit & nonnullas Latinè exaratas epistolas, elegantis ingenij, eruditæq; ipsius doctrinæ testes.

A. D. 1575. Febr. 19. ☉. Pragæ M. Georgius Ostracius, Rakovvnicensis, Boëmus, poëta suavis, argutus: eloquentiæ studiosus. Scripsit complura. Inter cætera autem epistolam Ecclesiæ ad Christum: librum Elegiarum, & Epigrammata varij argumenti plurima: Ea alicubi delitescunt. Edidit duas, typis expressas, orationes de studijs literarum, & alia quædam quæ tamen nos nondum vidimus.

A. D. 1565. Oct. 14. ☉. Pragæ Christophorus Manlius Gorlicensis, Lusatius. Sepultus in Nova urbe Pragensi, sacello Corporis Christi. Poëta & historicus: res Lusatiæ scripsit: verùm morte immaturâ ex hac vita evocatus, imperfectum opus reliquit. Huc pertinet illud D. Cr.

Fallor? an & Lusatij plangunt tua funera? quorum
  Maxima res gestas scribere cura fuit.

A. D. 1583 peste grassante in Marchionatu Moraviæ; O. M. Bernhartus Sturmius Paczkovvinus, Silesius, Iglaviensis Reipublicæ protonotarius: Is nimirum, quomodo D. Cr. de ipso cecinit:

Sturmius ingenij præclarus acumine; multâ
Doctrinâ; magnæ sedulitatis homo.

Publicam in lucem, typis expressas, septem Eteostichorũ, Centurias dedit: quod opus ipsius ingenij felicitatem simul, atq; facilitatem lectori potest approbare.

A. D. 1576. Decem: 6. Pragæ immaturâ morte decesserunt ex hac vita juuenes opt. fratresq; coniunctißimi, Magistri Liturgi: Iohannes quidem Felix 6. Decembris: VVenceslaus verò 26 eiusdem mensis, & anni quoq;: FF. nobilis, virtute & doctrinâ præstantis D. Iohan. Liturgi à Tursko, in Iudicio Cameræ inclyti Regni Boëmiæ Notarij.

Vive memor mortis: Christum cole: despice mundum:
Fraus mundo: Christo sed pia vita placet. P. C.

EPITAPHIVM OPTIMI VIRI PIETATE, VIRTVTE AC DOctrina præstantis Sacerdotis Nicolai Dulij

Chrudimeni, Vita in Christo piè functi, Anno Domini: M D. LXXXIIII. Maij 10. hoc est ipsâ solennitate Ascensionis in cœlum Filij DEI.

Vir pietate gravis tumulo requiescit in isto,
Præco sacer verbi, maxime CHRISTE, tui.

Nicoleo

Nicoleo nomen fuerat, quod cessit in omen,
Maior enim vulgi conditione fuit.
Et, quia servibat Christo, servibat amicis,
Cognomen Graio Dulius ore tulit.
Chrudima quem genuit, corpus locus obruit iste,
Vertit & in cineres, quod fuit antè cinis:
Parte tamen vivit longè meliore superstes:
Namq; ovat in Christi mens revocata sinum.
Felices, quorum mors hunc est pacta sequestrum:
Sola est in Christo vita beata mori.

Obijt ætatis suæ anno 49.

A. D. 1577. die 21. Octobris, intra secundam & tertiam noctis horam placidè ex hac vitâ emigravit Georgius Rosinus à Iavvornijk, aliâs ab Auhoru, Tabularum Regni Bohemiæ, quem ita vulgò appellant, Ingrossator: die sequente ad D. Benedicti in Maiore urbe Pragensi sepultus. Pietate, humanitate, candidâq; sinceritate spectatus.

A. D. 1569. April. 13. ⊙. Opt. iuvenis Iohan. Corvinus Pragensis, Artium liberalium Baccalaureus creatus in Academia Pragensi. Carminum scriptor ingeniosus: magnæq; in studijs honestis expectationis & profectûs, si diuturnior huius lucis usura à Deo fuisset ipsi concessa. Edidit, typis Pragæ expressam, Elegiam, quæ explicat, publicè ab eo tractatam quæstionem: An Christianis principibus &c. militare sit concessum? nec ne? Sunt penes nos & alia quædam eius scripta, ex quibus de hominis ingenio atq; doctrina facilè quis iudicium fecerit.

A. D. 1581. Febr. 27. Naufragium fecerunt, vitamq; amisêre sub undis VVltavæ fl. ad 150. ut vulgò ferebant, utriusq; sexûs miseri mortales, cum sub Zdcrasio in alteram partem, ubi vineta sita, traijcere voluissent: ad 14. solummodo personæ ex tanto hominum numero superstites emanserunt: interq; eos infans involutus fascijs, inq; cophinum depositus, admirando, planeq; divino modo conservatus

Naufragiũ triste atq; luctuosum.

A. D. 1547. Iunij 11. In pago, qui vernaculâ lingua vocatur Hrussovvany, inter Zatecium & Lunam civitates Bohemiæ sito, rustica quædam, N. cognomine Volfia, liberos suos sex numero, mater crudelissima securi interfectos, miserabiliter occîdit: ob quam, tam indignè atq; nefariè (nimirum exutis storgis maternis) perpetratam cædem meritum luit supplicium. Viva enim humi defossa, atq; insuper palo est transfixa. De eo extat pagella impressa.

Furor & rabies diaboli.

Ne tentamine nos, ô Pater, obrui
Tam permitte gravi, mundus ut impius,
Aut cum carne Satan subijciant sibi
Orbos præsidio nos miseros tuo. P. L.

A. D. 1581. Iulij. Circa quartam horam noctis extitit horribilis motus terræ multis in locis Marchionatûs Moraviæ. &c: Eum M. VVenceslaus Dasypodius, Nymburgensis carmine descripsit: quod etiam dedicavit Generoso DN. D. VVladislavvo Heldto, Baroni à Kemento, Domino Mezerzicij cis Oslavvam fl.

Terræ motus.

A. D. 1575. Sept: 28. Chasma portentosum conspectum

ctum inter ſeptentrionem & ortum æſtivum, ex quo lumina inſtar longarum flammarum huc atq; illuc vibrabantur, & viſio mirabili luce perfuſa, veluti vivifico motu cœlum perambulans, apparuit; quæ, relata ad ortum ſolis ſub atra nubecula rurſum intra eam ſereno cœlo, inſtar parvæ lunæ auricomis radijs emicans, diſparuit: hæc conſpecta ſunt ante tertiam horam ab occaſu nocte præcedente feſtum caſtiſſimorum ſpirituum angelorum, DEO Opt. Max. eiusq; Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, adminiſtrantium. De hoc chaſmate extat ſcriptum, typis excuſum. Petrus Codicillus.

His fieri incipientibus, ſuſpicite, & attollite capita veſtra; quoniam appropinquat redemtio veſtra. Lucæ 21.

Tollite, mortales, oculos, & cernite ſigna:
Iam iam ſecuros opprimet una dies.

Surgite mortui; venite ad iudicium.

VIGILATE & ORATE, quia neſcitis, quâ horâ Filius hominis venturus ſit.

Regula vitæ.

Sobrietas, ſociata pijs vigilantia votis,
Cumq; Dei vero iuncta Timore Fides,
Rectrices noſtri ſint, hîc quod ducimus, ævi,
Sive parens veniat, ſive noverca dies:

Et ſimul, in vitâ Pietas præluceat omni,
Recti conſcia mens huic comes eſto duci.
Hæq; ad iudicijvé diem, mortisvé paratos
Efficiunt, pavidos corde fugantq; metus.
„ Felices animi, quibus hæc ante omnia curæ:
„ Vltima ſic ævi fata videre iuvat. P. L.

Finis Coronidis.

Eſt operi finis: gloria lausq; DEO.

ABBREVIATIONVM IN CALENDARIO NOtæ, & ſignificata.

IANVARII.

V. Quintus. Dn. Domini. Ibidem, E. N. I. eius nominis primo. Ch. A. R. Chronicon Aulæ Regiæ. Θ. Obijt, vel mortuus eſt. E. N. IV. Eius nominis Quarti. DO. Dominus. C. ms. vel mſ. manuſcriptus. mn. ſſ. manuſcripti. Mens. menſem. 4. Ian. m. quarto Ianuarij menſis. Ioh. Iohannes. IV. quarto. G. F. Georgius Fabricius. Cæſ. deſ. Cæſar deſignatus. M. Michaël ex Chr: Franc. ex Chronico Francorũ vel Franciæ, & Pap: Papyrius. P. Paulus, & Rob Robertus. Car. IIII. Carolus Quartus. ſcrip. noſtri ſcriptores. Car. Carolus. N. Nicolaus. ante Kal. Kalendas. V. Vitus. Tom. vel Thomæ: Thomæus, intelligo librum vetuſtum manuſcriptum ex Cœnobio D. Thomæ in minore Vrbe Pragenſi,

gensi, cuius mihi liberaliter fecit cōpiam, Reverendus vir D. Martinus cognomine Vivus à Svvitavv, eiusdem monasterij & D. Catharinæ &c. Prior venerabilis.

P. Petri. I. Iohannes. Deß. Dessenensis. I. R. Z. Iohannes Rosinus Zatecensis. Hag. Hagecus. Franc. L. Franciscus Latinus. K. ms. Kalendarium manuscriptū. Equ. Aur. S. Imp. Eques auratus Sacri Imperij. CL. Clarus, Clarißimus. B. S. P. Bernhardus Sturmius Paczkovvinus. E. N. II. Du: Boëm: Eius nominis secundus Dux Boëmiæ. reg. regis, F. filij. M. P. millia passuum. Deß eph. Dessenensis ephemerides. Artem. mſ. Artemisij manuscriptum. Cypri: Leovit: Cyprianus Leovitius. ann. annis. menſſ. mensibus. Crom. Cromerus. Laz. Lazius. Gilb. Gilbertus. V. CL. Viri Clariſſ. H. Hagecus. D C. David Crinitus P. Eb. Paulus Eberus. L. Sur. Laurentius Surius. M. Ioh. Magister Iohannes. Ihi: Coch. Cochlæus) Coſ. Cosmas. Mar. Frytsch. Marcus Frytschius. Cuth. Cuthenus S. Valent. SSub. ſac. Valentini SSubari. Eph. impr. Ephemerides impressæ. B. Bartholomæus. Inſcr. Inscriptio. mſ. Do. VVenc. manuscriptum Domini VVenceslai VVrzesovicij. C Caspar. Iac. Phil. Iacobus Philippus. P. Paulus. Vict. m. p. Victorinus manu propria. mſ. manuscriptum Martinianum Chronicon quod nos habemus, impresso aliquantò copiosius & auctius

FEBRVARII.

VIIrûm, Septemvirûm. Hag. Dubrav. Hagecus Dubravius. Vrbb. Pragg. Vrbium Pragensium. E. N. II.

R. B. Eius nominis secundus Rex Boëmiæ. Chalcond. Chalcondylas. Ibidem, c. 16. Ex diplom. m s. ad C. 4. Ex diplomate manuscripto ad Carolum Quartum. FF. filios. I. Iacobus Antiquarius V. CL. edidit librum cum Iconibus de Cæsaribus Romanis, est opus insigne atque preciosum. O. Onuphrius. VV. VVolfgangus Chr. M. Laur Chronicon Magistri Laurentij. Ioh. Balb. Iohannes Balbinus. Ab. Abrahamus.

MARTII.

Cos. paralipom: Cosmæ paralipomena. P. Petri ex SSind. ephem. ex SSindelij ephemeridibus. B. Ioh. Basilij Iohannes. S. Sigismundus. Ch. M. L. Chronicon Magistri Laurentij (è Brzezovva) Boëmi. M. Martinus. Cl. M. Ioh. Gold. Clarissimo, Magistro Iohanne Goldamero. G. Georgio.

APRILIS.

Supplē. Chron: Supplementum Chronicorum. H. Hadriani Iunij. Chr. Manl. Gorlic. Christophorus Manlius Gorlicensis. D. Thadd. ms. Doctoris Thaddæi manuscriptū. A. O. Abrahamm Ortelius. Pulk. Pulkavæ Chronicon manuscriptum, qui tempore Caroli Quarti vixit, & eius mandatu id ipsum Chronicon ex multis manuscriptis collectum conscripsit: eius exemplaris Latini ex Bibliotheca V. Cl. D. M. Iacobi Codicilli Fr. P. M. copiā mihi fecit V. Cl. D. Petrus Codicillus &c. Boëmici verò nobilis DN. Georgius Dessensky à Dessenicz. (In actu) Concil Bas. sess: Concilij Basiliensis sessione 19.

IVNII.

M. S. F.

M. S. F. Magister Simon Ferus.

IVLII.

Th. M. Lym: Thomas Mitis Lymusaus. G. Georgius (Agricola)

OCTOBRIS.

I. SS. m. p. Iohannes SSlechta manu propriâ. mp. manupropriâ.

DECEMBRIS.

Iohannitarr. ann. Iohannitarum annales.

INDEX EPHEMERIDUM SEU KALENDARII

Historici item Coronidis; Collectus studio & opera M. Marci Bydzovini, à Florentino &c.

Ratio legendi breviata in indice.

Ian. Ianuarij.	Feb. Februarij.	Mart. Martij.
Apr. Aprilis.	Ma: Maij.	Iun. Iunij.
Iul. Iulij.	Aug. Augusti.	Sept. Septembris.
Oct. Octobris.	Nov. Novembris.	Dec. Decembris.
Cor. Coronide.	N. nascitur. ☉ obit.	sep. sepelitur.

INDEX.

Con-

INDEX.

Bohuslaus

Elizabetha

Frideri-

H.

Hamburgum

INDEX.

M. Iohan.

Iohan-

Kundra-

M Nicolaus

R.

T.

Tres

Venceslaus

INDEX.

FINIS INDICIS.

Me Beat Alma Fides.

Corrigenda.

Vnde absit error; nulla sunt mortalium:
Quid ergo mirum, si error & suus est libris?

Nota. a significat primam, b secundam, c tertiam, d quar-

tam alicuius diei in mensibus (ubi eæ literæ hic usurpantur) faciem u versum: l. *lege.*

Ianuarij III *uS. loco, lege loca.* IIII. *u* 26 *vdelicet, l. videl.* IX, *u* 9. *snblatus, l. sublatus.* X *u* 21 *ide, l. idem.* XX *u* 22 *Boëmia, l. Boëmiæ*

Februarij *XI u* 4: 37 *(inversi sunt numeri) l.* 73. XXII *u.* 11 *pronepos adde: (parenth. paulò pòst, u.* 14. *adde)*

Martij XIX. *u* 17. *Dn. Carolus: adde, à VVartenberg.* XXIII. *de tentia, l. sententia.* XXIIII *u.* 7. *Karulu, l. Karuli* XXXI *u* 9. *Aministrator, l. Administrator.*

Aprilis IX b. *u.* 16, *ßuit, l. fuit.* XXIII. *u.* 3 *Sassonia, l. Saxonia.* XXIII. *u.* 16. *amandatm, lege amandatus.*

Maij IIII. *c. u.* 4. *Philipi, l. Philippi.* VIII. *u.* 29 *superstite (adde) scriptum de ijs extat Dav: Criniti.* XIIII. *u.* 24. *Turkorũ, l. Turcor.* XVI. *u.* 27. *pellentes, l. poll:* XXII *u.* 1. *Georgio, l. Gregorio.* *ibid. v.* 24, *hostialiter, l. hostil. ibid. b. v.* 10. *quam, l. quum.* XXIII. *v.* 17. *quadã, l. quædã.* XXIIII. *b. v.* 8. *complevus. l. complexus.*

Iunij II. *v.* 3. *VVenceslaus* E. N. *(adde) secundus.* VII. *v.* 6. *vetabaur, l. vetabatur.* XV. *v.* 17: *Bytzovia, lege Bydz.* XXI. *v.* 26. *portendebat, l. portendebant.* XXX *Iun: v.* 1 *pro* XXXIII, *expunctis* X. *lege* XXVIII.

Iulij I. *v.* 18. *Colleuntio, l. Collenutio. sic Colleuntius, lege Collenut.* VIII. *v.* 25. *Nicolaus Biskupecz) adde: Inter cætera scripsit & annotationes in Apocalypsim, quæ mmss. penes nos sunt: dignæ lectu.* XIII. *v.* 10 *Ei, l. Eius.* XIIII. *v.* 24. *voluimus, l. valuimus.* XV. *v.* 11 *comilito, l. comm. ibidem: c. v.* 5. *Imperatorem, lege Imperatoris.*

Augusti

Augusti *III. v. 1. A. D. 1204, l. 1294. X. v. 20. duos l. quatuor. ibidem, c. v. 16. lege: obediendum Deo. XVIII. v. 24. lege: obsesso. XX. v. 25. Brtricensis, lege Brtnicensis. XXI. v. 8. pro atq;, lege: aq;. XXII. v. 12. Bytzovio, l. Bydz: XXVII. v. 25. VVladislaus, l. VVenceslaus. item sequ. pag: v. 3. VVladislaus, l. VVenceslaus.*

Septembris *VII. v. 23. Geroniam, l. Geroviam. XII. v. 4. Brzezenovv, l. Brzevvnovv. XVI. v. 25. inidipsum, l. idip: XX. v. 12. VVolframus, l. Valdramus. f. iiij. YXIII. lege XXIII. XXVIII. v. 19. nota, l. vota. ibid: b. v. 11. Marchione, l. Marchioni. XXX. v. 13. Præsul Olomucensis, & (adde) Adamus Bohorzicz.*

Octobris *I. b. v. 9. quæ, l. quod. X. d. v. 7. capta, l. captam ibidem, v. 15. umbra, l. membra. IX. v. 5. octo. l. novem. XII. v. 11. A. D. 1458, l. 1558. XIII. v. 7. unà, l. unam. XVIII. v. 15. Gunecundem, l. Cuneg: ib. ægram, l. Oegram. XIX. v. 23. pirmarius, l. primarius. XX. v. 17. A. D. 1554. (adde) ⊖ XXV. v. 17. Prußia, l. Paußiæ.*

Novembris *IIII. v. 3. Notijkovv, l. Net. X. v. 17. Martitiarum, l. Martinianarũ. XXVII. v. 14. aiuot, l. aiunt ib. v. 24. habrot, l. habet.*

Decembris *II v. 28. erunt (adde) Dav. Crinitus. IX. b. v. 3. ex, l. in. XX. c. v. 11. pro lyricen, lege lyriccen. XXIX. v. 24. Cutebergensis. (adde) Item Carmen scriptum à Procopio Pragense &c.*

Reliqua, quæ aut distinctione, quam Orthographia requirit, aut qualicunq; præterea emendatione indiguerint; (quis enim omnia menda perviderit? nisi lynceis præditus

oculis:

oculis: quod haud equidem ſcio, an cadat in hominem) ea lector, adhibito iudicio ſimul, & candore; qui lapſus hominum texerit; ſibi ipſe corriget: tum, quæ quali quali conatu, ſtudio certè syncero in medium à nobis proferuntur (procul amotâ diabole literarum peſte nocentiſſimâ) æqui, boniq; faciet.

FINIS.

Non, Domine, nobis; Sancte, non nobis:
TVO Sed Nomini da gloriam.



Imprimebatur Pragæ: In Officina Georgij Nigrini.

